AURELII PRUDENTII CLEMENTIS, V.C. OPERA, CUM NOTIS...

Aurelius Prudentius Clemens, Niklaas Heinsius

Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 7. 98.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS, V. C. OPERA,

Cum Notis

NICOLAI HEINSII DAN: FILII,

ET

VARIORUM

DOCTORUM VIRORUM

Maximè neceſſarÿs.

Subjectus eſt in fine,

Index Rerum & Verborum

locupletiſſimus.

COLONIÆ,

Apud JOHANNEM CHRISTOPHORUM Stößel,

Anno MDCCL.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

M. D. MULLER. S. I. P. R.

AUrelii Prudentii Clementis opera tanto minore commendatione egent, quanto magis ſe ab omni ævo, ex quo ſcripta ſunt, commendarunt. Nullus certe Poetarum Chriſtianorum eſt antiqui illius temporis, cum quo non componi poſſit; neque quiſquam etiam, qui piorum & eruditorum manibus frequentius teratur, aut in quem curas ſuas utrique contulerint. Hoc toties repetitæ illius editiones, & à plurimis ſuſceptæ in illum illuſtrationes & conſcripta teſtantur annotata. Quas inter

Digitized by Google

editiones, quas noſtrum vidit ſeculum, Heinſiana præſtat, in quam vir ille ſummus inter occupationes graviores & publica negotia curam ſtudiumque ſuum contulit, poëtamque cum pluribus codicibus collatum in publicum emiſit. Teſtatur exemplorum penuria, quam carus ille labor erudito orbi fuerit. Quæ varitas eum, cujus impenſis Chriſtianus hic vates prodit, qui bono ſe publico ita ſperat inſervire poſſe, ad novam editonem adornandam movit, in quâ quidem Heinſianas curas, tam in ipſo Poëtæ textu, quam in Annotatis ſecutus eſt: Nam neque hæc noſtris invidere volui. Cæterum ad auctoris ipſius, qui ſuos habet nodos, intelligentiam & interpretationem non parum conferre viſæ ſunt duorum virorum notæ, qui ante noſtra

tem-

Digitized by Google

tempora, alter ſuperiore ſeculo, alter ante ſecula octo circiter illuſtrare ipſum aggreſſi ſunt, quorum etiam labor in hoc noſtro opere apparet: Alter eorum Germanus, alter Hiſpanus fuit. Ille Iſon, Magiſter monachus S. Galli eſt., qui circa Annum à Chriſto nato 900. floruit, vir doctrinâ & ſanctitate ſingulari, ſeculo ſuo celebris, de quo Ekkehardus junior libro de Caſibus Monaſterii S. Galli c. 1. & 2. apud Goldaſtum Rer. Alemann. T. 1. p. 12. & 22. & ex illo clariſſimus Gloſſarii Latinitatis ſcriptor, præfatione operis ſui §. 42. p. 35. Hic, Ælius Antoninus Nebriſſenſis, inter literatos ſui ævi, Hiſtoricosque Hiſpaniæ celebritate nominis nobiliſſimus, & bonarum literarum in Hiſpaniâ inſtaurator, quem in Ciceroniano ſuo p. 132.

magnus etiam æſtimavit Eraſmus. Vixit hic ab exitu ſeculi decimi quinti, usque ad annum 1544. Utriusque opera quam utilis ſit Prudentii ſtudioſis, ex ipſis Textui ſubjectis notis patebit. Prolixiores Commentarios addere inſtituti & voluminis ratio prohibet, quoniam exiguis pellibus ingentem Prudentium arctare propoſitum erat. Vale Lector & fruere.

Reve-

Reverendiſſimo Celſiſſimoque Principi

FERDINANDO,

D. G. Epiſcopo ſedis Paderbornenſis, Monaſterienſis Coadjutori, Sacri Romani Imperii Principi, Comiti Pyrmontano.

NICOLAUS HEINSIUS, D. F.

D. D. D.

AURELIUM, Prudentium Clementem, quo nemo veterum majore cum ſucceſſu poëſim Chriſtiani argumenti dedit excultam, aut laudabiliore exemplo famæ ac poſteritati commendavit, cum jam olim, inter peregrinandum, ex priſcorum codicum auctoritate plurimis in locis caſtigaſſem recognoviſſemque, excuſſis eam in rem hic illic bibliothecis inſignioribus, ne periret mihi publicoque ingratus labor, nihil perperam, aut præter ordinem factu-

facturus videbar, Reverendiſſime & Celſiſſime Princeps, etſi in aliis haud parum, ut ſunt tempora, nunc occupatus, ſi iſtam qualemcunque lucubrationem luce & conſpectu Tuo haudquaquam defraudarem. Acceſſiſti exhortator Tu & ipſe, unus mihi inſtar omnium, cui quod obæratum & nexu plus uno adſtrictum me perpulchrè recordabar, nec ſolvendo parem ſatis eſſe intelligebam, ſubductis ac perpenſis curatè rationibus; uti nomen non omnino malum decebat, prædem circumſpexi opportuum vix tandem, qui meis apud Te debitis ſi non plenè reſponderet, intercederet ſaltem pro iis, minimè deſerto vadimonio, ac fidem noſtram utcunque liberaret. Quippe cum me prorſus æſtuantem immenſo curarum fluctu, ac exploratæ toties totiesque benignitatis Tuæ mole atque conſcientiâ ſi non penitus oppreſſum, nutantem certe labantamque adverti ſſes, oblatus eſt, ecce, commodum Clemens is ipſe noſter optatis Tuis ac deſideriis, quæ pro incremento litterariæ atque Chriſtianæ rei alacriter excubare non umquam ceſſant. Clemens, inquam, hic noſter, obtulit ſeſe & ingeſſit ultro Tuæ optioni, quem manu noſtrâ ornatiorem

non-

onnihil, quam hactenus ora populi per-
volitabat, ad Te deductum, non poſtremo
loco in ſcriniis Tuis, hoc eſt in interiore
ſanctisſimoque Muſarum adyto, cuperes
collocari. Pareo & obſequor eo majore
mei cum fiduciâ, quod rei indubitatæ cer-
tus perſuaſum omnino habeam, nihil alieni
ab hoc noſtro inſtituto Clementem ipſum
fuiſſe moliturum, ſi ſub ævi unius ejusdem-
que tempeſtatem veſtrum utrique vita con-
tigiſſet. In cujus enim clientelam ſe ac ſua
tranſire is mallet, quam illius Principis, in
quo morumne omni ex parte emendata in-
tegritas, an perlimata prorſus & in privatæ
quoque ſortis hominibus pro miraculo fu-
tura eruditio, priores faciant, ambiguum
atque controverſum apud rerum intelligen-
tes merito videas relinqui? Hunc Tu poë-
tam jam ab ungue tenero familiarem ha-
buiſti: hunc tecum ſic miratus eſt Lucas
ille Tuus Holſtenius, clariſſimi vir nomi-
nis, ut, animam jam agens ac moribundus,
per Te ſibi ex Cathemerinis hymnum, qui
exſequiis defunctorum datur, recitari vo-
luerit, atque eo pacto in ſolatium vitæ me-
lioris mente erectus ac Deo plenus exſpi-
rarit. Carmini quidem Romano, Magne

ſedis imperio contentus eſſe poteras, ad majora nuper ſis vocatus, deſtinatusque Monaſterienſis provinciæ Antiſtiti digniſſimus ſucceſſor, ne intra Principatûs unius anguſtias tam immenſa virtus clauderetur, aut ne non ſupra majorum Tuorum ſortem, nec illam quidem privatam, exſurgeres, quos Tua Paderborna ſibi imperantes jam ante Te ſuſpexit, ſuſpexit & Livonia. Sed ne nos ab Urbe æternâ intempeſtivi divellamur, non parum quoque ad gloriam nominis Furſtenbergii propagandam facit auſpex ac fundator fortunæ Tuæ Alexander Septimus, Pontifex Maximus, litterarum amantiſſimus Princeps, & ſagax ille, ſi quis alius, ingeniorum explorator, qui non modo Academiæ Romanæ in Te ornando conſpirantis inſtitutum aſſenſu ſuo fovit ac palam collaudavit, ſed ultrò occupavit quoque ac prævertit iſtos honores, Te jam ante inter familiares ſuos intimæ admiſſionis atque individui comitatûs recepto, & loci perquam honorati prærogativâ aucto, quam dignitatem peregrino vix cuiquam in Palatio Romano obveniſſe annales ab omni retro hominum memoriâ facile teſtabuntur. Inhæret etiamnum, atque inhærebit mihi in poſte-

poſterum per omnem vitam tenaciſſimè ju-
cunda temporum illorum recordatio, quan-
do hac ipſa in Urbe peregrinantem caſus me
fortuitus & dexter pes in Tuum contuber-
nium detulere. Abſit enim, nec ſirit Deus,
ut oblivïſcar umquam voluptatis tam co-
pioſæ, tamque blandientis, ac tantâ meâ
cum utilitate, tanto ſtudiorum meorum
cum profectu conjunctæ fortunæ. Quod
ſi auſpicia minimè vana tutò captantur ab
uberrimis pleniſſimiſque omni ex parte
meritis, gloriari profecto poſſum, jam tum
& prævidiſſe me & auguratum eſſe vatem
haud malum, quid rerum magnarum para-
rent Tibi fata: adeò privatum nihil, uteun-
que fronte numquam non exporrectâ, num-
quam non obviâ quadam renidens comita-
te, ſpirabas. Hac nimirum tam præclarâ
ingenii atque eruditionis laude conſpectus,
ita tamen animos ingentes ſubmittis, Prin-
ceps Celſiſſime: ſic indolem vere heroicam
modeſtiæ longe longeque infra Te poſitæ,
ſi dotes maximas dignè metimur, concilia-
ſti dudum, ut modicas etiam virtutes in ple-
beiis hominibus mireris & colas, quod eſt in
tanto meritorum ac fortunæ confluxu ſin-
gulare mehercules & inuſitatum: atque
nil

nil omnino mortalium per orbem littera-
tum famæ commendatorum aut ſcientia-
rum laude florentium occurrat vel invenia-
tur usquam quod a Tuâ amicitiâ procul
habendum atque excludendum putes; ho-
rum etiam plerosque nec opinis & feſtina-
tis officiis demerendo ad neceſſitudinem
Tecum ineundam ſponte provoces, ac ama-
bilitatis imperioſæ benignâ quadam vi cor-
reptos impellas. At verò nec meæ facul-
tatis eſt, nec hujus loci, iſta tam præclara
percenſere eo orationis ornatu, quo par fo-
ret: nec tam male ſentiri æquum eſt de æ-
tatis noſtræ anguſtiis, deque artium bona-
rum inopiâ, ut ſubvereri debeamus, non
ſubiturum aliquando decoris ingeniis ardo-
rem teſtificandi voce apud poſteros victurâ
luculentam hanc ac invidendam plane no-
ſtrorum temporum felicitatem. Ego qui-
dem ſat amplam meæ in Te pietatis fero
mercedem, ſi de Prudentio emendatius
edendo exſpectationem Tuam & meum ob-
ſequium non ſum fruſtratus. Apud alios
me magis facundos vires adderet haud du-
bie ac pondus compellationi Tua illa per
eruditos omnes didita munificentia, & in-
comparabilis benignitas; me ſi vera de Te
vis

loqui & tibi convenientia, minus beno-
ium Te præſtes & minus merentem in
ſterum neceſſe eſt, cum nec infantia no-
a tam conſummatas capiat virtutes, & de
eralitate Tuâ ſerum jam ſit ac ſuperva-
ũm mihi ab aliis credi, quam mecum tot
ortales experiantur, & quam ignoret
emo. Vale, Princeps inclite, atque, æta-
s quod reliquum eſt, feliciter decurre, ut
onis artibus & virtuti porro per Te conſu-
tur quam optimè.

Hagæ Comitum, A. cIↄ Iↄc LXVII.
Kalendis Septembris

)(**)(**

LECTORI.

DE nonnullis te conventum volo, nec tamen nimius ero, quisquis es, Lector. Annotata ad Prudentium uberiora meditabar jam pridem, ſed telam inchoatam neutiquam conceſſum eſt detexi: quippe dum promiſſi reus fidem liberare obnoxiam apud magnum Principem feſtino, tempus minime otioſum & alienum maxime ab hac litteraturâ ſchedis noſtris excutiendis datur. In adornanda hac editione Plantinianum codicem à Victore Giſelino & Theodoro Pulmanno recognitum ſecuti ſumus, niſi cum aliò nos membranæ veteres ducebant, ut locis evênit quamplurimis. Eſt enim is Plantinianus codex, qui reliquis omnibus, in lucem ſollerti typographorum operâ hactenus emiſſis, facile præſtet, ac extra controverſiam aliis ſit anteponendus. Nam prior Giſelini editio à Marneſſio Lugduni in Galliis procurata, ut ceteræ fermè omnes, mendis admodum ſpiſſis fædiſſimum in modum ſcatet. Ne quid tamen in immenſam molem excreſcerent obſervata

no-

noſtra, quicquid à Pulmanno ac Giſelino recte caſtigatum, & in contextu fide membranarum videbatur meritò receptum, ſolo ſilentio aſſerendum eſſe atque confirmandum duxi. Conſului & frequenter Aldinum Anno ꟾↄIↃ Iↄ II. editum, nec illum contemnendum, quem Aldus ipſe ex veterrimis membranis Britannicis expreſſum jure aſſeverat quidem, ſed pro primâ omnium editione perperam venditandum retur. Daventrienſis nimirum illius ignarus, quam à Giſelino laudatam Aldinâ vetuſtiorem eſſe nos exploratum liquidò habemus, nam quod idem Giſelinus, duas Prudentii editiones Aldinas animadverſis ad Pſychomachiam ſuis collaudat, quo jure id ab illo fiat, prorſus ignoro; cum de ſecundâ Aldi editione nil omnino compertum ſit mihi, nec, eam qui vidiſſet, quemquam hactenus invenerim. Weitzianam editionem exprimendam nullus judicavi, quod & orthographiæ ratio ut plurimum illic turbata ſit, & in diſcrepantis ſcripturæ delectu exſpectationi noſtræ parum ipſe Weitzius reſpondeat, in eo tamen laudem haud minimam promeritus, quod vetuſtos Prudentii codices non paucos excuſſit, ac lectionum variantum ſyllogen ex iiſdem concinnavit in uſus publicos

Weitzianorum codicum in numero principatum facile tenet Egmondanus liber, optimus ac veterrimus profecto, quem operæ pretium fuiſſet denuo evolvi, à Weitzio, aut à Grutero potius, frequenter minus adhibitum. Amſtelædami enim exſtare is mihi dictus eſt in ſcriniis primarii & conſularis viri; ſed nec liber ipſe obvium ſe præbebat inveſtiganti mihi, & integrum vix erat editionem procraſtinare, cum aliò vocarer. De membranis quæ mihimet ipſi ad manum fuere, aut quas amici pro me inſpexere, nunc videamus. Primo Oxoniæ in Britanniis exemplar Bodleianum ante annos plus minus ſexcentos deſcriptum, quod omnia Prudentii complectebatur, excuſſi. Senium codicis hac epigraphâ prodebatur adſcriptâ *Hunc librum dat Leofricus Epiſcopus Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli in Exonia ad ſedem ſuam epiſcopalem pro remedio animæ ſuæ ad utilitatem ſucceſſorum ſuorum. Si quis autem illum inde abſtulerit, perpetuæ maledictioni ſubjaceat, fiat.* Hunc quippe Leofricum Exonienſi ſedi præfuiſſe ſub annum milleſimum ſexageſimum aut ſeptuageſimum redemtionis noſtræ ex Annalibus Britannicis patet. Obtulit etiam vir comitate & eruditione conſpicuus Bernardus Rottendor-

phius

phius omnia Prudentii in membranis ante quingentos circiter annos exaratá: Binos præterea codices pari ætate, quorum alter libros adverſus Symmachum, alter Pſychomachiam complectebatur. Accepi & Nomſianum olim codicem à Viro Cl. Iſaaco Voſſio utendum, nec vetuſtum illum, & magnâ ſui parte mutilatum. Sed uſui præcipuo fuit exemplar Gallicanum Puteanorum fratrum, longe antiquiſſimum illud, ac litteris Romanis majoribus exaratum, in quo libri adverſus Symmachum & hymnorum περὶ στεφάνων pars potior, inſigni cum detrimento rei litterariæ, deſiderabantur. id ego olim Lutetiæ ante annos hoſce vicenos cum prima Gaſelini editione diligenter ſatis committebam. Proximus ab illo Thuanæ bibliothecæ codex, ſi præſtantiam ac vetuſtatem ſpectamus, ante annos circiter octingentos ſcriptus, & integer omni ex parte, qui Hildegarii Epiſcopi nomen præfert, cujus in ætatem nunc quidem non vacat accuratius inquirere. Hunc librum Lucas Langermannus, vir eruditiſſimus mihique conjunctiſſimus, cum vulgatis abs ſeſe ſedulo collatum tradidit utendum, atque hac ſua opera conatus noſtros haud parum promovit atque inſignivit. Nec diſſimulanda

da Emerici Bigotii, optime de re litterariâ meriti ac porrò merituri viri, qui non tantum Pſychomachiæ ex membranis ſuis, atque ex Altinianis hymnorum Cathemerinon ac περὶ στεφάνων excerpta ſuggeſſit, ſed præter hæc eorundem hymnorum complura ex Mediolanenſi exemplari bibliothecæ Ambroſianæ; mutilo quidem illo, ac meliore ſui parte truncato, longe veterrimo tamen, ſic ut characteris ac litterarum ductu Puteaneum laudatiſſimum æmuletur: eamque ob rem, damnum quod in illo minus integro fueramus paſſi, quodammodo nobis reſarciat. Antverpiæ apud Patres Societatis Jeſu excuſſi trium codicum diſcrepantias, quas Lævinus Torrentius, vir eximius, Lugdunenſis editionis margini allevarat; ſed nec ille lucubrationem iſtam ultra hymnos Cathemerinon & περὶ στεφάνων promorat, & ipſi codices, quos adhibuerat, non magnæ rei videbantur, quorum primus Sancti Laurentii, Sancti Jacobi ſecundus, uterque Leodicenſes, tertius Abbatiæ de Groenendale, indigetantur ab ipſo. Denique ſtudium mei demerendi ſingulare in Johanne Georgio Grævio illaudatum præteriri per me ſit nefas. qui vir, ut egregium in modum eſt officioſus, non tantum communi-

cavit

cavit libenter humaniterque nuper admodum, quæ is ipſe ex Nomſiano, quem dixi, libro privatos in uſus collegerat, ſed præter hoc Johannis Cauchii in Prudentium annotata, hactenus inedita, tum Antverpianam anni MIƆXXXVI editionem Johannis Sichardi ſcholiis illuſtratam, mendoſam quidem illam ac mirè depravatam, ſed cui Cauchius is idem manu ſua diverſas libri vetuſti lectiones, ac ſui ipſiusmet conjecturas complures adſcripſerat haud contemnendas. Habui & ab hoc ipſo Grævio editionem Baſileanam Henrici Petri Antverpianâ quadriennio recentiorem, ſed æque mendis inquinatam, cui Claudius Salmaſius ex Thuanæ ac Puteanæ bibliothecæ membranis jam ſupra laudatis ſcripturam diſcrepantem adjecerat ſatis accurate, ut ſolebat. Is liber Johannis Cabeliavii fuerat ex Salmaſii dono, deinde ad Theophilum pervenerat Hogerſium, virum mei quoque perquam ſtudioſum, ex cujus puto ſcriniis in Grævianos uſus conceſſit. Cæterum quicquid Salmaſius hujuſce libri marginibus alleverat, id omne manu ſua deſcriptum Cabeliavius in Weitzianam editionem, quam ex ejus bibliotheca ære meo jam olim comparavi, translatum voluit. Hiſce copiis inſtructus denſiſſi-

niam nævorum nubem Prudentio deterſi, quod Plantinianam cum hac noſtrâ editionem committenti manifeſtum fiet. De hoc ipſo ſcriptore emendando cogitaſſe Franciſcus etiam Juretus ante nos poſt Giſelinum videtur. Is certe quinque Clementis noſtri codicibus membranaceis uſum ſe teſtatur ad Paulinianam B. Martini vitam. Dicuntur & exſtare notæ in hunc noſtrum Oberti Giphanii, necdum typis deſcriptæ, qui & ipſe ad Lucretium in emendando noſtro eſt aſſiduus. Everardus quoque Elmenhorſtius manum Clementi abs ſe admovendam fore ſpem fecerat, quam morte præventus non implevit. Quæ quidem præfanda nunc habui, curis ſecundis lucubrationes in Clementem noſtras diligentius paullo recogniturus, ſi quandoque continget majoris rei adjumenta nobis offerri. nec deſperandum. cum & Cantabrigiæ apud Britannos in Collegio Sancti Benedicti miræ vetuſtatis codicem Prudentianum adſervari Thomas Jameſius teſtetur, cujus uſum anxia nimis & ſuperſtitioſa cuſtodum ſollicitudo invidit mihi olim, cum Britanniæ hanc partem perluſtrabam; & in Galliis quoque id genus nonnullos, mihi hactenus haudquaquam viſos, latere atque indagari poſſe intelligam.

In

In Boheriana præſertim Divioni bibliotheca: ubi codicem noſtri oppidò antiquum aſſervari ajunt, cujus excerpta ſperare nos amicus juſſit. Orthographiam Pulmannus ex vetuſtis exemplaribus non inconcinne aut inſcite expreſſerat, quam tamen nos ex membranis veterrimis hic illic immutavimus ac meliorem pro virili reddidimus, plus conſpirandi codicum antiquisſimorum ſuffragio deferentes, quam præceptis Grammaticorum, quæ minus veritatis fideique quam argutiarum ut plurimum præ ſe ferunt. Quamquam nec denegarim multo plura à me immutari orthographica potuisſe ſi membranis venerandam vetuſtatem oſtentantibus, aſſentiri per omnia jus fasque habuiſſem: & curis ſecundis nonnihil reſervandum videbatur. In animadverſis noſtris brevitati ſtuduimus, & rari ab inſtituto deflexinus, quæ & ipſæ, præſertim poſt reſtitutum ac correctum ex membranis per nos Prudentii contextum, omitti, fateor, potuiſſent. Sed caſtigationum noſtrarum ratio à nobis fuit reddenda etiam in minimis: ne pro libitu & præter fidem codicum ſcriptorum immutaſſe quicquam ab hominibus male feriatis argueremur, quorum proventus hac ætate longe maximus eſt, &

 qui

qui, cum ſermonis Romani guſtum ipſi habeant aut nullum aut exiguum prorſus, inutilem ac ſuperfluam, non formidant operam nuncupare, quæ recenſendis bonis auctoribus navatur. cum ne fullones quidem ſua & laude & mercede ſoleant fraudari. & hos quoque artium bonarum præſes ac patrona Pallas in clientelam ſuam non faſtidiat admittere. Jure gratulamur felicitati noſtræ, quod ſcriptores præſtantisſimos ex multis paucos nobis antiquitas Græca & Romana reliquos fecere. Hos quidni ſuo ſermone, ſuoque ore malimus loquentes audire, quam alieno, quam barbariem meram, & frigus, & figmenta per oſcitantem ac inſcitam librariorum manum ſpirantes? ſed fruantur illi deliciis ingenii ſui. Nos de bonis ſcriptoribus bene mereri nunquam pigebit, idque operâ ſubſecivâ, cum majora non deſint, quæ & nos agamus. Hæc facultas ſi ſucceſſu deficietur aliquando, tamen præſidii collocatum nonnihil inveniam in optimæ voluntatis intemerata ac laudabili conſcientia. Vale, & quisquis eruditionis nomen ornatum cupis, mecum fruere hac qualicunque lucubratione. ſi tamen lucubrationis nomen merentur, quæ feſtinata ſunt non magno ſtudio.

ET-

TESTIMONIA VETERUM DE PRUDENTIO.

Gennadius in Catalogo virorum illuſtrium.

PRudentius, vir ſæcularis litteraturæ eruditus, compoſuit Diptychon de Veteri & Novo Teſtamento, perſonis exceptis. Commentatus eſt & in morem Græcorum Hexaemeron de mundi fabrica, usque ad conditionem primi hominis, & prævaricationem ejus. Compoſuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulavit, Apotheoſis, Pſychomachia, Amartigenia, ut eſt de divinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum, Fecit & in laudem martyrum, ſub aliquorum nominibus, Invitatorium ad matyrium librum unum, & Hymnorum alterum. Speciali tamen conditione adverſus Symmachum, idololatriam defendentem, duos laude digniſſimos libros compegit: ex quorum lectione agnoſcitur Palatinus miles fuiſſe.

Sidonius Apollinaris. Lib. II. Ep. IX.

Nam ſimilis ſcientiæ viri, hinc Auguſtinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur. Quos inter Adamantius Origenes Turranio Rufino interpretatus ſedulo fidei noſtræ lectoribus inſpiciebatur.

At

Alcimus Avitus poëmate.

Hæ virtutis opes, hæ ſunt ſolatia belli,
Quis dubium adverſus mentis cum corpore bellum
Ipſa ſuos armat clamantis bucina Pauli;
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.

AURELII PRUDENTII VITA,

Per Aldum Romanum.

Aurelius Prudentius Clemens, vir conſularis, genere fuit Hiſpanus ex urbe Cæſarauguſta, ut ex eo hymno colligimus quem in laudem duodeviginti martyrum Cæſarauguſtanorum ſcripſit. Fuit homo ingenioſus, gravis & ornatis moribus, ac Chriſtianæ religionis obſervantiſſimus, quod ex ipſius operibus facile eſt cognoſcere: licet adoleſcentiam & juventutem, qvum bonis literis indulgeret, incontinenter egerit: quod dolet ipſe in prooemio καθημερινῶν his verbis: *ætas prima ac luto* &c. Fuit & jurisperitus ac Meſſaliæ conſul. Militavit etiam non ſine laude, puto, ſub Honorio, quod ſic ipſe teſtatur: *bis legum moderamine* &c. Poſtremo ſeptimum & quinquageſimum annum agens, res eccleſiaſticas vario metrorum genere cœpit componere ingenioſe quidem, & eleganter, ſed ſpreta interdum ſyllabarum quantitate in peregrinis dictionibus, & maxi-

naxime Græcis: nõ quod putem ipſum ignorаſſe literas Græcas, quoniam hi tituli librorum ejus redarguunt, ψυχομαχία, καθημερινῶν, ἀποθέωσις, Ἁμαρτιγένεια, περὶ στεφάνων διττοχαῖον, ſed Ectaſin Syſtolenque facere poſſe ıterdum in rebus ſacris ſibi licuiſſe, (niſi nendoſi codices) fortaſſe voluit. Dolens ·ræterea nihil ſcribendo, eò ætatis veniſſe, ic queritur

Inſtat terminus, & diem
Vicinum ſenio jam Deus applicat,
Quid nos utile tanti ſpatio temporis egimus?

loruit temporibus Valentiniani II. & Theoоſii M. & filiorum ejus Arcadii & Honorii mperatorum, quibus & Auſonius & Claujanus Poëtæ, item Hieronymus, Ambroıus, Auguſtinus, divi Eccleſiæ ſanctæ Doctoes floruerunt. Nam in prooemio primi liri contra Symmachum colligimus Prudenum eo tempore floruiſſe, quo Symmachus, is ad Chriſtum pro Symmacho precibus:

Salvator generis Romulei precor &c.

'um quia contra Symmachum divus etiam mbroſius ſcripſit ad Valentinianum Auguum, perſpicimus divi Ambroſii tempeſtate ıiſſe Prudentium. In fine autem ſecundi bri contra Symmachum, videtur Pruden-

tius

rius ad Honorium Theodoſii M. filium dirigere ſermonem his carminibus:

Te precor Auſonii dux Auguſtiſſime regni &c.

Præterea meminit Stiliconis, quem & Rufinũ Theodoſius M. quum Arcadius & Honorius filii, quos poſt liberatum orbem, ſubactosq; undiq; domitosq; tyrannos, conſortes imperii fecerat, nondum maturi imperio forent, ductores legit, & Rufinum Arcadio adjunxit, & Stiliconem Honorio: & Arcadius Conſtantinopoli, Romæ Honorius imperavit. Carmina vero quibus de Stilicone Honorii comite meminit, quoniam ſtragem barbarorũ continent, qui duce Radagaſio in Italiam irruperunt (fuit enim numerus CC. millium) operæ pretium hoc loco recenſere exiſtimavimus, ſunt autem hæc:

Tentavit Gethicus nuper delere tyrannus &c.

Romam quoque ex Hiſpania profectum fuiſſe teſtatur ipſe in lib. περὶ στεφάνων, in Caſſiani, Hippolyti, & Petri, & Pauli martyriis. Compoſuit autem multa, quæ titulis Græcis ornare operæ pretium duxit, præter duos libros adverſus Symmachum, ac Romani martyris tragœdiam. Ea vero ſunt ψυχομαχία h.e. animi pugna, heroico carmine. ψυχὴ enim Græce, latine animus, & μάχομαι pugno. In eo enim libro vitia cum virtutibus pugnant,

&

ſuccumbunt vitia. Καθημερινὸν h.e. diurnarum rerum opus. Sunt enim odæ ex vario metrorum genere à matutino ad veſpertinum crepuſculum. Ἀποθέωσις, h. e. divinitas, deificatio, ἀποθεόω, deifico. Eſt enim opus de rebus divinis. Ἁμαρτιγένεια, peccatorum origo, ἐκ ἁμαρτία peccatum & γεννάω, genero. Scribit enim adverſus Marcionem hæreticum, qui duos eſſe Deos dicebat, alterum Veteris Teſtamenti crudelem, ſanguinarium ac peſſimum: Novi alterum, pium, miſericordem, optimum: atque animos à bono, à malo corpora eſſe creata, pugnaſſeq; eos inter ſe, atq; à malo bonum victum, animumq; in corpus immiſſum, & hinc inter carnem & animum bella geri inteſtina aſſidue: quod confirmabat his Apoſtoli verbis: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adverſus carnem. Id vero, quia fomes peccatorum origoq; eſt, ἁμαρτιγένεια ei libello inditum eſt nomen. περὶ στεφάνων h.e. de coronis. Sunt enim hymni in laudem martyrum, qui quoniam legitime certaverunt, coronis honeſtati ſunt. διττοχαῖον, duplex cibus διττὸν, duplex, & ὀχὴ cibus. Sunt enim tituli hiſtoriarum Veteris & Novi Teſtamenti: atque hinc puto dittochæum, h.e. duplicem cibum appellatum hunc librum à Prudentio. Sed

quo-

quoniam non ſic exultus eſt, & elaboratus hic liber, ut ceteri à Poëta compoſiti, ſunt qui non eſſe Prudentii dicunt. Ego vero ipſum à ceteris ſeparare non ſim auſus, quia Genadius, qui poſt divum Hieronymum ſcripſit de viris illuſtribus, dittochæum à Prudentio compoſitum dicit, tum etiam, quia in antiquiſſimo codice ceteris Prudentii operibus, quæ imprimenda curavimus, inſertus & hic erat libellus, & pro dittochæum, dirrochæum, titulus, ſcriptorum culpa, quod conjicio facile: quia interpretatum inibi eſt antiquisſimis characteribus duplex refectio pro duplex cibus. Scribit etiam adverſus Symmachum libros duos heroico carmine pulcherrimos, in quibus & doctrinam ſuam, copiamque ac ingenium non mediocre oſtendit. Erat autem hic Symmachus urbis Romæ præfectus ac ſumma vir eloquentia, qui ad Valentinianum & Theodoſium, Arcadiumque imperatores legatus à ſenatu miſſus, ut veteres Deorum cultus revocarentur. hac de re elegantem habuit orationem. Quæ impreſſa inter divi Ambroſii epiſtolas, viſitur, cui & Ambroſius proſâ oratione, & Prudentius duobus libris heroico carmine compoſitis, apte, copioſeque reſpondent. Inquit quoque Genadius Hexaemeron de mundi fabrica usque ad conditionem primi parentis & prævaricationem ejusdem commentatum fuiſſe Prudentium, quod opus ſi veniſſet in manus noſtras, una cum ceteris prodiiſſet in publicum,

AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. CL.
I.
PRÆFATIO.

Notet Benevolus Lector! Æ. notare obſervationes Ælij Antonij Nebriſſenſis; I. Iſonis Magiſtri gloſſas veteres ex codd. Caroli Widmanni & Jacobi Bongarſij ſtudioſè excerptas. H. Nicolai Heinſij notas.

ARGUMENTUM.

Cum Poëta ageret annum ætatis ſeptimum & quinquageſimum, quod reliquum erat vitæ dedicat rebus divinis: Itaque numerat ſtudia ſua pueriliæ & adoleſcentiæ, tum quod in juvenili ætate egerit cauſas, & deinde rexerit urbes, & in palatio cum Cæſaribus ſit verſatus usque ad ſenectutem.

1. H. Hanc Præfationem non ad Cathemerina oportet referri peculiariter, ſed ad univerſum Prudentii noſtri opus Poëticum, cujus in ea partes ſingulæ percenſentur. Aberat autem, quod mireris, ab omnium vetuſtiſſimis Puteanæ Bibliothecæ membranis. Cæteri etiam codices initio Cathemerinon erant mutilati. Ipſam, de qua agimus, præfationē, Prudentius videtur mutuatus ex

PEr 2 quinquennia jam decem,
Ni fallor, 3 fuimus : ſeptimus 5 inſuper
Annum 4 cardo 6 rotat, dum fruimur 7 Sole volubili.
Inſtat 8 terminus, & diem
Vicinum 9 ſenio jam DEUS applicat.
Quid nos utile tanti ſpatio temporis 10 egimus?
11. Ætas prima 12 crepantibus

illo Actorum Apoſtolicorum loco Cap. VI. ubi occurrit, διακονία καθημερινῇ. Nec defuerunt, qui duos hujus libelli hymnos poſtremos loco moverent, ut illic pluribus dicemus, quod ad cantus quotidianos referri poſſe nequaquam viderentur. 2. Æ. quinquaginta annos. I. per quinquaginta annos. 3. Æ. Ad illud Vigilianum alludit: *Fuimus Troës.* I. viximus. 4. I. Annus, Cardo hîc pro volubilitate ponitur. Nam cardo propriè eſt lignum, in quo oſtium volvitur, & dicitur cardo, quaſi cor januæ. Æ. Septima vertigo, ſive revolutio ſolis. 5. Æ. Ultra quinquaginta. 6. i. e. volvit. Virgilius :

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

7. I i.e. hâc vitâ quæ ſemper volvitur. 8. I. vitæ. Æ. mors, quæ omnium finis eſt. 9. I. ſenectuti apponit. Æ. mortem, quæ eſt ſenectuti proxima. 10. I. ſc. nihil. Æ. q. d. nihil, quod eſſet animis conducibile. 11. Æ ſc. puerilis, quæ fuit ſub pædagogis. 12. I. reſonantibus. Æ. i. e. ſonantibus, nam ferulis pædagogi in pueros ſæviunt, Martialis in Dyſticho cujus lemma eſt ferula :

Ingrata

Et levis sub 13 ferulis: mox docuit 14 toga
15. Infectum vitiis 16 falſa loqui, non ſine crimine:

Ingrata nimium pueris grataque magiſtris,
Clara Prometheo munere ligna ſumus.

Columella: *Nec manibus mites ferulas, nec tarribus aquas.*

Juvenal. *Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.*

13. *I.* Ferula propriè, qua Grammatici utuntur, quâ manus diſcipulorum feriunt. Unde juvenalis dicit: Et nos manum ferulæ ſubduximus. Ferulæ dictæ à fervore, eò quod fervere, i. e. tremere faciant diſcipulos. Grammatici autem ferulas portabant ad feriendos diſcipulos. Eſt autem propriè genus arboris, cujus ſuccus thapſia vocatur. 14. Æ. ſubaudi virilis; Nam poſt togam prætextam pueri anno ætatis octavo decimo ſumebant togam virilem, quo tempore, ut inquit Terentius, liberior erat vivendi poteſtas. Et Perſius: Totaque impune ſubura permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo. *I.* Veſtis quâ Romani utebantur, ante quintum decimum pueri prætextâ utebantur, poſtea vero ſub diſciplina; togâ, juvenili robore. Nam toga veſtis eſt, quâ ſoli liberi utebantur. *15.* I. pollutum. 16. Æ. blandiri æqualibus. Nam adulationis eſt mentiri. Perſius: Cum blandi comites. Aut per togam intellexit vitam togatorum, qui regibus ſuis adulantur. I. Rhetoricam tangit, non ſine crimine; quia in mendacio crimen eſt. Vel: Falſa i. e. Dialectica & Rhetorica; quæ aliquando falſa concludunt.

17 Tum laſcivia 18 protervitas ,
Et 19 luxus petulans (heu 20 pudet ac piget!)
Fœdavit 21 juvenem nequitia ſordibus ac luto.
22 Exin 23 jurgia turbidos
24 Armarunt 25 animos, & 26 male pertinax
27 Vincendi ſtudium ſubjacuit 28 caſibus aſperis.
29 Bis legum moderamine

17. Æ. i. e. eo tempore aut deinde. 18. Æ omnia hæc ad libidinem ſpectant, laſcivia , protervitas , petulantia , procacitas , nequitia. I. Protervia & protervitas i. e. ſuperbia ſc. Solent enim judices in cauſâ, quam præponunt , perſevérare, donec vincant. 19. I. Livor laſciviens. H. *Et luxus* cum Thuaneo & Oxonio. Cum *ac luto* mox ſubſequatur. 20 I Me talium operum. Pudet verecundiæ : piget pœnitentiæ. 21. I. Me. 22. I. Pro exinde ; metri cauſa , i. e. ſtatim. Æ. tempus illud deſignat , cum in foro cauſas egit. 23. Æ. i. e. litigia. Seneca in Hercule Furente : Hic clamoſi rabioſi fori jurgia , vendens improbus iras & verba locat. 24. I Durarunt, ſuperbumq; fecerunt. 25. Æ. non perſpicientes, juſtam an injuſtam cauſam defenderemus. 26. I. perſeverans. Malarum rerum perſeverantia. Æ. i.e. in malam partem, pervicax. Horatius in alia ſignificatione dixit : *Et digito malè pertinaci.* 27. Æ. i. e. nimia & immoderata cura vincendi cauſam turpem. 28. Æ. quia ſollicitus erat ſub ancipite ſorte , vinceretne, an vinceretur. 29 Æ. dicit ſe rexiſſe urbes cum poteſtate juris dicendi, h. e. fuiſſe Prætorem Principis beneficio, idque bis ſibi contigiſſe.

30. Frenos

30. Frenos nobilium reximus urbium:
Jus civile bonis 31 reddidimus, 32 terruimus 33 reos.
Tandem 34 militiæ gradu
35 Evectum 36 pietas Principis extulit,
Aſſumptum propius 37 ſtare jubens ordine proximo.

30 I. Ligationes, conſulatus. Et frena dicimus & frenos. 31. Æ. i. e. juſta petentibus per jus civile reſtituimus. 32. I. præfecturam exercendo. 33. Æ. videtur accipere in eâ ſignificatione, quâ recentiores accipiunt, cum ſit reus, â quo in judicio aliquid petitur ſive juſtè ſive injuſtè. 34. Æ ſignificat, ſe perveniſſe ad præfecturam prætorij: nam poſt principem is ordine primus. Fuerunt autem ſub Imperatoribus præfecti prætorio, qui ſub Regibus fuerunt Tribuni Celerum; ſub conſulibus Magiſtri Equitum. 35. I. ſublimatum. 36. Æ. i. e. Princeps piiſſimus, qui me eo dignitatis evexit. 37. I. ſc. me. 38. I. volans: citò tranſiens. Æ. volans. Ovidius:

Labitur occultè; fallitque volatilis ætas.

H, vita volens in Thuaneo Quod mihi præ vulgata ſcriptura concinnum omninò eſt viſum: qui meminerim id loquendi genus Maroni, inter ceteros, eſſe perquam familiare. De quo ad ipſum Æneidos V. v. 219. curis ſecundis ad Naſonem Metamorphoſeon II. v. 128. & ad Silium Italicum XI. v. 445. noſter Hamartigenia, *juga dura volentes Addicta ſubeunt cervicibus*, & *, lex alia prudens Eligit atque volens*. Et, *ſuaſerat, ut meliora volens ſequeretur*, Hymno B. Laurentij, *erumpit volens*

Hæc dum vita 38 volens 39 agit;
40 Irrepſit ſubito canities ſeni,
Oblitum veteris me 41 Saliæ Conſulis 42 arguens:
43 Sub quo 44 prima dies mihi
Quam 45 multas hiemes volverit & roſas
Pratis poſt glaciem reddiderit 46 nix capitis probat.
Numquid talia proderunt
47 Carnis poſt obitum 48 vel bona vel mala?
Cum jam, quicquid id eſt, quod fueram, mors 49 aboleverit.

volens. vocem ſecutus ſpiritus. Mox *me. Saliæ* diſertim idem Thuaneus & Altinius: quomodo caſtigandum eſſe, jam alij monuerunt. Flavio Salia & Flavio Philippo Conſulibus natus Prudentius anno ab U. C. CCCL. 39. I. facit. 40. I. irrepere eſt aliquid latenter rapere. Æ. ut Virgilius ait: non intellecta ſenectus. 41. I. illius conſulis. Æ. legit *Maſſiliæ.* Sub hoc Conſule videtur natus Prudentius. 42. I. Me. Æ. reprehendens me. 43. I Conſule. Ex quo ad illum veni. 44. Æ. i. e. natalis. 45. Æ. i. e. annos. 46. I. & Æ. canities. 47. Æ. quia anima non interit. 48. Æ. non ſimpliciter bona vel mala, quæ ſunt animi: ſc. fortunæ & naturæ bona & mala dicit. I. vel proſpera vel adverſa. Media dicit: unde Salomon: Non eſt prudentia, non eſt ſapientia apud inferos, quo tu properas. Media ergò ſunt, quæ in hâc vitâ & bonis & malis communiter eveniunt. 49. I. Deleverit. Æ. quia quotidiè morimur & quotidiè commutamur, neque aliud eſt in nobis vivere, quam morti accedere.

50.

50 Dicendum mihi: 51 quiſquis es;
Mundum, quem coluit, 52 mens tua 53 perdidit.
Non ſunt 54 illa Dei, quæ ſtuduit, 55 cujus haberis.
56 Atqui fine ſub 57 ultimo
Peccatrix anima ſtultitiam 58 exuat:
Saltem voce Deũ 59 concelebret ſi 60 meritis nequit:
61 Hymnis 62 continuet 63 dies,
Nec nox ulla vacet, quin Dominum 64 canat:
Pugnet contra 65 hereſes; catholicam 66 diſcutiat fidem:
Conculcet 67 ſacra gentium:
Labem 68 Roma tuis inferat idolis.
Carmen martyribus devoveat: laudet Apoſtolos.
Hæc dum ſcribo vel eloquor,

50. I. ſc. habes. 51. I. ô Lector. Æ. cum quo mihi ſermo eſt. 52. ô Prudenti. 53. I. in morte. Æ. omnia bona mundana, quæ, ut dixi, aut fortunæ, aut naturæ ſunt. 54. I ſecularia. Æ. quia ſola animi bona tendunt ad Deum; Cetera cum vitâ terminantur. 55. Æ. i.e. in cujus poteſtate futurus es. I. cujus ſervus es. Ad quem ſolummodo pertinebis, aut ut te remuneret, aut certo damnet, i.e. ad puniendum vel ad remunerandum. 56. I. potius, certè. 57. Æ. prope mortem. 58. I. abjiciat. Æ. deponat amorem talium rerum. 59. I. laudet. 60. Æ. operibus juſtis, quanquam & ipſa concelebratio meritoria eſt. 61. I. laudibus. 62. Æ. ſc. anima laudet Deum die noctеque. 63. I. pluralis accuſativus. 64. I. laudet. 65. Æ. hæc futura eſt totius operis materia. 66. I. inquirat. 67. I. idola deſpiciat. 68. I. ô Roma.

Vinclis 69 ô utinam corporis 70 emicem
Liber 71 quo tulerit 72 lingua ſono mobilis 73 ultimo.

69. I. nunc. 70. Æ. illud Apoſtoli eſt : Miſer ego homo ; quis me liberabit à corpore mortis hujus ? & illud, cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto I. exiliam, exeam. Emico eſt exilio. Unde Virgil: Emicant digiti. Ponimus emicare pro ſplendore; quia dum ſplendet, quaſi exilire videtur & immotum eſt. 71. Æ. i. e. eò quò. 72. Æ. loquens talia ſive divina. 73. Æ. optaverit, me ferri aut latum iri ultimis precibus, h. e. utinam inter canendum talia moriar.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. CL. CATHEMERINON LIBER.

HYMNUS PRIMUS.

I.

AD GALLI CANTUM.

ARGUMENTUM.

INcipit Prudentij Cathemerinon, h. e. hymnorum per horas diei, atque auſpicatur à galli cantu, h. e. à media nocte, quam Varro gallicinium vocat. Nam media nocte inclinante gallus propè ſemper canit. Hortatur itaque hymnographus, ut gallo canente omnes ſurgant ad canendum Chriſto Deo : petendumque pecca-

torum

torum condonationem. Dicit itaque primò, quod per gallum figuratè debemus intelligere Chriſtum: & quemadmodum ille prædicit lucem propè futuram, & tenebrarum noctis magnam partem abſceſſiſſe: ita Chriſtus vocat nos, ut relictis tenebris peccatorum ſurgamus ad vitam, juxta illud Apoſt. Pauli Rom. XIII. Nox præceſſit, dies autem appropinquavit, abjicite ergò opera tenebrarum.

2. ALes diei nuntius
Lucem propinquam præcinit:
Nos 3 excitator mentium
Jam 4 Chriſtus ad 5 vitam vocat.
Auferte, 6 clamat, lectulos 5
7 Ægros, 8 ſoporos, 9 deſides;

1. H. Sic Put. & Thu. & alii. I. Cathemerinon genitiv. Plur. i. e. cottidianus vel conſecrationum vel dedicationum. 2. AE. gallus qui nunciat diem adventare, Virg. in Moreto: Excubitorque diem Cantu prædixerat ales. I. Per gallum, qui diem canendo denunciat, Chriſtus ſignificatur, qui mentes noſtras ab infidelitate ad veram vitam, ad veram lucem vocat. 3. I. quia excitat nos ad bonum. 4. AE. qui per gallum figuratur. 5. AE. ad ſe, qui dixit: Ego ſum via, veritas & vita. Et alibi: Ego ſum lux mundi. 6. AE. clamat per gallum excitatorem. 7. AE. in quibus ægro-

Caſtique, recti, ac ſobrij
Vigilate: jam ſum 10 proximus.
11 Poſt ſolis ortum fulgidi
12 Serum eſt cubile 13 ſpernere:
Ni parte 14 noctis addita

ægroti ſolent jacere. neque poſſunt inde ſurgere, H. Alii: *Ægro ſopore deſides.* Sed Puteanus cum Thuano & Altinia *ægros, ſopores, deſides.* Quod & in duobus Weitzianis notæ præſtantioris comparet. Recte. Nec turbandus fuit ordo horum verſuum, quod in editis nonnullis exemplaribus eſt factum. 8. AE. deſides ſc. ab effectu, quia nimius ſomnus deſidiam & languorem parit. 9. I. Deſes vel reſes, i. e. piger; quaſi in uno loco reſidendo piger efficitur. 10. AE. Ego qui ſum ſol, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, jam appropinquo, juxtà orietur timentibus nomen meum ſol juſtitiæ. I. Chriſtus enim in ſuo ſervitio laborantibus ſemper proximus eſt. 11. AE. dicit, perveniendum eſſe, neque expectandum, quouſque ſol exoriatur, juxta illud Anacharſis ad Miſonem: *Ante diem properas ô Miſon munus aratri. Ille refert; properat vivere nemo ſatis.* Addenda igitur eſt pars noctis laudibus divinis. 12. I. tardum. AE. relinquere lectum poſt ortum ſolis tardi & deſidioſi: & ſubaudi, culpandi, niſi partem noctis adjeceris labori, i. e. vigiliæ. Nam quemadmodum ſomnus eſt *quies rerum placidiſſima*, ut dicit Ovid.: ita vigilia eſt labor. 13. I. exſurgere. 14. I. niſi parte noctis ſervitio laboraveris.

15. Æ.

Tempus labori adjeceris.
15 Vox iſta, qua 16 ſtrepunt aves
Stantes ſub ipſo 17 culmine,
Paullo ante quam lux emicet,
Noſtri 18 figura eſt judicis.
Tectos 19 tenebris horridis,
20 Stratiſque opertos ſegnibus,
Suadet 21 quietem linquere
22 Jam jamque venturo die.
Ut cum 23 coruſcis flatibus
24 Aurora cœlum ſparſerit,

15. Æ. non ſolum galli, ſed etiam ceterarum aviũ, quæ ſub lucem canunt. 16. I. perſonant cum quodã ſtrepitu. Æ. ſonant, aut ad illud reſpicit, quod cum gallus cantaturus eſt, alas excutiens ſtrepitum facit. 17. I. culmen domus dicitur â culmo. Unde antiqui tecta ſua eô operiebant. Æ. ex Virgil. 8. AEneid. *Et matutini volucrum ſub culmine cantus.* 18. I. qui ſimiliter monet nos â lituis exſurgere. Æ. figuratè per illam volucrum vocem intelligimus Chriſtum, qui eſt judex vivorum & mortuorum, juxta illud: *Pater omne judicium dedit filio.* 19. I. ignorantiæ. AE. involutos peccatis & opertos. 20. AE. lectis qui faciunt nos ſegnes. 21. AE. ſomnum; ut ſupra laborem appellans vigiliam. 22. AE. citò venturo. 23. AE. flammis; aut quia ſub auroram ſpirant auræ. I. ſolis impetu. 24. AE. Virgil. 4. AEneid. *Et jam prima novo ſpargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens Aurora cubile.*

Omnes 25 labore 26 exercitos
27 Confirmet ad ſpem 28 luminis.
29 Hic ſomnus ad tempus datus,
Eſt 30 forma mortis perpetis:
Peccata, ceu nox horrida,
Cogunt jacere ac ſtertere.
Sed vox ab alto culmine
Chriſti docentis præmonet,
31. Adeſſe jam lucem prope;
Ne mens ſopori ſerviat:

25. AE. vigilia, ut ſupra. 26. I. & AE. exercitatos. 27. AE. præparet ſc. aurora, h. e. tempus matutinum, 28 AE. Chriſti paulò poſt orituri. 29. ſed peccatorum. AE. moraliter dicit. Per ſomnum, qui eſt mortis imago, intelligimus animæ mortem; & per tenebras noctis intelligimus peccata, quæ ſuo tempore cogunt nos ſomno gravatos jacere & dormire. 30. I. figura. H. in Puteano â manu prima, *Mortis imago eſt perpetis.* Forte, *imago mortis perpetis*, ut per Epexegeſin iſta dicantur quod Prudentio ſolemne. Apotheoſi, *lumen imago Dei.* Sic ex præfatione in Pſychomachiam primo ſtatim verſu tollendum eſt verbum ſubſtantivum ex auctoritate codicum veterrimorum, *ſenex fidelis prima credendi via.* Et infra Cathemerinon hymno IX. v. 85. ex optimis membranis, *ô novum cædes ſtupenda vulneris miraculum!* vide & notas hymno XII. v. 77. Reſpexit autem Prudentius Naſonianum illud; *ſtulte, quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?* 31. AE. accedere.

32. de-

Ne 32 ſomnus uſque ad 33 terminos
Vitæ 34 ſocordis opprimat
Pectus 35 ſepultum crimine,
Et 36 lucis oblitum ſuæ.
37 Ferunt vagantes Dæmonas
Lætos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos
38 Sparſim timere & cedere.
39 Inviſa nam vicinitas
Lucis, ſalutis, Numinis,
Rupto tenebrarum 40 ſitu
Noctis fugat 41 ſatellites.
Hoc eſſe 42 ſignum 43 præſcii
Norunt repromiſſæ ſpei.

32. deſidia ſub peccato. 33 AE. uſque ad horam mortis. 34. I. pigræ. AE. languentis. 35. AE. obrutum. Virg. 2. AEneid. Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam. 36. AE. cœleſtis, unde traxit originem: aut *ſuæ lucis*, i. e. Chriſti. 37. I. homines AE. ea eſt hominum opinio, atque hodie vulgò id creditur. 38. AE. qui prius agminatim incedebant. Quod videtur ſimile illi, quod Anchiſes apud Virgilium in 6 AEneid. dicit: Et me ſævus equis Oriens afflavit anhelis. 39. I. odioſa dæmonibus. AE. reddit cauſam, cur dæmones fugiant; quia ſc. vicinitas lucis fugiat ſatellites noctis, i. e. Chriſtus dæmones. 40. I. negligentia. AE. ſqualloré ſive torpore noctis, Unde Virg. 6. AEneid: *per loca ſenta ſitu* dixit. 41. I. ſequaces. 42. AE. ſc. cum gallus canit, ſcimus quod lux noſtra propè eſt. 43 I. dæmo-

Qua nos 44 ſoporis liberi
Speramus adventum DEI.
Quæ 45 vis ſit hujus alitis,
Salvator oſtendit Petro,
Ter ante, quam gallus canat,
Seſe negandum prædicans.
46 Fit namque 47 peccatum prius,
Quam præco lucis proxima
Inluſtret humanum genus,
Finemque peccandi ferat.
Flevit 48 negator denique
Ex ore 49 prolapſum nefas:
Cum 50 mens maneret innocens,
Animusque ſervaret fidem.
51 Nec tale quidquam poſtea
Lingua locutus 52 lubrico eſt;

dæmones. 44. I. vitiorum mortis. AE. ſopore liberati. 45. I. ſignificatio. AE. galli poteſtas. 46. AE. ſenſus & ordo eſt: Petrus & quilibet homo fit peccator; priusquam præco lucis, i. e. gallus. h. e. Chriſtus illuſtret. 47. H. peccatum, & mox *lingua lubrico*, non *lingua lubrica* ex ſcriptis. 48. I. & AE. Petrus. 49. AE. quia oblitus ſui Chriſtum abnegavit, unde ad cantum galli reſipuit & ad ſe rediit. 50. I. quia quamvis voce Chriſtum negaret timore correptus; mens tamen & animus fidem ſervabat. 51. AE. ſed poſtea Petrus permanſit in fide usque ad mortem. 52. I. volubili ſc. linguâ. AE. lubricitate; quia nunquam tale verbum eſt lapſum ex ore ipſius.

Cantuque galli cognito,
Peccare juſtus 53 deſtitit.
54 Inde eſt, quod omnes credimus,
Illo 55 quietis tempore,
Quo gallus exſultans canit,
Chriſtum rediſſe ex inferis.
Tunc 56 mortis oppreſſus rigor,
Tunc lex 57 ſubacta eſt Tartari:
Tunc vis 58 diei fortior
59 Noctem coëgit cedere.
60 Jam jam quieſcant 61 improba,
Jam culpa 62 furva obdormiat,
Jam noxa 63 lethalis ſuum
64 Perpeſſa ſomnum 65 marceat.
Vigil 66 viciſſim ſpiritus,
Quodcunque reſtat temporis,
Dum 67 meta noctis clauditur,

53. *I.* dimiſit. 54. *Æ.* quod illo tempore, quo gallus canit, credibile eſt Chriſtum, ſpoliatâ morte, rediiſſe ad ſuperos. 55. *Æ.* ſomni, ut ſupra. 56. juxta illud Prophetæ: Ero mors tua ô mors. 57. I. â Chriſto 58. AE. Chriſtus qui eſt dies. 59. AE. diabolum. 60. AE. hortatur occaſione temporis, ut ceſſemus â peccatis & vigilemus Chriſto. 61. AE. mala noſtra ceſſent. 62. AE. nigra, tenebroſa: quia, ut diximus, per tenebras peccata intelligimus. I. nigra. 63. I. mortalis. AE. peccatum, quod mortem parit. 64. AE. ceſſationem â peccatis. 65. I. tepeſcat. AE. torpeſcat & ceſſet. 66. AE. quia ut ſomni & vigiliæ viciſſitudo eſt, ita eſſe debet peccatorum & reſurrectionis â peccato. 67. AE. ter-

minus

68 Stans, ac laborans 69 excubet.
70. Jeſum 71 ciamus vocibus,
Flentes, precantes, 72 ſobrij:
73 intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum 74 vetat.
Sat 75 convolutis artubus
Senſum 76 profunda oblivio
77 Preſſit, gravavit, obruit,
78 Vanis vagantem ſomniis.

minus noctis finitur, h. e. ſub ortum ſolis. I. finis terminus. 68. I. in Dei ſervitute. 69. I. vigilet. 70. H. *Hiſum* veterrimus Puteanus & h. l. & paſſim alibi ut hymno VII. v. 178. atque ita extuliſſe, nonnunquam veteres id vocabuli ex compluribus aliis Prudentii locis ſit manifeſtum, ubi lex metri præſcribit, ſic enunciandum eſſe. Apotheoſeos v. 222. *ſcrutati aeternum Regem cognovimus Hiſum.* & v. 417. *cognoſcimus Hiſu.* Ubi veterrimi codices IHV. v. 570. *atque invocat* IHM. v. 767. 932. 989. 1055. Pſychomachia 764. 777. alibi. 71. I. invocemus. AE. vocemus ſive moveamus, & declinatur Cio, cis, & Cieo, cies. 72. AE. ante cibum. 73. I. ad Deum. AE. attenta. Nam qui remiſſus eſt in orando, facile dormitat. 74. H. *vetet* cum Goldaſti membranis malo. 75. AE. omnibus membris impeditis, neque officium ſuum exercentibus. 76. AE quoniam in profundo ſomno omnium rerum obliviſcuntur. 77. AE. vim ſentiendi, quia omnia membra in ſomno torpent. 78. AE. ſolutum ad vana tantum phantaſmata.

79. Æ.

79 Sunt nempe falſa & 80 frivola,
Quæ mundiali gloria,
Ceu dormientes, egimus,
Vigilemus: hic eſt 81 veritas.
82 Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, proſpera,
Quæcunque nos 83 inflant mala,
84 Fit mane, nil ſunt omnia.
Tu Chriſte ſomnum 85 diſjice:
Tu rumpe 86 noctis vincula:

79. AE. comparat bona fortunæ tenebris noctis, vera autem bona, h. e. animi, comparat luci diei. Itaque illa agimus quaſi in tenebris, hæc autem in luce. 80. I. vana, nihil valentia. 81. I. Chriſtus. AE. omnia hæc bona opinata & falſa, quæ nos inflant in ſuperbiam, adveniente luce evaneſcunt. 83. I. in præſenti vita. 84. I fit dies judicij. AE. ſi lux oriatur. 85. I. diſſice, defectivum verbum eſt. AE. disjice, diſſipa. Virgil. 1. AEneid: *& diſjice corpora ponto.* H. *diſſice.* Ita vetuſtisſimi codices, cum in vulgatis pleriſque circumferatur *diſcute.* Sic Peri Stephanon hymno II. v. 209. iidem codices, *cum membra morbus diſſicit.* Sic etiam utroque loco ex quinque pervetuſtis codicibus ad librum tertiũ Paulini, de vita B. Martini Franciſcus Juretus reſtitutum ivit: qui de hoc verbo illic loci conſulendus: in eo tamen lapſus, quod hymno ſequenti ex membranis antiquis reponit: *Tu vitam totam diſſice.* Nam noſtri *diſſice* vel *deſpice* conſtanter. 86. Æ. peccatorum, quibus impliciti ſumus.

Tu ſolve 87 peccatum vetus,
Novumque 88 lumen ingere.

87. AE. quo ſumus inveterati 88. AE. illuſtra nos tuo lumine, h. e. gratia & venia tua.

II. HYMNUS MATUTINUS.

ARGUMENTUM.

Æ. Hymnus qualis ſuperior, ales diei nuncius, matutinum tempus eſt inter gallicinium & ortum ſolis, ex occaſione temporis, in quo incipiunt tenebræ evaneſcere, & lux increbeſcere, multa dicit de tenebris, h. e. peccacatis, & de luce, i. e. CHRISTO.

1. NOx, & tenebræ, & nubila
Confuſa mundi & turbida,
Lux 2 intrat, 3 albeſcit polus,
4 Chriſtus venit, diſcedite.
5 Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis 6 ſpiculo:

1. AE. quia in tenebris omnia confunduntur, ſicut in luce diſcernuntur. 2. Æ. ſubaudi, feneſtras. Perſ. *jam clarum manè feneſtras intrat.* 3. AE. luceſcit. 4. AE. qui eſt ſol juſtitiæ. 5. AE. tenebræ, quæ fiunt ſolo ab aſpectu noſtro ſubtracto terrâ interveniente, quia ſi terra non eſſet, nullæ eſſent tenebræ, quia ſol cuncta illuſtraret. 6. Æ. ad fabulam alludit, quæ in Apolinem ſagittas refert propter radios, nam ſpiculum ſagitta eſt. l. radio, ſpiculum propriè eſt ſagitta.

7. AE.

Rebuſque jam 7 color redit
Vultu nitentis 8 ſideris.
9 Sic noſtra mox obſcuritas,
Fraudiſque pectus 10 conſcium,
Ruptis 11 retectum nubibus,
Regnante 12 palleſcet DEO.
13 Tunc non licebit 14 claudere,
Quod quiſque 15 fuſcum cogitat:
Sed 16 mane clareſcent novo
Secreta mentis 17 prodita.
Fur ante 18 lucem 19 ſqualido

7. Æ. qui fuerat ablatus à tenebris noctis. Unde Virgil: *Et rebus nox abſtulit atra colorem.* 8. I. ſolis. Æ. ex præſentia ſolis. 9. Æ. ſenſus eſt, quod quemadmodum ſole omnia illuſtrantur, ſic noſtræ tenebræ, h. e. peccatorum ſordes à Chriſto purgentur. 10. Æ. in quo fraudes latent. 11. Æ. apertum, Virg. *radiiſque retexit orbem.* 12. Æ. palleſcat, pro albeſcat: & alludit ad tempus matutinum, quô aurora pallet. Virg. 4 AEneid. *Tithoni croceum relinquens aurora cubile.* 13. Æ. cum Chriſtus ſol juſtitiæ ortus fuerit, qui omnia occulta reteget. 14. I. occultare. 15. Æ. nigrum I. turpe. I. vitioſum, denigratum peccatis. 16. Æ. novâ luce; quia Deum nihil latet; cum ſit lux. Virg. 3. Georg. *Mane novo dum gramina canent.* I. adverbium eſt mane, temporis ſignif. ſed h. l. non eſt, cum conjungitur declinabili parti, ut mane novo, i. e. in die judicij. 17. Æ. manifeſta. 18. Æ. quia qui malè agit, odit lucem. 19. Æ. tenebroſo, h. e. inerti & inculto.

20 Impune peccat tempore:
Sed 21 lux 22 dolis contraria
Latere furtum non ſinit.
Verſuta 23 fraus & callida
24 Amat tenebris obtegi,
Aptamque noctem 25 turpibus
Adulter occultus 26 fovet.
Sol, ecce ſurgit igneus,
Piget, pudeſcit, 27 pœnitet,
Nec teſte quiſquam lumine
Peccare 28 conſtanter poteſt.
Quis 29 mane ſumtis nequiter
Non erubeſcit 30 poculis,
31 Cum ſit libido 32 temperans,
33 Caſtumque 34 nugator 35 ſapit?

20. *AE.* quia ſine arbitris furatur, ſed non impune, niſi ad tempus; quia *nihil occultum, quod non reveletur*. 21. *AE.* dies. 22. I furum. *AE.* fallere cupientibus. 23 H. in Oxonio *verſuta frons*. 24. *I.* cupit cooperiri. 25. *I.* rebus. 26 *I.* amat. *AE.* amplectitur & amat, quia turpiter facta pateſcunt 27. *I.* adulterum ſui ſceleris. 28. *I.* audacter, fiducialiter. *AE.* quia non conſtabit ſibi ipſi, ſed mutabit vitæ modum. 29. *I.* ſi manè ebrius fuerit. 30. *AE.* ſc. nocte heſterna: quia pudet nos fuiſſe ebrios. 31 I. quando. *AE.* quo tempore ſc. matutino. 32. *AE.* libidinoſus continet à voluptatibus. 33. *I.* caſtitatem. *AE.* caſtè & mundè. 34. *AE.* qui per noctem nugas agebat & delibabat. 35. *AE.* ſapiens eſt & reſipiſcit.

36. *AE.*

36 *Nunc nunc* 37 *ſeverum vivitur,*
Nunc nemo temptat 38 *ludicrum,*
39 *Inepta nunc omnes ſua*
Vultu 40 *colorant* 41 *ſerio.*
42 *Hac hora cunctis* 43 *utilis,*
44 *Qua quiſque, quod ſtudet,* 45 *gerat;*
46 *Miles,* 47 *togatus, navita,*
Opifex, arator, 48 *inſtitor.*
Illum 49 *forenſis gloria,*
50 *Hunc triſte raptat* 51 *claſſicum:*
Mercator 52 *hinc ac ruſticus*
Avara 53 *ſuſpirant lucra.*

36. *AE.* tempóre matutino. 37. *AE.* pro ſevere. *I.* adverb. graviter 38. *I.* ludibrium. *AE* nemo ludit. 39. *I.* inceſta. 40. *I.* laudant. *AE.* accommodant vultum gravem & triſtem & diſſimulant ſuas ineptias 41. *I.* honeſto, ſobrio 42. AE. ſc. matutina 43. AE. accommodata uſui & operibus. 44. *I.* in qua. 45. Æ adminiſtret officium ſuum. 46. AE qui verſatur in bello. 47. *I.* pacatus. Qui in foro diſputat AE qui exercet artes pacis. Unde eſt illud Ciceronis: *Cedant arma togæ.* 48. *I.* negotiator. AE. mercatores, qui merces exercent. 49. *I.* à foro. *AE.* togatum, qui agit cauſas in foro 50. AE militem. Nam claſſicum eſt ſonus tubæ, cum canitur ad pugnam, quod triſtitiam affert pugnaturis militibus. 51. *I.* tuba bellica. 52. *Æ.* à tempore matutino. 53. *I.* deſiderant. Æ. quia negotiantur, ut lucrentur.

Vultu ſereno 78 illumina.]

Tu ſancte, qui tetram 79 picem
80 *Candore 81 tinguis lacteo,*
82 *Ebenoque 83 cryſtallum facis,*
Delicta terge 84 livida.

conjungit. Hymno proximo, *mella ſudat re-cens favus*, & Hymno VI. *reſudare crapulam*. Et in Apotheoſi *crudus convivio reſudas congeriem veneris.* Hymno in exequiis defuncti, *morbus tormenta reſudans.* Hymnus octavo Kal. Jan. *jam ſtillat ilex arido ſudans amomum ſtipite*, atque ita paſſim noſter. 78 Æ abjiciendo tenebras & inferendo lucem. 79. Æ. nigrorem peccatorum. *I.* peccata, peccatorem. 80. *I.* juſtitia. 81. Æ. lavas, & in candorem vertis. Juvenalis, quanquam in diverſa ſententia, *qui nigrum in candida vertunt* Eſ. *I.* ſi fuerint peccata noſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. 82. Æ. ex ebeno, quæ materia nigra eſt. Virg. Georg. I. India nigrum fert ebenum. I. arbor nigerrima, nigro ligno. Ebenum eſt genus nigri ligni. Vel Hebenum genus eſt arboris, quod poſtquam inciſum fuerit & projicitur in aquas, ibidem quâdam coagulatione dureſcit & efficitur lapis niger, unde poſtea utilia fiunt inſtrumenta ad diſcretionem bonorum malorumque munerum. 83. I. perſpicuitatem. Æ. aquam congelatam ſive lapidem quæ alba ſunt. 84. Æ. nigra ut ſæpè diximus. I. ſordida.

85. Æ.

85 Sub nocte Jacob 86 cærula,
87 Luctator audax Angeli,
88 Eo uſque, dum lux ſurgeret,
89 Sudavit impar prælium.
Sed cum 90 jubar clareſceret,
91 Lapſante claudus poplite,
Femurque victus 92 debile,
93 Culpæ 94 vigorem perdidit.
95 Nutabat 96 inguen ſaucium,

85. Æ. ordo eſt: Jacob luctator audax, impar prœlio angeli ſudavit. Per exemplum Jacob luctantis cum angelo, probat, quod dixit, quod per tenebras intelligamus peccatum, & per lucem culpæ remiſſionem. Nam quemadmodum legimus Geneſ. 32. Jacob rediens ex Meſopotamia, cum veniſſet ad locum, quem ipſe vocavit Phanuel, per totam noctem luctatus eſt cum angelo; quod erat quaſi DEO reſiſtere: ſed poſtea ſub auroram. h. e. luce adventante ceſſit; quia tacto ab angelo coxendicis nervo claudicavit; atque ita victus eſt. 86. Æ. nigra, vel potius ad cœli colorem rediit. 87. I. non brachiis, ſed oratione, ut benediceret ei. 88. Uſque. Æ. quoad. 89. I. luctabatur, laboravit. 90. I. ſol, ſplendor diei. 91. Æ. labenter ſuccidno. Virg. 2. Æneid: *multo lapſantem ſanguine natū traxit.* 92. Æ. ab angelo debilitatum, & eſt Synecdoch. 93. I. luxuriæ, 94. Æ. vires ſuas, quibus angelo reſiſtens peccabat. 95. Æ. vacillabat, & claudicabat. 96. I. Synecdochicè. Æ. pro coxendice poſuit, quæ è regione inguinum eſt.

ipſum ad cibi parſimoniam & ſobriam cœnam, quaſi ſit jejunium Eccleſiæ completurus. Æ.

1. O Crucifer bone 2 luciſator,
3 Omniparens, pie, 4 verbigena,
5 Edite corpore virgineo:
Sed prius in 6 Genitore potens,
Aſtra, ſolum, mare quam fierent.
Huc 7 nitido precor intuitu
Flecte ſalutiferam faciem,
Fronte ſerenus; & 8 inradia,

1. Æ. qui tuliſti crucem ad locum Calvariæ, ubi paſſus es, & nunc fers illam, quaſi victoriæ inſignia. 2. Æ. lucis creator. 3. Æ. omnium rerum pater; quia per Filium Pater omnia creavit, & ipſe per ſe cum Patre & Spiritu ſancto creator eſt. 4. *l.* Verbo genite. Æ. fuit tempus, quo non putabamus de Chriſto poſſe dici *verbigenam*. Et revera ſi *verbigena* exponatur *verbum genitum* recte dicitur: ſed nos conſilium ſequebamur rationem. Nam *verbigena* ita exponendum eſt, *verbo genitus*: ſicut *Martigena* Marte genitus; *Junonigena*, Junone genitus. Improprie igitur dixit, *verbigena*, ſicut infra in hymno natalis Chriſti dixit: *ex ore quamlibet Patris ſit ortus & Verbo editus*. Neque enim eſt partus Verbo, ſed eſt Verbum à Patre partum ſive editum. 5. Æ. generate & parte. Juvenal: *ſi bos ederet agnum*. 6. Æ. cum genitore. 7. Æ. ſereno vultu. 8. Æ. inſpira

minis ut ſub honore tui
epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil, Domine:
juvat ore quid adpetere,
ula ni prius atque cibos,
riſte, tuus 9 favor 10 *imbuerit,*
nia 11. *ſanctificante fide.*
Fercula noſtra Deum 12 ſapiant,
iſtus & 13 influat in 14 pateras:
ſeria, 16 ludicra, verba, 17 jocos,
nique 18 quod ſumus aut 19 agimus,
Trina ſuperne regat pietas.

ra. ſanctifica', ſubaudi nos. 9. I. laus. 10. Æ. piraverit & impleverit. I. benedicat, ſanctificet. Æ. nobis omnia per fidem cooperantibus, quæ s ſanctificat tibi. 12. Æ. divinum habeant ſarem, ſicut dicimus *melimela poma*, quæ ſapiunt el. 13. Æ. inſpiret in vina, ut vinum quoque ſaat Chriſtum. 14. I. menſas. Patena eſt dicta à tendo. Patera vero, i. vas aptum receptui pos. 15. Æ. quæ opponuntur jocis. I. ſerium. Seum eſt honeſtas; inde ſeria pluraliter. 16. I. junum. Æ. ludos, qui permiſſi ſunt ad ceſſatiom & quietem, & denique omnia verba quæ loimur. Nam & virtutem quandam ponit Arioteles in hujuſmodi rebus in 2. & 4. Ethic. 17. infantum. 18. I. & nos & actus noſtros regat perna pietas. 19. I. facimus. 20. H. *ſuperne* Puanus codex & Altinius cum Egmundano Weii. Rectè. *Superne* enim & *inferne* & *interne* ſylbam poſtremam corripiunt, ſic Paſſione SS. Pe-

tri

Hic mihi nulla roſa 21 ſpolia,
Nullus 22 aromate fragrat odor:
Sed 23 liquor influit ambroſius,
24 Nectareamque fidem redolet
25 Fuſus 26 ab uſque Patris gremio.
27 Sperne, 28 Camena 29 leves hederas,
Cingere tempora 30 queis ſolita es,
31 Sertaque myſtica dactylico
Texere docta 32 ligare 33 ſtrophio,
Laude Dei 34 redimita 35 comas.
Quod 36 generoſa poteſt anima,
Lucis & ætheris 37 indigena,

tri & Pauli: *omnicolor vitreas pictura ſupernè tingit undas.* Apud Lucret. Lib. IV. conſtanter codices vetuſti *ædita pars & remorum recta eſt, & recta ſuperne guberna.* Lib. VI. *terra ſupernè tremit magnis concuſſa ruinis,* & ibidem, *recta ſuperne timent, metuunt interne cavernas.* Sed & apud Auſonium in Epiſtolis ad Theonem: impleturum quam te noſtris internè medullis defore tam longi temporis in ſpatio. 21. I. ſicut antiqui faciebant. Æ. coronæ ex roſis, quæ ad hoc afferuntur ex roſetis. 22. I. hoc aroma facit in ſingulari numero nominativum. Æ. ex rebus oderatis. 23. I. dulcis, divinus. Ambroſia cibus deorum. Æ. ſuccus divinus, i. quod ſupra dixit, qui Deum ſapiunt, eſt namque *ambroſia*, quemadmodum Poëtæ dicunt, cibus Deorum, ſicut nectar illorum potus. 24. I. puram. 25. Æ. deſcendens ex cœlo. 26. I. ab uſque & aduſque licenter dicimus. 27. Æ. quibus coronaris in deſcri-

bendis

;ere dignius obſequium;
am 38 dat munera, ſi recinat
treſicem modulata ſuum?
40 Ipſe homini quia cuncta dedit,

dis poëmatibus ſecularibus. Nam hederæ ſecratæ ſunt Baccho, Poëtarum Deo peculiari, t laurus Phœbo. Martialis, *quid p-ſſunt he-a Bacchi dare?* 28. ô muſa Chriſtiana. I. ca-næ dicuntur quaſi canenæ, à canendo. 20. I. ias. 30 *I.* quibus. 31. corona. Æ ordo eſt: Muſa, docta texere ſerta myſtica, i. coronas n lauraceas & hederaceas, ſed ex ſacris literis itexta. 32. Æ. corona. 33. Æ. corona. Virg. Copa: *Et gravidum roſeo necte caput ſtrofio.* ingulo aureo. Stroſium eſt cingulum, ſtrofos m dicitur Græcis convertere. Hinc dictum ofium, eo quod à poſterioribus ad anteriora nvertitur. 34. Æ. ornata & inſtructa rebus di-nis. *I.* figurata conſtructio. 35. *I.* per comas. *I.* nobilis â Deo creata 37. *I.* incola Æ. quæ bet cœleſtem originem Juvenalis, *ſenſum à cæ-i demiſſum traximus arce.* 38. *I.* ſç ſibi â Do-no. Æ cantet beneficia â Deo accepta, quæ nia numerat per genera, & primo volucres i, deinde piſces maris, poſtea terræ fructus, ta illud Gen. 1: faciamus hominem ad imagi-imilitudinem noſtram, & præſit piſcibus ma-& volatilibus cœli & beſtiis univerſæ terræ. I. Chriſtum. 40. I. artifex. Æ quia omnia t ſub pedibus ejus & hominem ſibi.

41. Æ.

Quæ capimus dominante manu,
41 *Quæ polus, aut humus, aut pelagus*
42 *Aëre, gurgite, rure creant;*
43 *Hæc mihi ſubdidit, & ſibi me.*
44 *Callidus illaqueat volucres*
Aut 45 *pedicis dolis aut* 46 *maculis,*
Illita 47 *glutine corticeo*
48 *Vimina* 49 *plumigeram ſeriem*

41. Æ. volucres cœli, h. e. aëris. 42. *l.* in aëre. 43. *l.* poteſtati hominis ſubdidit omnia creata & hominem ſubdidit ſibi. 44. l. ingenioſius. Æ. quia niſi parentur inſidiæ volucribus, non poſſumus illas capere ideoque opus eſt calliditate & dolis. 45. *l.* pedicæ ſunt impedimenta greſſuum. Pedica eſt laqueus, quo aves capiuntur, æ. Virg. 1. Georg. *tunc laqueis captare feras & fallere viſco, tunc gruibus pedicas & retia ponere cervis.* 46. retibus maculoſis. Sunt autem maculæ ipſa retis foramina; *malas* Hiſpani vocant. 47. *l.* de cortice gluten efficitur Æ. viſco, quod fit aut ex corticibus quarundam arborum, aut ex viſco, quod innaſcitur ex ſtercore turdorum, de quo Virg. 6. Æneid.

Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu tereteis circumdare truncos.

48. Æ. virgæ perunctæ. *l.* virgulta. 49. H. *plumigeram* cum potioribus membranis. Alii *plumigenam*. Æ. aves, quæ gregatim & ex ſerie volant, ſicut grues.

50. Æ.

diunt, & 50 abire vetant.
Ecce, per æquora 51 fluctivagos
xta greges ſinuoſa trahunt:
is item 53 ſequitur calamum,
tus 54 acumine vulnifico,
redula 56 ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager 57 ingenuas,
es 58 ariſtifera ſegetis;
lic, ubi 60 vitea 61 pampineo
chia palmite 62 luxuriant,
Pacis alumna ubi bacca viret.

50. Æ. capiunt illas. 51. I. per fluctus vagan-
. Æ. piſces, qui, ut dicit Pſalmiſta perambulant
itas maris. 52. Æ. retia ſinus multos haben-
, contexta ex cannabe aut lino. I. retia. 53.
hamum. Æ. harundinem quâ trahitur: piſcis,
quam, 54. Æ. hamo, qui non poteſt capere pi-
m niſi vulnus inferat 55. I. qui credidit. Æ quæ
miū crediderunt eſcæ latenti in hamo. 56. I. ſau-
ta habens 57. I. innatas, nobiles. Æ. quas decet
mines ingenuos eſitare. 58. Æ. frumenti, quæ
la habet ariſtas, puta hordeum, triticum, tipha,
, ſemen. 59. I. in iſto loco, ubi ager eſt. 60.
vitium, quæ à ſimilitudine noſtrorum brachio-
m *brachia* dicuntur in arboribus, quæ ex trunco
iduntur, ſicut rami ex brachiis, & germina ex
nis. Virg. 6. Æneid. *in medio ramos annoſa-
e brachia pandit ulmus opaca ingens.* 61. Æ.
mpinis, h. e. frondibus pleno. 62. I. abundant.
effunduntur palmites, qui ſunt quaſi rami in
e. 63. I. inſigne pacis ferebatur antiquitus oli-

C va,

54 *At nos 55 lucelli ac 56 fœnoris*
57 Fandique prorſus 58 neſcij,
Nec 59 arte fortes bellica,
Te Chriſte, ſolum novimus.
Te mente pura & 60 ſimplici,
Te voce, te cantu pio,
Rogare curvato genu
Flendo & 61 canendo 62 diſcimus.
His nos lucramur 63 quæſtibus:
Hac arte tantum vivimus:
Hæc inchoamus 64 munera,
Cùm ſol reſurgens emicat.
Intende 65 noſtris ſenſibus,
Vitamque totam 66 diſpice:

54. Æ. boni Chriſtiani & religioni dediti. 55. *I.* diminutivum à lucro. Æ. ut mercatores. 56. *I.* uſuræ. Fœnus dicitur à manipulo fœni; quia ſicut fœnum manipulis augetur: ita fœnus, i. pecunia augmentatur colligendo. 57. Æ. agendi cauſas in foro. 58. i. ſumus. 59. Æ. ut milites. 60. Æ. uni tantum rei intenta. Juven. *Tum fœmina ſimplex.* Et Horatius: *ſimplex munditiis.* 61. *I.* laudando. 62. Æ. dicimus te, i. laudamus te. Horatius: prima dicte mihi, ſumma dicende camœna. 63. Æ. lucris; aut quæſtubus, ut vult Valla. 64. Æ. officia. 65. Æ. precibus, quas mente concipimus, & voce effundimus. 66. i. diligenter aſpice, deorſum aſpice: ad orem Æ. aſpice & circumſpice, & tuo favore proſequere. *Quicquid*, inquit Servius, *aſpectus Dei ſemper favorem affert.*

Sunt multa 67 fuſcis inlita,
Quæ luce purgentur tua.
68 Durare nos tales jube,
Quales remotis 69 ſordibus
70 Nitere pridem juſſeras,
Jordane tinctos 71 flumine.
Quodcumque 72 nox mundi 73 dehinc
74 Infecit atris 75 nubibus,
Tu 76 Rex Eoi 77 ſideris,

67. H. bene *fucis* Egmondanus codex. Quo-
do Giſelinus ex veterrimo exemplari. *I.* fucis,
ccatis vel nigris. Fucus dicitur de omni colo-
; unde fucatas veſtes dicimus, quocunque mo-
tinctas. Peccatis tenebroſa. Æ. maculata vitiis.
itur & *fucis* i. inquinata tenebris, & ſic magis
hæret ſequens litera, cum dicit: *luce purgentur*
a. Aut reſpicit ad aliam ſolis proprietatem,
i non ſolum illuſtrat, ſed etiam purgat. 68. I. &
. perſeverare. 69. Æ. quia per baptiſma delen-
r peccata, h. e. originale & actuale. 70. *I.* luce-
. 71. I. baptiſmate. Æ. aqua baptiſmi, quæ
n inde à Chriſti baptiſmate fuit conſecrata.
. Æ. peccata quæ per noctem intelliguntur.
. I. & Æ. poſt baptiſmum. 74. I. maculavit
ccatis. 75 Æ. quæ ſubtrahunt lucem. 76. I.
triſte. 77. I. ſolis, qui ab oriente naſcitur. Æ.
cis matutinæ. H. *tu Rex* cum ſcriptis & mox
m ipſdem *ſudavit impar prælium*, non *prælio*.
uod & Giſelinus curis ſecundis vidit apud Clau-
anum Nuptiis Honorii Aug. *quæ prælia ſudas?*
noſter id verbum frequenter cum caſu quarto

Vultu ſereno 78 illumina.
Tu, ſancte, qui tetram 79 picem
80 Candore 81 tinguis lacteo,
82 Ebenoque 83 cryſtallum facis,
Delicta terge 84 livida.

conjungit. Hymno proximo, *mella ſudet recens favus*, & Hymno VI. *reſudare crapulam*. Et in Apotheoſi *crudus convivia reſudat congeriem veneris*. Hymno in exequiis defuncti, *morbus tormenta reſudans*. Hymnus octavo Kal. Jan. *jam ſtillat ilex arido ſudans amomum ſtipite*, atque ita paſſim noſter. 78 Æ. abjiciendo tenebras & inferendo lucem. 79. Æ. nigrorem peccatorum. I. peccata, peccatorem. 80. I. juſtitia. 81. Æ. lavas, & in candorem vertis. Juvenalis, quanquam in diverſa ſententia, *qui nigrum in candido vertunt* Eſ. I. ſi fuerint peccata noſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. 82. Æ. ex ebeno, quæ materia nigra eſt. Virg. Georg. I. India nigrum fert ebenum. I. arbor nigerrima, nigro ligno. Ebenum eſt genus nigri ligni. Vel: Hebenum genus eſt arboris, quod poſtquam inciſum fuerit & projicitur in aquas, ibidem quâdam coagulatione dureſcit & efficitur lapis niger, unde poſtea utilia fiunt inſtrumenta ad diſcretionem bonorum malorumque munerum. 83. I. perſpicuitatem. Æ. aquam congelatam ſive lapidem quæ alba ſunt. 84. Æ. nigra ut ſæpè diximus. I. ſordida.

85. Æ.

85 Sub nocte Jacob 86 cærula,
87 Luctator audax Angeli,
88 Eo uſque, dum lux ſurgeret,
89 Sudavit impar prœlium.
Sed cum 90 jubar clareſceret,
91 Lapſante claudus poplite,
Femurque victus 92 debile,
93 Culpæ 94 vigorem perdidit.
95 Nutabat 96 inguen ſaucium,

85. Æ. ordo eſt: Jacob luctator audax, impar prœlio angeli ſudavit. Per exemplum Jacob luctantis cum angelo, probat, quod dixit, quod per tenebras intelligamus peccatum, & per lucem culpæ remiſſionem. Nam quemadmodum legimus Geneſ. 32. Jacob rediens ex Meſopotamia, cum veniſſet ad locum, quem ipſe vocavit Phanuel, per totam noctem luctatus eſt cum angelo; quod erat quaſi DEO reſiſtere: ſed poſtea ſub auroram. h. e. luce adventante ceſſit; quia tacto ab angelo coxendicis nervo claudicavit; atque ita victus eſt. 86. Æ. nigra, vel potius ad cœli colorem rediit. 87. I. non brachiis, ſed oratione, ut benediceret ei. 88. Uſque. Æ. quoad. 89. I. luctabatur, laboravit. 90. I. ſol, ſplendor diei. 91. Æ. labenter ſuccidno. Virg. 2. Æneid: *multo lapſantem ſanguine nati traxit.* 92. Æ. ab angelo debilitatum, & eſt Synecdoch. 93. I. luxuriæ. 94. Æ. vires ſuas, quibus angelo reſiſtens peccabat. 95. Æ. vacillabat, & claudicabat. 96. I. Synecdochicè. Æ. pro coxendice poſuit, quæ è regione inguinum eſt.

97 Quæ corporis pars 98 vilior:
Longeque ſub 99 cordis loco,
Diram fovet libidinem.
Hæ nos docentes 100 imagines,
Hominem 1 tenebris obſitum,
Si 2 forte non cedat Deo,
3 Vires rebelles 4 perdere.
Erit tamen 5 beatior,
6 Intemperans membrum cui
Luctando 7 claudum & tabidum
8 Dies 9 oborta invenerit.
Tandem 10 faceſſat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Lapſos 11 ſiniſtris greſſibus
Errore traxit devio.

97. I. ubi. 98. I. eſt. Æ. Horatius 1. Serm. *inguen ad obſcœnum ſubductum ut quæ facerem.* 99. I. ſenſus. Æ. quia inguina & partes genitales diſtant à corde, quô viget ſapientia. 100. Æ. figuræ. 1. I. peccatis. Æ. peccatis involutum. 2. I. ſi fortuitu. 3. Æ. quibus Deo reſiſtit. 4. Æ. quia fruſtra reſiſtit. Sed ille eſt beatior, cui membrum intemperans & inobediens dies invenerit claudum & tabidum, i. ex luxatum & convulſum. 5. Hic ille. 6. I. indomita libido. 7. I. marcidum. 8. I. finis. 9. I. quaſi exorta. 10. H. ſic vetuſtiores ex noſtris. I. diſcedat, faceſcat. Æ. i. recedat; nam faceſſere, tum facere, tum recedere ſignificat. Livius: *faceſſe hinc Tarquinios aut Collatinum.* 11. Æ. quia via ſiniſtra in præcipitium trahit, ex ſententia literæ Pythagoreæ.

12. I.

12 Hæc lux 13 ſerenum conferat,
14 Puroſque nos præſtet ſibi.
Nihil loquamur ſubdolum:
15 Volvamus 16 obſcurum nihil.
Sic tota decurrat 17 dies,
18 Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccent 19 lubrici:
Ne 20 noxa corpus inquinet.
21 Speculator adſtat deſuper:
Qui nos diebus omnibus,
Actuſque noſtros proſpicit,
22 A luce prima in 23 veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur, quidquid eſt,
Humana quod mens 24 concipit:
Hunc nemo fallit Judicem.

12. I. CHRISTUS. 13. I. ſerenitatemq; Æ. animi tranquillitatem. 14. Æ. ſine ullâ perturbatione. 15. I. cogitemus. 16. Æ. tenebricoſum. 17. I. vita. 18. H. ne etiam in ſequentibus. P[illegible]mus. 19. I. inſtabiles. Æ. libidinoſi, & quibus [illegible]bus præcipitamur. 20. I. culpa. 21. I. Chriſtus. Æ. teſtis & arbiter, quem non poſſumus quicquam celare. 22. I. infantia. 23. I. ſenectam. 24. I. meditatur. Æ. quia ſcrutans corda & renes.

III. HYMNUS ANTE CIBUM.

ARGUMENTUM.

PRincipio invocat Chriſtum, ac proinde totam Trinitatem, hortaturque ſe

ipſum

ipſum ad cibi parſimoniam & ſobriam cœnam, quaſi ſit jejunium Eccleſiæ completurus. Æ.

1. O Crucifer bone 2 lucifator,
3 Omniparens, pie, 4 verbigena,
5 Edite corpore virgineo;
Sed prius in 6 Genitore potens,
Aſtra, ſolum, mare quam fierent.
Huc 7 nitido precor intuitu
Flecte ſalutiferam faciem,
Fronte ſerenus; & 8 inradia,

1. Æ. qui tuliſti crucem ad locum Calvariæ, ubi paſſus es; & nunc fers illam, quaſi victoriæ inſignia. 2. Æ. lucis creator. 3. Æ. omnium rerum pater; quia per Filium Pater omnia creavit, & ipſe per ſe cum Patre & Spiritu ſancto creator eſt. 4. *I.* Verbo genite. Æ. fuit tempus, quo non putabamus de Chriſto poſſe dici *verbigenam*. Et revera ſi *verbigena* exponatur *verbum genitum* recte dicitur: ſed nos conſilium ſequebamur rationem. Nam *verbigena* ita exponendum eſt, *verbo genitus*: ſicut *Martigena* Marte genitus; *Junonigena*, Junone genitus. Improprie igitur dixit, *verbigena*, ſicut infra in hymno natalis Chriſti dixit: *ex ore quamlibet Patris ſit ortus & Verbo editus*. Neque enim eſt partus Verbo, ſed eſt Verbum à Patre partum ſive editum. 5. Æ. generare & parte. Juvenal: *ſi bos ederet agnum*. 6. Æ. cum genitore. 7. Æ. ſereno vultu. 8. Æ. inſpira

Numinis ut ſub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil, Domine:
Nec juvat ore quid adpetere,
Pocula ni prius atque cibos,
Chriſte, tuus 9 favor 10 imbuerit,
Omnia 11 ſanctificante fide.
Fercula noſtra Deum 12 ſapiant,
Chriſtus & 13 influat in 14 pateras:
15 Seria, 16 ludicra, verba, 17 jocos,
Denique 18 quod ſumus aut 19 agimus,
20 Trina ſuperne regat pietas.

ſpira. ſanctificat, ſubaudi nos. 9. I. laus. 10. Æ. inſpiraverit & impleverit. I. benedicat, ſanctificet. 11. Æ. nobis omnia per fidem cooperantibus, quæ nos ſanctificat tibi. 12. Æ. divinum habeant ſaporem, ſicut dicimus *melimela poma*, quæ ſapiunt mel. 13. Æ. inſpiret in vina, ut vinum quoque ſapiat Chriſtum. 14. I. menſas. Patena eſt dicta à patendo. Patera vero, i. vas aptum receptui potus. 15. Æ. quæ opponuntur jocis. I. ſenum. Serium eſt honeſtas; inde ſeria pluraliter. 16. I. juvenum. Æ. ludos, qui permiſſi ſunt ad ceſſationem & quietem, & denique omnia verba quæ loquimur. Nam & virtutem quandam ponit Ariſtoteles in hujusmodi rebus in 2. & 4. Ethic. 17. I. infantum. 18. I. & nos & actus noſtros regat ſuperna pietas. 19. I. facimus. 20. H. *ſuperne* Puteanus codex & Altinius cum Egmundano Weizii. Rectè. *Superne* enim & *inferne* & *interne* ſyllabam poſtremam corripiunt, ſic Paſſione SS. Pe-

tri

Hic mihi nulla roſæ 21 ſpolia,
Nullus 22 aromate fragrat odor:
Sed 23 liquor influit ambroſius,
24 Nectareamque fidem redolet
25 Fuſus 26 ab uſque Patris gremio:
27 Sperne, 28 Camena 29 leves hederas,
Cingere tempora 30 queis ſolita es,
31 Sertaque myſtica dactylico
Texere docta 32 liga 33 ſtrophio,
Laude Dei 34 redimita 35 comas.
Quod 36 generoſa poteſt anima,
Lucis & ætheris 37. indigena,

tri & Pauli: *omnicolor vitreas pictura ſupernè tingat undas.* Apud Lucret. Lib. IV. conſtanter codices vetuſti *edita pars & remorum recta eſt, & recta ſuperne guberna.* Lib. VI. *terra ſupernè tremit magnis concuſſa ruinis,* & ibidem, *tecta ſuperne timent, metuunt interne cavernas.* Sed & apud Auſonium in Epiſtolis ad Theonem: *impliciturn quam te noſtris internè medullis* deſore tam longi temporis in ſpatio 21. I. ſicut antiqui faciebant. Æ. coronæ ex roſis, quæ ad hoc afferuntur ex roſetis. 22. I. hoc aroma facit in Singulari numero nominativum. Æ. ex rebus odoratis. 23. I. dulcis, divinus. Ambroſia: cibus deorum. Æ. ſuccus divinus, i. quod ſupra dixit, qui Deum ſapiunt, eſt namque *ambroſia*, quemadmodum Poëtæ dicunt, cibus Deorum, ſicut nectar illorum potus. 24. I. puram. 25. Æ. deſcendens ex cœlo. 26. I. ab uſque & aduſque licenter dicimus. 27. Æ. quibus coronaris in deſcribendis

Solvere dignius obſequium;
Quam 38 *dat munera, ſi recinat*
39 *Artificem modulata ſuum?*
40 *Ipſe homini quia cuncta dedit,*

bendis poëmatibus ſecularibus. Nam hederæ conſecratæ ſunt Baccho, Poëtarum Deo peculiari, ſicut lauros Phœbo. Martialis, *quid poſſunt hedera Bacchi dare?* 28. ô muſa Chriſtiana. I. camenæ dicuntur quaſi canenæ, à canendo. 29. I. vanas. 30 *I.* quibus. 31. corona. Æ ordo eſt: ô Muſa, docta texere ſerta myſtica, i. coronas non lauraceas & hederaceas, ſed ex ſacris literis contexta. 32. Æ. corona. 33. Æ. corona. Virg. in Copa: *Et gravidum roſeo necte caput ſtrofio,* *I.* cingulo aureo. Strofium eſt cingulum, ſtrofos enim dicitur Græcis convertere. Hinc dictum ſtrofium, eo quod à poſterioribus ad anteriora convertitur. 34. Æ. ornata & inſtructa rebus divinis, *I.* figurata conſtructio. 35. *I.* per comas. 36. *I.* nobilis à Deo creata 37. *I.* incola Æ. quæ habet cœleſtem originem Juvenalis: *ſenſum à cœleſti demiſſum traximus arce.* 38. *I.* ſe ſibi à Domino. Æ cantet beneficia à Deo accepta, quæ omnia numerat per genera, & primò volucres cœli, deinde piſces maris, poſtea terræ fructus, juxta illud Gen. 1: faciamus hominem ad imagi- & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris & volatilibus cœli & beſtiis univerſæ terræ. 39. I. Chriſtum. 40. I. artifex. Æ quia omnia jecit ſub pedibus ejus & hominem ſibi.

Quæ capimus dominante manu,
41 Quæ polus, aut humus, aut pelagus
42 Aëre, gurgite, rure creant;
43 Hæc mihi ſubdidit, & ſibi me.
44 Callidus illaqueat volucres
Aut 45 pedicis dolis aut 46 maculis,
Illita 47 glutine corticeo
48 Vimina 49 plumigeram ſeriem

41. Æ. volucres cœli, h. e. aëris. 42. *l.* in aëre. 43. *l.* poteſtati hominis ſubdidit omnia creata & hominem ſubdidit ſibi. 44. l. ingenioſius. Æ. quia niſi parentur inſidiæ volucribus, non poſſumus illas capere ideoque opus eſt calliditate & dolis. 45. *l.* pedicæ ſunt impedimenta greſſuum. Pedica eſt laqueus, quo aves capiuntur, æ. Virg. 1. Georg. *tunc laqueis captare feras & fallere viſco, tunc gruibus pedicas & retia ponere cervis.* 46. retibus maculoſis. Sunt autem maculæ ipſa retis foramina; *malas* Hiſpani vocant. 47. *l.* de cortice gluten efficitur Æ. viſco, quod fit aut ex corticibus quarundam arborum, aut ex viſco, quod innaſcitur ex ſtercore turdorum, de quo Virg. 6. Æneid.

Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos.

48. Æ. virgæ perunctæ. *l.* virgulta. 49. H. *plumigeram* cum potioribus membranis. Alii *plumigenam.* Æ. aves, quæ gregatim & ex ſerie volant, ſicut grues.

50. Æ.

Impediunt, & 50 abire vetant.
Ecce, per æquora 51 fluctivagos
52 Texta greges ſinuoſa trahunt:
Piſcis item 53 ſequitur calamum,
Raptus 54 acumine vulnifico,
55 Credula 56 ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager 57 ingenuas,
Dives 58 ariſtifera ſegetis;
59 Hic, ubi 60 vitea 61 pampineo
Brachia palmite 62 luxuriant,
63 Pacis alumna ubi bacca viret.

50. Æ. capiunt illas. 51. I. per fluctus vagantes. Æ. piſces, qui, ut dicit Pſalmiſta perambulant ſemitas maris. 52. Æ. retia ſinus multos habentia, contexta ex cannabe aut lino. I. retia. 53. I. hamum. Æ. harundinem quâ trahitur: piſcis, inquam. 54. Æ. hamo, qui non poteſt capere piſcem niſi vulnus inferat. 55. I. qui credidit. Æ. quæ nimiũ crediderunt eſcæ latenti in hamo. 56. I. ſauciata habens. 57. I. innatas, nobiles. Æ. quas decet homines ingenuos eſitare. 58. Æ. frumenti, quæ ſola habet ariſtas, puta hordeum, triticum, tipha, far, ſemen. 59. I. in iſto loco, ubi ager eſt. 60. Æ. vitium, quæ à ſimilitudine noſtrorum brachiorum *brachia* dicuntur in arboribus, quæ ex trunco dividuntur, ſicut rami ex brachiis, & germina ex ramis. Virg. 6. Æneid. *in medio ramos annoſaque brachia pandit ulmus opaca ingens.* 61. Æ. pampinis, h. e. frondibus pleno. 62. I. abundant. Æ. effunduntur palmites, qui ſunt quaſi rami in vite. 63. I. inſigne pacis ferebatur antiquitus oli-

Hæc opulentia Chriſticolis
Servit, & 64 omnia 65 ſuppeditat,
66 Abſit enim procul 67 illa fames,
68 Cædibus ut pecudum libeat
Sangvineas lacerare dapes.
Sint 69 fera gentibus 70 indomitis
Prandia de nece quadrupedum:
Nos holeris 71 coma, nos 72 ſiliqua
73 Fæta legumine multimodo

va. Æ. oliva, quæ eſt inſigne pacis. Virg. 2. Georg. *& placidam paci nutritor olivam.* Et Ovid. 6. Metamorph. *circuit extremas oleis pacalibus oras.* 64. I. ea neceſſaria. 65. Æ. ſubminiſtrat. I. ſubjicit. Suppedito vel ſuppeditor ſignificat ſubminiſtro vel auxilior, unde ſuppetium nomen, inde etiam pluralem legimus ut noſtra ei ſint ſuppetiæ, i. e auxilia. 66. I. longè à Chriſti colis. Æ Chriſtianos non decere eſus carnium dicit, ex ſententiâ Phytagoræ, qui mortalibus eſum carnium interdixit. 67. Æ. cibi appetitus. 68. Æ. Virg. 2. Georg. *ante impia quam cæſis gens eſt epulata juvencis aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.* Et in ſacris literis legimus, ante diluvium non fuiſſe eſum carnium. 69. I. ſilvatica. i. extranea. 70. I quæ non habent jugum Chriſtianitatis. 71. Æ. folia herbarum hortenſium. 72. I. vagina leguminis, demonſtrat ſiliquas eſſe folles vel thecas eſſe omnium leguminum; unde Virg. *ſiliqua quaſſante* i. reſonante 73. I. plena. Æ. plena. Sunt autem ſiliquæ folliculi illi, ſive vaginæ, in quibus

74 Paveris innocuis 75 epulis.
76 Spumea 77 mulctra gerunt 78 niveos
79 Ubere de gemino latices,
Perque 80 coagula 81 denſa 82 liquor
In ſolidum 83 coit, & fragili
84 Lac tenerum premitur 85 calatho.
86 Mella 87 recens mihi 88 Cecropia
Nectare 89 ſudat 90 olente favus:

quibus legumina proveniunt. 74. I. pro paſcat. 75. Æ. quæ nulli nocent animali, imo præſtant ne noceat. 76. Æ. ſpumantia, cum lac emungitur. 77. I. mulctrale eſt locus, ubi mulgentur animalia, mulctrum vero vaſculum, in quo mulgentur. Æ. vaſa illa lactis exceptoria, quæ & mulctralia dicuntur. Virg: in Bucolicis: *bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus*: idem in 4. Georg *implebunt mulctralia vaccæ*. 78. Æ. lac. 79. I. ſc. ovium. Æ. caprarum puta, & ovium & boum. Nam quæ plurimos procreant fœtos, plurimas habent papillas, ut ſues. 80. I. ſunt vaſa, quæ & calathi, ubi coagulatur lac. 81. Æ. effective pro condenſanda. 82. Æ. lac liquidum. 83. Æ. ſolideſcit inſpiſſaturque. 84. Æ. non pingue, ſed ſubtile ſerum ſignificat, nam pingue coagulatur in caſeum. 85. Æ. fiſcina unde lac exprimitur. 86. Æ. ordo eſt, favus, qui conſtat melle & cera. 87. Æ. cum primum eximitur ex alveo apum. 88. Æ. optima & generoſa, qualia ſunt ex hymetto monte Attico. Celebratur autem *mel Atticum* apud omnes autores, maximè apud Galenum. I. â loco, ubi abundant. 89. I. ſtillat. Æ. quaſi ſudorem mittit. 90. Æ. ad thymi odorem retulit, de quo

Hæc 91 opifex apis aëreo
Rore 92 liquat, tenuique thymo,
Nexilis inſcia 93 connubij.
94 Hinc quoque pomiferi nemoris
95 Munera mitia proveniunt:
Arbor 97 onus 96 tremefacta ſuum
98 Deciduo 99 gravis imbre pluit,
100 Puniceosque jacit cumulos.

Virg. 1. Georg. *redolentque thymo fragrantia mella.* 91. I. hic & hæc opifex. Æ. mellis operatrix. 92. I. extenuat. Æ. ſc. mella: ex rore cœli & floribus thymi concinnat in liquorem. 93. Æ. quæ non nectitur alteri ejusdem ſpeciei, ut prolem generet. Neque enim apis generat more aliarum animantium ex coitu: Virg. 4. Georg. *Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morbem,*
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verum ipſæ natos foliis & ſuavibus herbis
Ore legunt; Ipſæ reges parvosque Quirites
Sufficiunt.

94. I. à rure. Æ. ultra ſuperiora, quæ diximus, ex agro proveniunt poma. 95. Æ. poma matura. Virg. in Bucol. *ſunt nobis mitia poma.* 96. Æ. concuſſa. I. concuſſa vel quaſſata. 97. Æ. ſuos fœtus, quibus eſt onuſta. 98. Æ. ad modum imbris demittit. I. de ſurſum cadente. 99. Æ. onuſta pomis. 100. *I.* rubicundos. Unde & mala punica dicimus, vel rubeos, ut ſunt mala granata.

Quæ 1 veterum tuba quæve lyra
Flatibus 3 inclyta, vel fidibus,
ivitis Omnipotentis 4 opus,
uæque fruenda patent homini,
audibus æquiparare queat?
Te, 5 Pater optime, mane novo,
olis & orbita cum 6 media eſt,
quoque, luce ſub 7 occidua
Sumere cum monet hora cibum,
Voſtra DEUS canet 9 harmonia.

. I. ſapièntum. Æ. ſenſus eſt: quod neque Homeri aut Virgili tuba i. grandiloquentia, aut boatus Traicus, neque lyra i. Poëtæ lyrici, poterit laudibus exæquare munera quæ accipimus â Deo. 2. Æ. refertur ad tubam & *fidibus* ad lyram. 3. H. *inclyta* Puteanus *incl[y]ta* Thuanus. Egmundanus *incluta*. *Incita* mox ſubſequetur. 4. Æ. quæ operatus eſt hominis cauſa. 5 Æ. ex hoc infert, ſibi omni tempore agendas eſſe gratias Deo, pro muneribus acceptis. 6. I. media die 7. I. veſpere. 8. Æ. antiqui non conſveverunt ſumere cibum ante horam veſpertinam. Temporibus Salvatoris noſtri horâ nonâ diei cœnabant, ſed & in noſtra religione jejunantes non ſumebant cibos ante horam veſpertinam. 9. Æ. nota accentum in antepenultima. I. modulatio, ſvaviſſimum carmen, vel organum. Armono Græcè cano, inde armonia cantus cum laudibus H in Puteano *canet*. Etiam in Oxonio. Mox iidem cum duobus Torrentii, *nos igitur tua, ſancte, manus* non *ſancta*.

10 Quod calet 11 halitus interior,
Corde quod 12 abdita vena tremit,
13 Pulſat & 14 incita quod 15 reſonans
Lingua ſub ore latens 16 caveam,
Laus ſuperi Patris 17 eſſe mihi.
18 Nos igitur tua, ſancte 19 manus
Ceſpite 20 compoſuit 21 madido,
22 Effigiem 23 meditata ſuam:
Utque 24 foret rata 25 materies,
26 Flavit & indidit 27 ore animam.

10. Æ. omnia ſua dicit Autor laudare debere Deum. 11. I. ſpiritus. Æ. ſpiritus, qui attrahit, ut refrigeretur cor, & in corde caleſcit. 12. Æ. arteria abſcondita palpitat. 13. Æ. unde & arteriarum pulſus dicitur. 14. I. commota. 15. I. ſonoram. 16. Æ. oris concavitatem, ſed *caveam* appellavit, quia aves, quæ garriunt, caveis continentur, ita & lingua garrula in cavea eſt. 17. I. ſit Æ. i. e. totum expletur in laudem Dei. 18. Æ. *igitur* hoc in loco non illativè ſed completivè tenetur. 19. I. divinitas. Æ. plasmavit & finxit. 20. I. creavit. 21. Æ. terra humenti; quia terra alias non conſtaret. Ovid. 1. Metam. Quam (terram) ſatus Japeto miſtam fluvialibus undis, finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum. 22. I. ſimilitudinem. 23. Æ. exercens & faciens ſimilitudinem ſuam, non quod Deus habuerit tunc effigiem humanam, ut putavit Epicurus. 24. Æ. quia informe cadaver jacebat. I. perfecta. 25. Æ. corpus ſic formatum. 26. Æ, Gen. 2. *formavit hominem de limo terræ & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.* 27. Æ. ſpiritu oris ſui intus dedit

animam

28 Tunc per 29 amœna 30 vireta 31 jubet
32 Frondicomis habitare locis:
33 Ver ubi perpetuum 34 redolet,
Prataque 35 multicolora 36 latex
37 Quadrifluo celer amne rigat.
Hæc tibi nunc 38 famulentur, 39 ait:
Uſibus omnia 40 dedo tuis:
Sed tamen aſpera mortifero
41 Stipite carpere poma veto,

animam. H. vetuſtiſſimus Puteanorum fratrum codex *ore animam dedit ex proprio.* Aliquando concinnius, cujus alterum illud interpretamentum eſt. 28. Æ. poſtquam illum creavit. Gen. 2. tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret eum. 29. I. in paradiſo. 30. I. virentia. 31. Æ. ſc. creatum hominem. 32. Æ. arboroſis, nam *frondes* tantum ſunt arborum. 33. Æ. flores qui Veris tempore proveniunt. Martialis *cum breve Sicanea ver populantur apes.* 34. I. ſc. flores. Æ ad flores refertur ille odor. 35. I. varia. Æ. propter florum varietatem in coloribus. 36. I. fons Æ. aqua celeriter fluens. 37. I. quia quatuor ſunt flumina Paradiſi. Æ. qui dividitur in quatuor illa flumina, quæ oriuntur ex Paradiſo voluptatis, Phiſon ſc. Gion, Tigris, Euphrates, Gen. 2. & fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita. 38. Æ. ſerviant. Gen. 2. præcipitque Deus homini dicens: ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. 39. I. Deus. 40. I. ſponte trado. 41. I. arbore.

Qui medio viret in 42 nemore.
43 Hic Draco 44 perfidus 45 indocile
Virginis 46 illicit ingenium,
Ut ſocium 47 maleſuada virum
Mandere cogeret ex 48 vetitis,
Ipſa pari peritura modo.
Corpora 49 mutua noſſe nefas,
50 Poſt epulas 51 inoperta vident;
Lubricus error & 52 erubuit:
53 Tegmina ſuta 54 parant foliis,
Dedecus ut pudor occuleret.
55 Conſcia culpa Deum pavitans
Sede pia procul 56 exigitur.
57 Innuba femina quæ fuerat,

42. I. paradiſi. Gen. 2. produxit lignum vitæ in medio Paradiſi. & lignum ſcientiæ boni & mali. 43. I. & Æ. tunc. 44. I. perdens fidem. 45. Æ. aut pro indocto poſuit, h. e. rudi, aut *indocile* bonarum ſc. artium & virtutum, quæ in fœmina non reperiuntur, teſte Ariſtotele. 46. I. decipit. Æ. blanditiis attrahit ingenium. 47. Æ quæ ſemper malum ſuadet. Virg. 6. Æneid. *maleſuada fames.* 48. I. pomis. 49. Æ. alter alterius, & mutuo, & ſubaudi, quæ corpora erat nefas noſſe; quia priusquam comederent, non videbant verenda ſua. 50. Æ. poſtquam comederunt de ligno vetito. 51. Æ. nuda. 52. Æ. poſtquam ſunt prævaricati, per errorem erubuerunt. 53. Æ. perizometa. 54. I. præparant. 55. Æ. culpæ conſcii. 56 I. & Æ. expellitur. 57. Æ. viro non ſubjecta, ſed ſocia & omnium particeps. Nam *nubere* eſt minori

Conjugis excipit imperium,
Fœdera 58 triſtia juſſa pati.
Auctor & ipſe doli coluber
59 Plectitur improbus, ut mulier
60 Colla trilinguia 61 calce terat.
Sic coluber 62 muliebre ſolum
63 Suſpicit, atque virum mulier.

minori conditione ſe conjugi ſuo dare, Martialis: *uxori nubere nolo mea:* & ſequitur: *Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito, non aliter fiunt fœmina virque pares.* Ovid. quoque Metam. *tibi nubere Nympha volentis, Votis cede Dei.* Vides quid eſt, *virum nubere uxori ſuæ*, h. e eſſe inferiorem & ſubjectum illi, igitur *innubam* dixit Evam, i. viro non ſubditam, unde ſubdit: *Conjugis excipit imperium* i. ſubditur illi: unde mulieri dixit Deus: *ſub poteſtate viri eris & ipſe dominabitur tibi.* 58. Æ. mulieri iniqua, quia fœdera æqualia eſſe debent utrique parti. 59. Æ. punitur. 60. Æ. ſerpentis, qui vulgo putatur triplices habere linguas, Virg. 3. Georg. *linguis micat ore triſulcis.* 61. I. calcaneo. Æ. ad illud reſpicit, quod ſerpenti dixit: ipſe conteret caput tuum. 62. Æ. terram, quam mulier calcat, ſive plantam pedis, unde ſolea dicta. I. plantam veretur. 63. I. ſc. ſuper ſe, timet. Æ. obſervat & veneratur: & mulier ſuſpicit virum. In priori tamen ſignificatione eſt, pro *ſurſum aſpicere*; ut Virgil: *Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus.* In ſecundo pro venerari ut Plinius Cæcilius in Epiſtolis: Patrem tuum ſuſpexerim magis an amaverim.

64 His ducibus vitioſa debi...
Poſteritas ruit in facinus:
Dumque rudes 65 imitatur avos,
Fasque nefasque ſimul 66 glomerans,
67 Impia crimina 68 morte luit.
69 Ecce venit 70 nova progenies,
Æthere 71 proditus 72 alter homo,
73 Non luteus, velut ille prius:
Sed DEUS ipſe gerens hominem,
Corporeisque carens vitiis.
Fit caro 74 vivida. 75 ſermo Patris;
76 Numine 77 quam 78 rutilante 78 gravis

64. Æ. autoribus. I. colubro & muliere. 65. I. Evam videlicet & Adam. 66. Æ. miſcens & involvens. 67. Æ. quæ in Deum commiſit. 68. Æ. pœna mortis. 69. Æ. proſequitur hominis à morte peccati liberationem. 70. Æ. ad illud Virgilii alludit: *jam nova progenies cælo demittitur alto.* Vel ad illud Jer. 31: *creavit Dominus novum ſuper terram, fœmina circumdabit virum.* 71. I. manifeſtus. Æ. à procul datus. 72. Æ. ſecundus Adam, quem Paulus vocat novum hominem, Epheſ. 5. induite, inquit, novum hominem. 73. Æ. verus homo: ſed non propagatus cum traduce peccati primi hominis; ideo dixit, carens vitiis. 74. I. vivens. 75. Æ. Verbum, Sap. 18. dum medium ſilentium tenerent omnia, omnipotens ſermo tuus à regalibus ſedibus deſcendit. 76. Æ. ordo eſt: quam carnem puella intemerata parit. 77. I. legit quem, ſc. ſermonem. H. *quam* vetuſtiores omnes, ut ad

carnem

80 Non thalamo, neque jure tori,
Nec 81 Genialibus 82 illecebris
Intemerata puella parit.
Hoc 83 odium vetus illud erat,
Hoc erat aſpidis atque hominis
84 Digladiabile diſcidium,
Quod modo 85 cernua femineis
Vipera 86 proteritur pedibus.
Edere namque DEUM *87 merita*
Omnia Virgo 88 venena domat:

carnem referatur. In Thuano tamen à ſecunda manu *quem.* Apotheoſi, *hic affecta caro eſt hominis, quam fœmina prægnans eniſa eſt ſub lege uteri.* 78. Æ. Spiritu ſancto ſplendente; & reſpicit ad ignis naturam, in quâ Spiritus ſanctus ad diſcipulos venit. 79. Æ. gravida. Virg. in Bucol. *non inſueta graves tentabunt pabula fœtas.* 80. Æ. matrimonio virili. 81. Æ. conjugalibus: Horat. *lectus genialis in aula eſt.* Nam *genius* generationis erat Deus. I. voluptuoſis. 82. Æ. voluptatibus 83. Æ. de quo Deus ad ſerpentem loquitur: inimicitias ponam inter te & mulierem & ſemen illius. 84. Æ. diſcordia, in quâ digladiati ſunt homo & diabolus. I. plenum gladiis, periculoſum, diviſibile. digladiare. i. pugnare. 85. Æ. ſerpens in humum dejectus; nam illud ſignificat *cernuus*, unde illi dixit Deus: ſuper pectus tuum gradieris. I. curva, quaſi cernens terram. 86. Æ. ſc. virginis deiparæ. 87. I. digna. 88. Æ. ſerpentis venenalis.

89 Tractibus angvi 90 inexplicitis
Virus inerme 91 piger revomit,
Gramine concolor in viridi.
92 Quæ feritas modo 93 non trepidat,
Territa de grege 94 candidulo?
Impavidus lupus inter oves
Triſtis obambulat, & rabidum
95 Sangvinis immemor os cohibet.
Agnus enim 96 vice mirifica
Ecce 97 leonibus imperitat,
98 Exagitansque truces aquilas
Per vaga nubila, perque Notos
99 Sidere lapſa columba fugat.

89. Æ. ordo eſt: angvis concolor in viridi gramine, quia viridis eſt; unde Horatius *virides colubros* dixit & Virg. *virides occultant ſpineta lacertas.* 90. I. innumeralibus. Æ. ſinuoſis & in ſpiras convolutis. 91. Æ. frigidus Virg. *frigidus in pratis cantando rumpitur angvis.* Aut *piger* i. jam debilitatus. Unde dicit: revomit virus inerme: ſc. poſt Chriſti incarnationem. 92. Æ. omnes fere timent invadere gregem Chriſtianum. 93. I. nonne 94. Æ. baptiſmate mundato. Unde & baptizati veſte candida induuntur. Et inde, *Dominica in albis* celebratur, quia ea die Cathechumeni baptizabantur. 95. Æ. quia jam dediſcit veſci ſanguine humano. 96. AE. facta viciſſitudine contra communem naturæ curſum. 97. AE. cum agnus ſit præda leonum. I. leonem vocat Diabolum ob ferocitatem 98 I. perſequens. 99. Æ. de cœlo deſcendens, h. e. Chriſtus; alias Spiritus

Tu mihi, Chriſte, columba potens:
Sanguine paſta cui cedit avis:
niveum per ovile tuum
nus hiare lupum prohibes,
ub juga tigridis ora premens.
2 *Da locuples DEUS, hoc famulis*
ite precantibus, ut 3 *tenui*
Membra cibo recreata levent:
Neu piger immodicis dapibus
'iſcera 6 *tenta gravet ſtomachus.*
7 *Hauſtus amarus* 8 *abeſto procul,*
Ve libeat tetigiſſe manu

Spiritus ſanctus, qui in illâ ſpecie deſcendit, poſt Chriſti baptiſmum, exagitans aquilas truces &c. 100. Æ. aquila, i. dæmon, qui ſolet in mortales graſſari. *Per lupum* quoque & *tigridem* æque diabolum intelligit. 1. *I.* tua. 2. locorum plenè Æ. poſt longam phraſin redit ad propoſitum. 3. *I.* modico. 4. Æ. membra habent non gravata cibo, ſed levia & agilia. 5. *I.* pro, ne; & eſt verbum Apocopum. 6. AE. q. d. ſatis eſt, ipſum eſſe aliquatenus gravatum cibo, ſed non occupet alia membra. Sed propriè *ſtomachus* eſt ipſum ventris os; & ſic ſtat melius ſententia. H. *tenta.* Puteanus aliique complures cum Torrentini duobus. Mox idem cum Oxonio *ne libeat* vulgati *nec.* Alii legunt *tenſa.* 7. *I.* potio. AE. potus qui in amaritudinem terminantur. Unde eſt illud Anacharſis Scythæ: *Tres uvas vitis fert, quarum prima voluptas, ſecunda ebrietas, tertia mœſtitia.* 8. *I.* abſit.

9. Æ.

9 Exitiale quid aut vetitum:
Guſtus & ipſe 10 modum teneat,
11 Soſpitet ut 12 jecur incolume.
Sic ſatis 13 anguibus horrificis,
14 Liba quod impia corporibus,
15 Ah, miſeram peperere necem.
Sufficiat 16 ſemel ob facinus
Plasma DEI potuiſſe mori.
17 Oris opus, vigor 18 igneolus
Non moritur; quia ſtante DEO
19 Compoſitus, ſuperoque fluens
20 De ſolio Patris artificis,
Vim 21 liquidæ rationis habet.
22 Viſcera mortua quinetiam
Poſt obitum reparare datur:
Eque ſuis iterum tumulis

9. AE. mortiferum ipſi animæ. 10. menſuram. 11. *l.* ſanet. 12. AE. per *jecur* affectus intelligit ex Platonis opinione. 13. AE. dæmonibus. 14. AE. quæ ante Chriſti natalem deferebant dæmonibus. 15. *l.* Heu. 16. AE. h. e. morte naturali; quia, ut ait Apoſtolus, ſtatutum eſt homini ſemel mori, ſed non morte animæ. 17. AE. in quod, ut paulo ante diximus, inſpiravit ſpiraculum vitæ. 18. *l.* anima. AE. anima; & eſt Virg. 5. AEneid. *igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo*, oppoſitivè. 19. AE. citatus. 20. AE. hoc etiam ex ſententia Ariſtotelis, qui dicit, animas non ex traduce corporis, ſed â Deo infundi. 21. AE. puræ & ab omni contagione immunis. 22. Æ. corpus caducum etiam reparabitur in die judicii.

23. Æ.

23 *Priſca renaſcitur effigies,*
Pulvereo coëunte 24 *ſitu.*
25 *Credo equidem, neque vana fides,*
Corpora 26 *vivere* 27 *more animæ:*
28 *Nam modo* 29 *corporeum memini*
De 30 *Phlegethonte* 31 *gradu facili*
Ad ſuperos remeaſſe Deum.
32 *Spes eadem mea membra* 33 *manet;*
34 *Quæ redolentia funereo*
Juſſa quieſcere 35 *ſarcophago,*

23. AE. prior. 24. *l.* poſitione. AE. pulvere ſqualido & reſoluto. 25. AE. Virgilii eſt ex 4. AEneid. 26. AE. pro, eſſe victura, ut ſupra *renaſcitur*, pro renaſcetur. 27. AE. ſicut anima corpori ſuperſtes vivit; & eſt Juvenal. *vulgi perit omne cadaver more animæ.* Quanquam in diverſa ſententia. 28. Æ. argumentum eſt Pauli Apoſtoli ad probandum, quod ſumus reſurrecturi, quia Chriſtus primus dorminentium reſurrexit. 29. Æ. Chriſtum. 30. AE. ab inferis; quia Phlegethon inferorum fluvius eſt. l. inferno. Flox, Græcè, ignis Latinè; hinc flegeton igneus. 31. non laborioſo cum cæteris *facilis ſit deſcenſus inferni*, ut Virg. 6. AEneid. dicit; *ſed revocare gradum ſuperasque evadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt.* 32. AE. reſurgendi à mortuis ad ſuperos. 33. AE. expectat; *expecto reſurrectionem mortuorum*, 34. more antiquorum, qui odoribus aromaticis condiebant corpora. 35 AE. ſepulchro. l. nam ſarx caro, fago manduco, eſt ſimilis, qui fuit homo,

36 Æ.

36 Dux parili 37 redivivus humo
38 ignea Chriſtus ad aſtra vocat.

36. AE. parilis legit, mihi æqualis in natura humana, & dux meus vocat membra &c. *H. Dux parili redivivus homo*, ſic Puteaneus. In Oxonio: *Dux parilis redivivus humo.* Sed probum eſt *parili humo.* Quod in Thuaneo extabat ſed & in ſuis Weitzius id invenit. 37. AE. qui ex morte rediit ad vitam. Juvenal. *ac velut exhauſta redivivus pullulat arca nummus.* 38. AE. ſecundum Platonem & antiquos; ſed ut inquit Ariſtoteles in primo de cœlo: illa opinio adhuc vigebat ſuis temporibus.

IV. HYMNUS POST CIBUM.

ARGUMENTUM.

Continuatur hæc Oda ad præcedentem. Nam ſumto cibo reliquum eſt, ut DEO gratias agamus. Commendat itaque imprimis DEI omnipotentiam, cui omnia debemus. Deinde dicit, nos debere mundatum habere domicilium, h.e. corpus ab ingluvie & crapula, & animam à peccatis, ut poſſimus fieri templum Spiritus Sancti, qui verè eſt hominis cibus. Sed pro utroque cibo agendas eſſe gratias, probat Danielis exemplo, ex cujus hiſtoria moraliter aliquid infert, quod ad nos pertineat.

Paſtis 1 viſceribus, ciboque ſumto,
Quem lex corporis 2 imbecilla poſcit,
Laudem lingua DEO 3 Patri rependat:
Patri, qui 4 Cherubin, ſedile ſacrum,
Nec non & 5 Seraphin ſuum 6 ſupremo
7 Subnixus ſolio, 8 tenet, regitque.

1. Æ. interioribus & exterioribus: nam & de carne Virg. 1. Æneid. dixit: *tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant* Et Lucret. *viſceribus viſcus gigni ſanguenque creari.* 2. Æ. quod, niſi reficiatur cibo, durare non poteſt. I. infirma 3. Æ. agendas eſſe gratias, agit, primo Patri, deinde Filio tum Spiritui ſancto. 4. I. ſuper. 5. H. Seraphin. Put. deinde idem *aut vigemus*, non, *ac* cum Oxonio. Etiam *omnes quod ſumus* vetuſtiores, excepto Altinro, non *omne*, quod Weitzio probatur, *& inter viſcera*, non *intra*, tùm *innocensve votum* ijdem. Æ. in numero Plurali. *Nam Cherub. & Seraph.* ſunt ſingularis, & poſſunt eſſe caſus Accuſativi per appoſitionem: ad *ſedile ſacrum*, quaſi velit dicere, quod Cherubim & Seraphim ſunt Dei ſedile, quibus tanquam ſedi innititur: poſſunt eſſe & Genitivi, quia ſedile illud ex Cherubin & Seraphim conſtat. 6. I. excelſo. Æ. ſede quâ nulla eſt ſuperior: quia Dei ſunt propria, *Maximus* propter eminentiam & *Optimus* propter beneficentiam. 7. I. ſuffultus. Æ ſedens. 8. Æ. cui innititur: & per ſedile intelligimus omnium rerum providentiam, & arbitrium poteſtatemque, quale eſt illud: *ſuper ſolium David ſedebit, & regni ejus non erit finis.*

Hic eſt, quem 9 Zebaoth Deum vocamus,
10 Expers principij, carensque fine,
11 Rerum conditor, & 12 repertor orbis,
13 Fons vitæ liquidæ 14 fluens ab arce,
Infuſor fidei, ſator pudoris,
Mortis 15 perdomitor, ſalutis auctor.
Omnes quod ſumus aut vigemus, 16 inde eſt.
17 Regnat Spiritus ille ſempiternus,
A Chriſto ſimul & 18 Parente 19 miſſus.

9. Æ. exercituum & ſcribitur per S. non per z. ut Aldus Manutius caſtigavit, nam zeta aliud ſonat quam Sama. 10. Æ. infinitus & æternus; quia caret principio & fine. 11. Æ. creatio rerum ad totam Trinitatem pertinet, ſed attribuitur Patri, quaſi principi creationis, unde eſt in Symbolo: Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. 12. Æ. quia orbem, ut ſic dixerim, peperit, Virg. Æneid. *hominum rerumque repertor.* 13. Æ. ad Filium pertinet hoc, ex quo per redemtionem vita noſtra pendet. 14. Æ. emanans â Patris celſitudine per æternam generationem. 15. I. moriendo in cruce. 16. Æ. ſubaudi, â Chriſto. I. de Chriſto. 17. Æ. ſc. cum Patre & Filio. 18. I. Chriſti. 19. Æ. aut exponendum eſt *miſſus*, pro inſpiratus â Patre & Filio; aut pertinet ad miſſionem perſonalem; quoniam Pater mittit Filium, & non contra; mittit Spiritum ſanctum, & non contra; mittit Filius Spiritum ſanctum, & non contra; Miſſus itaque fuit Spiritus ſanctus â Patre & Filio; aut in nomine Filii, ſuper centum & viginti illos, qui erant in cœ-

Intrat pectora 20 candidus pudica :
Quæ 21 templi vice conſecrata 22 rident,
Poſtquam combiberint Deum 23 medullis.
24 Sed ſi quid vitij doli ve naſci
Inter viſcera jam 25 dicata ſenſit:
Ceu 26 ſpurcum refugit celer 27 ſacellum.
28 Tætrum flagrat enim vapore craſſo
29 Horror conſcius 30 æſtuante culpa,

naculo illo, in die Pentecoſtes. Mittitur & quotidiè in eos, qui ſunt digni. 20. I. Spiritus ſanctus. Æ. *candidus* aut ad columbæ candorem retulit, in cujus ſpecie ſuper baptizatum Chriſtum deſcendit aut *candidus* i. candorem in ſe habens, & nobis eundem communicans. 21. Æ. ad ſimilitudinem templi ornati in quo Deus peculiariter habitare creditur. 22. I. gaudent. Æ ornata ſunt per Metaphor. quia, quæ ornata ſunt, ridere videntur. 23 I. præcordiis. 24. Æ. ſi Spiritus ſanctus, qui noſtrum templum intrat mundatum & habitat, ſi ſenſit in nobis aliquod vitium innaſci, quod templum coinquinat, fugit. 25. I. ſc. ſibi. Æ. conſecrata & digna, in quibus habitaret: ita fugit quaſi à templo fœtido & peccatis commaculato. 26. I. ſpurcus, a, um. Inde ſpurcitia. 27. I. ut doctrix. 28. I. pro tætrè, nomen pro adverbio. 29 Æ. peccatum, quod facit horrorem ex turpitudine ſuâ, & peccator ipſe conſcius ſibi. 30. Æ. non permittente peccatorem quieſcere, quia vermis ille non poteſt mori. Juvenal. *exemplo quodcunque male committitur, ipſi diſplicet autori.* Et illud ejuſdem: *tacita ſudant præcordia culpa.*

Offenſumque bonum 31 niger 32 repellit.
Nec 33 ſolus pudor 34 innocensve votum
Templum conſtituunt 35 perenne Chriſto
36 In cordis medii ſinu ac receſſu:
Sed, ne 37 crapula 38 ferveat, cavendum eſt:
Quæ 39 ſedem fidei cibis refertam
Uſque ad 40 congeriem 41 coarctet intus.
Parcis victibus 42 expedita corda
43 Infuſum melius Deum recipiant:
44 Hic paſtus animæ eſt, ſaporque verus,

31. Æ ille horror immundus. I. ipſe horror. 32. I à ſe. Æ ſpiritum ſanctum, quem offendit ſuâ illuvie & ſpurcitiâ. 33. Æ. non ſatis eſt, inquit, hominem eſſe caſtum, pudicum & innocentem ad hoc ut ſit templum Dei; ſed debet eſſe ſobrius & à cibi nimietate temperans. 34. I. à pueritiâ. 35. Æ. continuum. 36. Æ. nam cor tres habet ſinus .; unde Perſius: *ut mihi te quantum ſinuoſo pectore fixi.* Sed hic *ſinum* poſuit pro interiori receſſu. Igitur exponendum: in ſinu medii cordis i. medio ſinu cordis. I introitu & exitu. 37. I. apoſtoma, i. indigeſtio. 38. Æ. ad naturam vini retulit, Perſius: *indomitum quod deſpumare falernum.* 39. Æ. cor, in quo fides habitat Paulus Rom. 10. *corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* 40. Æ. epularum repletionem. 41. Æ anguſtet & conſtringat. 42. Æ. non impedita & occupata I. libera vel parata. 43 Æ. Chriſtum receptum. 44. Æ. quæ dixit Joh. 6. caro mea eſt verè cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

45. Æ.

45 Sed nos tu gemino 46 fovens 47 paratu,
Artus atque animas utroque paſtu
48 Confirmas, Pater, ac vigore comples.
49 Sic 50 olim tua 51 præcluens poteſtas,
Inter 52 rauciſonos ſitum leones,
Illapſis 54 dapibus 53 virum refovit.
Illum fuſile 55 Numen exſecrantem,
Et 56 curvare caput ſibi expolita
57 Æris materia nefas putantem,
Plebs dira Babylonis ac 58 tyrannus

45. Æ. tu, inquit, ô Chriſte, reficis nos epulis, quæ non ſolum corpus, ſed & animum reficiunt. 46. Æ. recreans. 47. Æ. cibi apparatu ad utrumque valendi ad membra & ad animum. 48. Æ. ſi *Pater* ad Chriſtum referatur, nomen honoris eſt, alioqui per adoptionem fratres ipſius ſumus; vel ad Deum Patrem apoſtrophat, vel ad totam Trinitatem. 49. Æ pascendo corpus & animam. 50. Æ. affert exemplum ex hiſtoria Danieli, deſcribitur in ipſius libro Cap. 14. qui poſitus in lacu leonum, paſtus eſt utroque cibo ab Abacuc Propheta advecto per angelum. 51. Æ. pollens, ut expoſuimus in Pſychomachia, *qui patriâ virtute cluis*. I. clara, excellens. *Cleo* Græcè glorior & *Cluo*, excelleo & ſplendeo & glorior. 52. Æ. rauco ſono quodam rugientes. I. durè & terribiliter ſonantes. 53. Æ. recreavit Danielum. I. Danihelem. 54. Æ. de cœlo deſcendentibus. 55. Æ. ſtatuam Beli ex ære fuſili fabrefactam. 56 Æ. adorare numen Beli. 57. Æ. quia Belus erat ex æreâ materiâ. 58. Æ. Cyrus Rex.

Morti 59 ſubdiderant, 60 feris dicarant,
Sævis protinus hauſtibus vorandum.
O ſemper pietas fideſque tuta!
Lavabunt indomiti virum leones,
Intactumque DEI *tremunt alumnum.*
Adſtant 61 comminus, & jubas 62 reponunt:
Manſveſcit 63 rabies, 64 fameque blanda
Prædam victibus 65 ambit incruentis.
Sed cum tenderet ad ſuperna palmas,
66 Expertumque ſibi Deum rogaret,
67 Clauſus jugiter, indigensque 68 victûs:
69 Juſſus 70 nuntius advolare 71 terris,
Qui paſtum famulo daret probato,
Raptim deſilit obſequente 72 mundo.

59. Æ objicerant. 60. I. leonibus. 61. I. juxta Æ. quaſi miniſtri apparent Danieli. 62. Æ. quas irati ſolent arrigere. λ. mites effecti. 63. Æ. ingenita leonibus, & tunc maximè; cum ex fame laborant. Virg. Æneid. *quos improba ventris exegit cæcos rabies.* 64. Æ. non rabioſa ſed placidâ, alii *fameſque blanda. H. Famêque* Put. & Oxoniius.uti Weitzius exhibuit, quod â Giſelino perperam damnabatur. Mox *indigenſque victus* non *victu*, iidem cum Egmundano & Altinio. 65. I. circumit. Æ. Danielum, qui futurus erat eſca leonum. 66. I. notum, quem probatum habebat. 67. Æ. per dies ſeptem; nam tamdiu fuit in lacu leonum. 68. Æ. alimenti. 69. Æ. à Deo, 70. Æ. qui Græcè dicitur angelus. 71. Æ. in terras. Virg. 1. Æneid & libycis defixit lumina terris. 72. I. aëre. Æ. cœlo, per quod angelus volans de-

Cernit fortè procul 73 *dapes inemtas:*
Quas meſſoribus 74 *Habacuc Propheta*
75 *Agreſti bonus exhibebat arte.*
76 *Hujus Cæſarie manu* 77 *prehenſâ,*
Plenis, ſicut erat, gravem caniſtris
Suſpenſum rapit, & vehit per auras.
Tum raptus ſimul ipſe, prandiumque
78 *Senſim labitur in lacum leonum,*
At, quas tunc epulas gerebat, offert.
79 *Sumas lætus, ait, libensque* 80 *carpas,*
Quæ ſummus Pater, 81 *Angelusque Chriſti*
Mittunt 82 *liba* 83 *tibi ſub hoc* 84 *periclo*
His ſumtis 85 *Danielus* 86 *excitavit*

delapſus eſt: obtemperanter cedente ipſi angelo deſcendenti. 73. Æ. quas Abacuc non emerat ex primis ex foro pecuniis, ſed domeſticas. 74. H. Puteanus *Ambacum*, *Abbacuc* Thuan. & Oxonius. *Ambacum* etiam in duobus Weitzianis. 75. I. ruſticâ. Æ. erant autem dapes illæ pulmentum & panis ut refert hiſtoria: in quibus cibis concinnandis non erat opus arte aliquâ. 76. Æ. Abacuc. 77. I. comprehenſa. Æ. ſubaudi, angeli. Nam capillo capitis angelus illum portavit Babylonem. 78. I. leniter. Æ. non præcipiranter. 79. I. pro, ſume. 80. I. pro carpe. 81. Æ. Prolepſis eſt; nondum enim Verbum erat Chriſtus; qui dicit utramque naturam, divinam & humanam. 82. I. prandia. 83. Æ. guſtui tuo. 84. I. leonum. 85. Æ. ex forma, quam diximus aliis in locis. 86. Æ. erexit. I. elevavit.

In Cælum faciem, ciboque 87 fortis
Amen 88 reddidit, 89 haleluja dixit.
90 Sic nos muneribus tuis refecti,
Largitor DEUS omnium bonorum,
Grates reddimus, & ſacramus 91 hymnos.
92 Tu nos triſtifico velut tyranno,
Mundi ſcilicet 93 impotentis 94 actu

87. Æ. refocillatus & refectus. 88. Æ. geminavit. 89. Æ. Dei laudes. 90 AE. ad propoſitum redit: *Sic*, quemadmodum Danielus fecit, qui ſumto cibo, Deo gratias egit. 91. I. laudes. 92. AE. ſubaudi, Deus. Danieli hiſtoriam moraliter exponit, vel potius parabolice, dicens, quod quemadmodum Danielus carceri leonum incluſus, paſtus fuit ab Abacuc Propheta, & liberatus tandem ab ira leonum; ita & nos liberati â poteſtate dæmonum, paſcemur cibo cœleſti. 93. AE. nimium potentis & ſævientis in nos. Nam impotens latinis ſic accipitur. Unde & tyranni impotentes dicuntur: & impotentiam tyrannorum dicimus, cum per potentiam aliquid ſævitiæ exercent. 94. Æ. actionibus mundanis. H. *antro concluſos Regis* caſtigabat Johannes Cauchius Sed aliter ſcripti. *Actum* pro vago & incerto motu rerum humanarum videtur poſuiſſe. Sic *malis rotari nos*, mox ſubjungit. Hymno 6. animum in ſomnis vagantem *tenui actu frui*, dicturus eſt. Et ſub finem ejusdem hymni optimæ membranæ:

procul o procul vagantum
portenta ſomniorum,
procul eſto pervicaci
præſtigiator actu.

Noſter

Concluſos regis, & 95 feram repellis:
96 Quæ circumfremit, ac vorare temptat,
Inſanos acuens furore dentes;
97 Cur te, ſumme Deus, precemur unum.
98 Vexamur, premimur, malis 99 rotamur:
Oderunt, lacerant, trahunt, laceſſunt:
100 Juncta eſt ſuppliciis fide 1 iniquis
Nec 2 deſit tamen anxiis medella:

Noſter denuo hymno Romani ex optimis membranis verſu 972.

Aut ferrum in ore nil agens & irritum
Verſaſſe fruſtra ſe retuſis ictibus.

Apud Lucanum libro 9. de Syrtibus:

Pleraque conſorſit violento ſpiritus actu. Et

– – quas ne per littora ſparſas
Colligeret rapido victoria Cæſaris actu.

95. Æ. h. e. diabolum à nobis. 96. Æ. juxta illud Apoſtoli 1. Petr. 5. *Adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* 97. AE. *tunc*: ſc. cum ſic claudimur. H. *Cum te, ſumme Deus, precemur unum.* Puteaneus & Thuanns cum Torrentii duobus *cur te*, benè. Et ſine interrogationis nota pari modo apud Ciceronem occurrit frequenter. 98. Æ. ſi quando ſumus in hujusmodi anguſtia illata â carne, â mundo, â Diabolo, qui ſunt publicè hoſtes noſtri. 99. i. volvimur. 100 Æ. pro, ſit, adhibita, ut ſit præſen pro futuro imperativi vel optativi, vel pro erit. 1. Æ. iniquorum, qui nos ſic vexant & premunt. 2 Æ. legit *ne deſit*, pro non deficiet, præſens pro futuro, ut ſupra Virg. *lac mihi non æſtate novum non*

Nam 3 langvente truci leonis ira,
Illapſa 4 ſuper 5 ingeruntur eſca.
6 Quas ſi quis 7 ſitienter hauriendo
Non guſtu tenui, ſed ore pleno,
Internis velit implicare venis.
Hic ſancto 8 ſociatus ex Propheta,
9 Juſtorum capiet cibos virorum:
Qui fructum Domino 10 metunt perenni.
Nil eſt dulcius, ac magis ſaporum,
Nil quod plus hominem juvare poſſit.
11 Quam vatis pia præcinentis 12 orſa.

frigore deſit, pro deficit. 3. AE. debilitata virtute divina. H. *Nam languentè trucis leonis ira*) *truci ira* Puteanus cum Thuano, quod auribus magis blanditur apud Naſonem; *candida pax homines, trux decet ira feras.* 4. AE. legit *deſuper*, ex cœlo advenientes. I. deſuper. 5 AE pro, ingerentur nobis. 6. AE. ſc. eſcas cœleſtes. 7. AE. non cum faſtidio, & quaſi deguſtet, ſed pleno ore devoraverit. 8. AE. ſicut Danielus ab Abacuc. 9. AE. qualis fuit Abacuc. 10. AE. hoc ad illud pertinet, quod Abacuc cibos illos, quos detulit ad Danielum meſſoribus parabat, ut ibidem legitur: Hi ſunt meſſores, de quibus Apoſtolus, *qui parcè ſeminat, parce & metit.* Et Pſalmographus: *venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* 11. I. Prophetiæ & ſcripta divina. 12. I. dicta. AE. verba divina, quæ nobis Deus per Prophetas denunciat, quibus nihil dulciùs excogitari poteſt, dicente Propheta: quam dulcia faucibꝰ meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.

13. AE.

13 His ſumtis licet 14 inſolens poteſtas
15 Pravum judicet, 16 irrogetque mortem:
17 Impaſti licet irruant leones.
Nos ſemper Dominum Patrem fatentes
In te, Chriſte Deus, loquemur unum,
Conſtanterque tuam crucem 18 feremus.

13. AE, ſc. cibis, h. e. divinis præceptis. 14. AE. arrogans & ſuperba: nam *inſolens* illud ſignificat unde eſt *inſolentia*. ſuperbia, I. ſuperbia; 15. AE. pro, pravè; nomen pro adverbio, figura nota. 16. AE. intentet & minetur. 17. AE. quales erant, quibus objectus eſt Danielus. 18. Æ. in hac confeſſione, ſi opportuerit, moriemur. Et alludit ad illud; ſi quis vult venire poſt me, abneget ſe & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

V. 1. HYMNUS AD INCENSUM LUCERNÆ.

ARGUMENTUM.

INitio Chriſtum omnis luminis & inventorem & datorem invocat: deinde cerei paſchalis originem altius repetiturus in latiſſimum narrationis campum ſuo more abripitur, quâ narratione pleraque omnia, quæ Judæis Ægypto eductis portentoſe accidebant, breviter complexus eſt: eamque tandem quomodo hactenus ſemper myſtica expoſitione concludens, ad inſtitutas cereorum laudes revertitur. Victor Giſelinus.

1. H.

INventor rutili, Dux bone, luminis,
Qui certis vicibus tempora dividis:
Merſo Sole [2] *Chaos ingruit horridum,*
Lucem redde tuis Chriſte, fidelibus.
Quamvis innumero ſidere [3] *regiam,*
Lunarique polum lampade pinxeris,
Incuſſu ſilicis lumina nos tamen
Monſtras ſaxigeno ſemine quærere.
[4] *Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis*
In Chriſti ſolido corpore conditam;
Qui dici ſtabilem ſe voluit petram;
Noſtris igniculis unde genus venit.
Pingvis [5] *quos olei rore madentibus*
[6] *Lychnis aut* [7] *facibus paſcimus aridis:*
Quin & fila favis [8] *ſcirpea floreis*
Preſſo melle prius conlita fingimus.
Vivax flamma viget, ſeu cava teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio,

1. H. Sic codices noſtri. *Cerei paſchalis* ritum Prudentii ævo, ignotum fuiſſe ex antiquitatibus eccleſiaſticis colligi licet. Mox codices iidem. deinde ſcripti *lucem redde tuis Chriſte fidelibus.* Poſt verſum nonum habent Fabritii & Sicharti editiones verſus quatuor, qui â membranis noſtris abſunt, & abeſſe debent. 2. *I.* confuſio noctis, profunditas tenebrarum. 3. I. tuam. 4. *I.* ut ſciret benè. 5. I. ignes. 6. I. lucernis. 7. I. fax dicitur â comedendo, fage græc. comedere. Nam facula i. cortex arboris, materiem præſtat igni comedendi. 8. I. quia de flore favi efficiuntur.

Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem ſtuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice fervidum
Guttatim lacrymis ſtillat 9 *olentibus:*
Ambuſtum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido 10 *fiere cacumine.*
Splendent ergo tuis muneribus, Pater,
11 *Flammis mobilibus ſcilicet atria,*
Abſentemque diem lux 12 *agit* 13 *æmula,*

9. I. creſcentibus. H. *lacbrymis ſtillat alentibus*) *olentibus* ſcribendum cum Puteano & Thuano & Torrentianis tribus. Refer ad ceram odoratam, ex qua cerei fiebant, ſupra hymno tertio, *nectare* [*ſudat olente favus.* Apud Statium in ſilvis Luſu Saturnali.

Quantum vel dare cereos olentes,
Cultellum, tenuesve codicillos?

Sic vetuſta editio Parmenſis, quod omninò probum eſt. Nam *cerei nitentes* circumferuntur ibi vulgo. Apud Naſonem Metam. VIII. *ſolvit odoratas pennarum vincula ceras.* Veram in Prudenti ſcripturam, jam vidit Gronovius obſervationum Eccleſiaſticarum cap. 5 addito hoc Paulini loco ex Natali III. Felicis, *lumina ceratis adolentur odora papyris.* 10. I. fluere, rinnen. 11. H. *nobilibus.* Puteanus & Thuaneus, cum Rottendorphio (quem ut & Nomſianum poſthac adhibemus) ac Weitzii non nulli. Sed hoc ipſo hymno mox habebimus, pendent mobilibus lumina funibus. Uti & vere duo Weitziani. 12. I. perſequitur, 13. I. imitatrix.

14. I.

Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam,
Manantemque Deo cernat originem?
Moyſis nempe Deum ſpinifera in rubo
Vidit conſpicuo lumine flammeum.
Felix, qui meruit ſentibus in ſacris
Cæleſtis ſolij viſere Principem,
Juſſus nexa pedum vincula ſolvere,
Ne ſanctum [14] *involucris pollueret locum.*
Hunc ignem populus [15] *ſanguinis inclyti*
*Majorum meritis tutus & * [16] *impotens,*
Svetus ſub dominis vivere barbaris,
Jam liber ſequitur longa per avia:
Qua greſſum tulerant, caſtraque cærula
Noctis per medium concita moverant,
Plebem pervigilem fulgure prævio
Ducebat radiis Sole [17] *micantior.*
Sed Rex [18] *Niliaci litoris, invido*
Fervens felle, jubet prævalidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Ferrataſque acies clangere [19] *claſsicum.*
Sumunt arma viri, ſeque minacibus
Accingunt gladijs: triſte canit tuba.
Hic fidit jaculis, ille volantia
Præfigit calamis ſpicula [20] *Cnoſijs.*
[21] *Denſetur* [22] *cuneis turba pedeſtribus:*

14. I. calciamentis, à volvendo. 15. generis. 16. I. valdè potens. 17. clarior. 18. I. Ægypti. 19. I. tubuam bellicam. 20. I. Creticis. Gnoſium eſt oppidum in Creta inſula. 21. H. *denſatur cuneis turba pedeſtribus) denſetur* codices noſtri, quod

Currus pars, & equos, & volucres rotas
Conſcendunt celeres, ſignaque bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
23 Hic jam ſervitij neſcia priſtini,
Gens 24 Peluſiacis uſta vaporibus,
Tandem purpurei gurgitis hoſpita
Rubris litoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum Duce perfido,
Infert & validis 25 prælia viribus.
Moyſes porro ſuos in mare præcipit
Conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Præbent rupta locum ſtagna viantibus,
Riparum in faciem pervia: ſiſtitur
Circumſtans vitreis unda liquoribus,
Dum plebs ſub biſido 26 permeat æquore.
Pubes quinetiam decolor aſperis

quod & aliis apud Prudentium locis revocari debet, ex fide membranarum. Ut Hamartigeniæ verſu. 410. 916. deinde Gronovius ex conjectura *turmam* pro *turba* reponit. Idem mox, *currus pars & equis & volucres rotis conſcendunt celeres.* Currus volucres & equis & rotis. Placet utrumque. videndus is obſervat. Eccleſiaſt. cap. 5. 22. I. cuneus eſt collecta in unum multitudo militum. Unde cuneus, quaſi coneus, â con & co. 23. H. *hinc jam ſervitii neſcia priſtini*) *Hic* potiores. In Rottendorphio pro diverſa ſcriptura notatum libera priſtini. Mox *ſuos præcipit*, iidem codices. 24. I. Ægyptiis. Ægypti civitas. 25. I. ab imprimendo hoſtes, unde & preligna, quibus premitur uva. 26. H. *permeat æquora*) dum

per-

Irritata odijs, Rege ſub impio,
Hebræum ſitiens fundere ſanguinem
Audet ſe pelago credere concavo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia:
Sed confuſa dehinc unda revolvitur
Inſemet revolans gurgite confluo.
Currus tunc, & equos, telaque 27 *naufraga,*
Ipſos & proceres, & vaga corpora
Nigrorum videas nare ſatellitum,
Arcis 28 *juſtitium triſte tyrannicæ.*
Qua tandem poterit lingua retexere
Laudes, Chriſte, tuas? qui 29 *domitam Pharon*
Plagis multimodis cedere Præſuli
Cogis juſtitia, vindice dextera.
Qui pontum rapidis æſtibus invium
Perſulcare vetas, ut refluo in ſalo
Securus pateat, te Duce tranſitus,
Et mox unda rapax ut voret impios.
Cui jejuna eremi ſaxa loquacibus

permeat Rotterdorphius. 27. I. merſa. 28. I. luctus publicus, juſtitium eſt, ubi juſtitia ſtat, & juſtitium publicus luctus eſt, qui in arce cunctis & ubique eſt. 29 H. *domitum Pharon*) *domitam* noſtri & priſcæ editiones cum Giphanio, Ægyptum domitam, nec aliter Cauchius. Mox *rabidis æſtibus* & pro *devoret impios*, ut *voret* iidem. Denique *cui jejuna heremi ſaxa loquacibus exundant ſcatebris*; non, *jejuna via ſaxa madentibus*. Idem in eodem vocabulo, permiſit ſibi Pſychomachia: *excidit ergo animis heremi ſitis?*

30. I.

Exundant ſcatebris, & latices novos
Fundit ſciſſa ſilex: quæ ſitientibus
Dat potum populis 30 *axe ſub igneo.*
Inſtar fellis aqua, triſtifico in lacu
Fit ligni venia, mel velut 31 *Atticum.*
Lignum eſt, quo ſapiant aſpera dulcius
Nam præfixa cruci ſpes hominum viget.
Implent caſtra cibus tunc quoque 32 *ninguidus,*
Illabens gelida grandine denſius.
His menſas epulis, hac dape conſtruunt,
Quam dat ſidereo Chriſtus ab æthere.
Necnon imbrifero ventus anhelitu
Craſſa nube leves invehit alites,
33 *Quæ diſtento in humum cum ſemel agmina*
Fluxerunt, reduces non revolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Inſignis pietas Numinis unici:
Cujus ſubſidio nos quoque veſcimur,
Paſcentes dapibus pectora myſticis.
Feſſos ille vocat per 34. *freta ſæculi,*
Diſcuſſis populum turbinibus regens,
35 *Jactatasque animas mille laboribus*

30. l. ſole. 31. l. quod invenitur dulcius omni melle. 32. l. niveus. 33. *quæ conflata*) *diſſlata* duo vetuſtiores. Mox malim *revolent*, quam *revolant*. Sed aliter ſcripti. 34. l. tempeſtates. 35. *Hi raptatasq; animas*) *jactataque* ſcripti, & mox Puteaneus cum Thuano, *fontis udis da fugacibus*, nec aliter Egmondanus codex cum Altinio, & in Obſerv. Eccleſiaſt. Gronovius. Qui præterea paullo antea caſtigabat, *cultaque pinguia* ut ſeges deſignetur,

Juſtorum in patriam ſcandere præcipit.
Illic purpureis tecta 36 roſariis
Omnis fragrat humus, 37 calthaque 38 pinguia
Et molles violas, & tenues 39 crocos
Fundit fonticulis uda 40 fugacibus.
Illic & gracili balſama ſurculo
Deſudata fluunt, 41 raraque cinnama
Spirant 42 & folium, fonte quod abdito
43 Prælambens fluvius portat in exitum
Felices animæ prata per herbida
Concentu parili ſuavi ſonantibus
Hymnorum modulis, dulce canunt 44 melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.
Sunt & ſpiritibus ſæpe nocentibus
Pœnarum celebres ſub 45 Styge 46 feriæ,

ſignetur, quomodo & præfatione in Apotheoſin,
quia læta Chriſti culta fur interpolat
addens avenas æmulas.
Sed ſcripti cum vulgatis *cultaque*. 36. I. roſis. Roſarium & roſetum idem ſunt, i. locus in quo roſæ naſcuntur. 37. I. pretioſa pigmenta. caltha virgultum in Ægypto, unde balſamum fluit. 38. I. herbæ. 39. I genus pigmenti. 40. I. vivacibus manantibus vel viventibus fluentis. 41. I. pretioſa. 42. I. pigmentum optimum, genus aromatum 43. H. *prælabens fluvius*) *prælambens* ex omnibus noſtris. Sic Hamartigeniâ *ſed dum liquentes liquor incorruptus arenas prælambit* Mox *concentu paribili*, non *parili* Puteanus & Rottendorph. 44. I. laus, generis Neutri ſingularis Numeri. 45. I. [illegible], fluvius inferni, interpretatur, triſtitia

Illa nocte ſacer qua rediit DEUS
Stagnis ad ſuperos ex 47 Acheronticis:
Non ſicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano Lucifer 48 imbuit,
Sed terris Domini de cruce triſtibus
Major Sole novum reſtituens diem.
Marcent ſuppliciis Tartara 49 mitibus,
Exſultatque ſui carceris otio
50 *Umbrarum populus liber ab ignibus:*
Nec fervent ſolito flumina ſulphure.
Nos feſtis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis; votaque proſpera
Certatim vigili congerimus prece;
Exſtructoque 51 agimus liba ſacrario.
Pendunt 52 mobilibus lumina funibus:
Quæ ſuffixa micant per 53 laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perſpicuo flamma jacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper 54 aream

triſtitia, luctus. 46. I. feſta. 47. ſine gaudio, Flegeton, Flammeus. Flox g. flamma. 48. I. expellit, impellit, vel illuminat. 49. I. mitefactis. 50. I. defunctorum, al. functorum H. *functorum* Thuan Rottendorph. Altin. Nomſianus cum duobus Torrentii. 51. I. ſacrificamus ſacrificia. 52. I. laxabilibus, mollibus. 53. I. laquearia, quæ cameram ſubtegunt & ornant: quæ & lacunaria dicimus. Principaliter autem lacus dicitur, cujus diminutio lacunar facit. Inde fit alia diminutio, quæ per Antiſticon laquearia facit. 54. I. planitiem.

Ornatam geminis ſtare [55] *Trionibus,*
Et quà [56] *Phoſphoreum temo regit jugum*
Paſſim purpureos ſpargier [57] *Heſperos.*
O res [58] *digna, Pater, quam tibi roſcida*
Noctis principio grex tuus offerat,
Lucem, qua tribuis nil pretioſius:
Lucem, qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux vera oculis, lux quoque ſenſibus,
Intus tu ſpeculum, tu ſpeculum foris,
Lumen quod famulans offero, ſuſcipe,
Tinctum pacifici chriſmatis unguine:
Per Chriſtum genitum ſumme Pater, tuum,
In quo viſibilis ſtat tibi gloria,
Qui noſter Dominus, qui tuus unicus
Spirat de Patrio corde Paracletum:
Per quem ſplendor, honos, laus, ſapientia,
Majeſtas, bonitas, & pietas tua
Regnum continuat numine triplici,
Texens perpetua ſæcula ſæculis.

55. I. plauſtris. 56. I luciferum vel botem dicimus bos phoreum vel fosforeum, i. igniferum. Fos enim ignis dicitur. 57. I. ſtellas. 58. I ſc eſt. H. *ô res digna Deus) digna Pater* Puteanus. *Pater* pro Deo frequenter occurrit apud noſtrum. Perperam paulo ante editio Giſelini *Phoſporeum jugum* pro *Boſporeo*. Ut rectè in ſcriptis.

VI. HYMNUS AD INCENSUM LUCERNÆ.

ARGUMENTUM.

SOmnus omni animantium generi datus ad quietem eſt, ut ait Philoſophus. Igitur vir pius in hoc hymno petit, ut poſt varios diei labores finitos, placidam quietem Deus largiatur, terrores ſomniorum depellat, ſomnia ſalutaria immittat, qualia viris ſanctis ſæpe ſunt immiſſa. Georg. Fabritius.

1. *ADes, Pater ſupreme,*
Quem nemo vidit unquam,
Patrisque ſermo Chriſte,
Et Spiritus benigne.
O Trinitatis hujus
2 Vis una, lumen unum,
DEUS ex DEO perennis,
DEUS ex utroque miſſus.
3 Fluxit labor diei:
4 Redit & 5 quietis hora:
Blandus ſopor 6 viciſſim

1. I. adeſto. 2. H. *Vis ac poteſtas una* in Puteano: ut poſtrema ſyllaba in poteſtas corripiatur. Salmaſius Auſonii locum addiderat: Majeſtas unius modi ſociata ſancto Spiritu. *Vis ac poteſtas* etiam in Schedis Græviansi. 3. I. deficit. 4. H. *redit* & codices noſtri. Niſi quod in Altinio *redut*. 5. I. ſoporis. 6. I. inter diem & noctem.

Feſſos 7 relaxat artus.
Mens æſtuans 8 procellis,
Curiſque 9 ſauciata,
Totis 10 bibit medullis
11 Obliviale poclum.
Serpit per omne corpus
12 Lethæa vis, nec ullum
Miſeris 13 doloris ægri
Patitur manere ſenſum,
Lex hæc data eſt caducis
DEo jubente membris,
Ut temperet laborem
Medicabilis voluptas.
Sed, dum pererrat omnes
Quies amica venas,
Pectuſque 14 feriatum
Placat rigante ſomno.
15 Liber vagat per auras
Rapido vigore ſenſus,
Variaſque per figuras,
Quæ ſunt operta, cernit.
Quia mens ſoluta curis,
Cui eſt origo cælum,
Puruſque fons ab æthra

ctem. 7. I. in tranquillitate obtinet. 8. I. laborum. 9. I. tuta. 10. I. diligit. 11. I. laboris ſenialis. 12. I. oblivialis Lethes g. ſopor. 13. I. laboris diei. 14 I. otioſum, quietum. 15. H. ſic Puteanus & Thuaneus. Duo Torrentiani, ac tres ex noſtris *vagas per auras*. *Vagat* non auſim mutare. De quo verbo nos ad Naſonem Metamorph.

16 Iners jacere neſcit.
Imago multiformes
Facies ſibi ipſa fingit,
17 Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed 18 ſenſa ſomniantum
Diſpar fatigat 19 horror:
Nunc ſplendor 20 intercurrit,
Qui dat futura noſſe.
Plerumque diſſipatis
Mendax imago veris,
Animos 21 pavore mæſtos
22 Ambage fallit atra.
23 Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter,
Hunc lux ſerena 24 vibrans
Res edocet latentes.
At, qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit,
Luſus pavore multo
Species videt tremendas.
26 Hoc Patriarcha noſter
Sub carceris catena
Geminis ſimul miniſtris

morph. VII. v. 13. Videndus de hoc verbo Giphanius indice Lucretiano. 16. *l.* ſine arte 17. *l.* facies. 18. *l.* neutraliter, ſenſum meum in Plurali numero facit hi ſenſus & hæc ſenſa neutr. genere 19. *l.* ſomni. 20. *l.* intermeat. 21. *l.* de vel cum. 22. *l.* circumventione. 21. *l.* aliquem virum. 24. *l.* illuminans. 25. *l.* inquinavit, corrupit. 26. *l.* Joſeph.

Interpres approbavit.
27 Quorum 28 regreſſus unus,
Dat poculum 29 tyranno:
Aſt alterum rapaces
Fixum vocant volucres.
Ipſum deinde Regem
30 Perplexa ſomniantem,
Monuit famem futuram
Clauſis cavere acervis,
Mox 31 Præſul, ac Tetrarches,
Regnum per omne juſſus
Sociam tenere 32 virgam,
Dominæ reſedit aulæ.
O quam profunda juſtis
Arcana, per ſoporem
Aperit tuenda Chriſtus!
Quam clam, 33 quam tacenda.
Evangeliſta ſummi
Fidiſſimus Magiſtri,
Signata quæ latebant,
Nebulis videt remotis.
Ipſum Tonantis agnum
De cæde purpurantem,
Qui conſcium futuri
Librum reſignat unus.

Joseph. 27. *H. quorum reverſus unus*) *Regreſſus* in Puteano & Oxonio. Iidem mox cum aliis nonnullis monuit famem futuram. 28. *i.* magiſter pincernarum. 29. *i.* Regi Pharaoni. 30. *i.* obſcura. 31. *i.* princeps. 32. *i.* ſceptrum. 33. *H. quam tuenda* pro diverſa ſcriptura Puteanus.

Hujus manum potentem
Gladius perarmat anceps,
Et fulgurans utrinque
Duplicem minatur ictum.
34 *Quæſtor ille ſolus*
Animæque corporiſque,
Enſiſque bis timendus
35 *Prima ac ſecunda mors eſt.*
Idem tamen benignus
Ultor, retundit iram,
Paucoſque 36 *non piorum*
Patitur perire in ævum.
Huic inclytus perenne
Tribuit Pater tribunal:
Hunc obtinere juſſit
Nomen ſupra omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Extinctor Antichriſti:
Qui de furente monſtro
Pulchrum refert tropæum
37 *Quam beſtiam capacem,*

34. *l.* judex. 35. *l.* corporis & animæ. 36. *l.* impiorum. 38. *l.* *capacem*, omnia recipientem. H. *quam beſtiam capacem*) capacem in omnibus noſtris. Ad capacem alvum refer. Hymno V*II*. de Jona, *alvi capacis vivus hauritur ſpecu*. Et Pſychomachia: *Fertur avaritia gremio præcincta capaci*. Deinde *Charybdem* in Puteano & quatuor aliis. Tum *hanc nempe*, non *hac*, ſcripti potiores. Et *Johannis exſecratur*, rectè Puteanus, ut metro conſulatur. Sic & hymno V*II* v. 37. Hamartigen. v. 916. Denique, *præferre no-*

Populoſque devorantem,
Quam ſanguinis 38 Charibdem,
Joannis exſecratur.
Hanc nempe, quæ ſacratum
Præferre nomen 39 auſa,
Imam petit Gehennam,
Chriſto perempta vero.
Tali ſopore juſtus
Mentem relaxat heros,
Ut ſpiritu ſagaci
Cælum peragret omne.
Nos nil meremur horum,
Quos crebra implet error:
Concreta quos malarum
Vitiat cupido rerum.
Sat eſt, quiete dulci
Feſſum fovere corpus:
Sat, ſi nihil ſiniſtrum
Vana minentur umbræ.
Cultor DEI memento
Te fontis & lavacri
Rorem ſubiiſſe ſanctum,
40 Te chriſmate innovatum.

---

men auſa, ablato verbo ſubſtantivo meliores. 38. *I.* voraginem, vorago naves ſorbens. Ita vocat Antichriſtum, quia omnes ad ſe venientes in præcipitium trahit. 39. *I.* ſc. eſt, 40. H. *te chriſmate innotatum*) & ſi ſic Puteaneus & alii ex vetuſtioribus quidam) amplector tamen *innovatum*: quod in quinq; tam noſtris quam Torrentianis & margine Oxonii legebatur) idque Gronovius quoque in Ob-

Fac, cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem locumque cordis
Crucis figura 41 ſignet.
Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebræ:
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
Procul, ô procul vagantum
Portenta ſomniorum:
Procul eſto 42 pervicaci
43 Præſtigiator 44 aſtu.
O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per 45 Mæandros,
Fraudesque flexuoſas,
Agitas quieta corda:
Diſcede, Chriſtus hic eſt:
Hic Chriſtus eſt, 46 liqueſce:
Signum, quod ipſe noſti,
Damnat tuam catervam.
Corpus licet 47 fatiſcens

Obſervat. Eccleſiaſt. probat. 41. *l.* ſc. ut. 42. *l.* pertinaci perſeveranti. 43. *l.* præſtigium dicitur monſtrum, à præſtringendo, i. illudendo improviſe oculos. 44. *l.* aſtutione. H. *aſtu* Puteanus & Nomſius cum Egmondano, de quo ad hymn. *IV.* v. 75. diximus. 45. *l.* Meander fluv. Cariæ, faciens revolutiones multimodas. Sed hic ipſe fluvius pro ipſis flexib. ſerpentis introducitur. 46. *l.* evaneſce, deflue. 47. *l.* deficiens.

Jaceat 48 *recline paullum,*
Chriſtum tamen ſub ipſo
Meditabimur ſopore.

48. *l.* reclinatum.

VII. HYMNUS AD INCENSIUM LUCERNÆ.

ARGUMENTUM.

PRimum Autor Chriſtum invocat, ut jejunantibus adeſſe dignetur. Deinde in jejunii laudes excurrit. Varia poſtmodum exempla jejunantium adducit. Claudit denique adhortatione ad jejunandum à multiplici commodo deducta.

1. *O Nazarene, lux Bethlem, verbum Patris,*
Quem partus alvi virginalis protulit,
Adeſto caſtis, Chriſte, 2 *parſimonijs,*
Feſtumque noſtrum Rex ſerenus adſpice;
Jejuniorum dum 3 *litamus victimam.*
Nil hoc profecto purius myſterio;

1. H. Sic vetuſtiores noſtri non *dux.* in Apotheoſi de Chriſto, *ô nomen prædulce mihi lux & decus & ſpes.* Mox *fibra cordis lividi* bene Rottendorphius, quomodo & editio Altina, in ceteris ſcriptis *vividi.* 2. *l.* abſtinentiis. 3. *l.* ſacrificamus. Quidam putant à litoribus dicta lita, i. ſacriſicia: quia poſt navigationem in litoribus maris ſacrificabant, ſed falſum eſt. Nam litus prima longa eſt;

Quo fibra cordis 4 expiatur 5 lividi:
Intemperata quo dominantur viſcera,
Arvina putrem ne reſudans crapulam
Obſtrangulatæ mentis ingenium premat.
Hinc 6 ſubjugatur luxus & turpis gula;
Vini atque ſomni 7 degener 8 ſocordia,
Libido ſordens, inverecundus 9 lepos,
Variæque peſtes languidorum ſenſuum,
10 Parcam ſubactæ diſciplinam ſentiunt.
Nam ſi licenter diffluens potu & cibo
Jejuna ritè membra non coërceas;
11 Sequitur, frequenti marcida oblectamine
Scintilla mentis ut tepeſcat nobilis,
Animusque pigris 12 ſtertat in præcordiis.
Frenentur ergo corporum cupidines,
13 Deterſa & intus emicet prudentia:
Sic 14 excitato perſpicax acumine,
Liberque flata laxiore ſpiritus
Rerum parentem rectius precabitur.
Helias tali crevit obſervantia,
Vetus 15 Sacerdos, 16 ruris hoſpes aridi:
Fragore ab omni quem remotum & 17 ſegregem

eſt; litum brevis 4. l. mundatur, imbuatur. 5. H. legit vividi, i. pleni. 6. l. domatur. 7. l. ignobilis. 8. l. pigritia. 9. l. eloquium, eloquentia. Dicimus & lepor. 10 l. artam. 11. l. conſequens eſt. 12. H. *ſtertat ut præcordiis (agacuſimus) in præcordiis* cum Nomſiani & Schedis Grævianis. 13. l. mundata, geſ iubert H. *deterſa ut intus*) & *intus* Puteanus cum Thuaneo & Altinio. 14 l. elevato. 15. l. propheta. 16. l. eremi. 17. l. ſegre-

Spreviſſe 18 trahunt criminum frequentiam,
Caſto fruentem 19 Syrtium ſilentio.
Sed mox in auras igneis 20 jugalibus,
21 Curruque raptus evolavit præpete,
Ne de propinquo ſordium contagio
Dirus quietum mundus 22 adſlaret virum,
Olim probatis inclytum jejuniis.
Non antè cœli Principem ſeptemplicis
Moyſes tremendi fidus interpres throni
Potuit videre, quàm decem recurſibus
Quater volutis Sol peragrans ſidera
Omni 23 carentem cerneret 24 ſubſtantia.
Victus precantis ſolus in lacrymis fuit:
Nam flendo pernox, irrigatum pulverem
Humi madentis ore preſſit 25 cernuo:
Donec loquentis voce 26 præſtrictus DEI,
Expavit ignem non ferendum viſibus.
Joannis hujus artis haud minùs potens,
DEI perennis præcucurrit Filium:

gregatum. 18. *l.* dicunt. 19. l. arenarum, ſolitudinum. Saxorum ſyrtes petroſaque terra. 20. l. quadrigis. 21. H. *præpete* vetuſtiores & mox *victus precanti.* Tum *voce præſtrictus* non *perſtrictus.* Oxonius cum Altinio & VVeitzio. Nec aliter â manu ſecundâ Puteaneus. Sic *præſtrictus uterus* Apotheoſi v. 115. *præſtringi luce oculos*, ibidem v. 400 *præſtringi levi vulnere.* Pſychom. 507. *præſtingere aerem pennis.* ibidem v. 324. omnia ex ſcriptis. 22. l. inverſiret. 23. l. ipſum Moyſem. 24. l. cibo. ciborum. 25. l. inclinato, curvo. 26. l. tactus captus.

27. I

Curvos viarum qui retorſit tramites,
Et 27 flexuoſa corrigens diſpendia
Dedit ſequendam calle recto 28 lineam
Hanc 29 obſequelam præparabat nuntius,
Mox adfuturo conſtruens iter DEO,
Clivoſa planis, 30 confragoſa ut lenibus
31 Converterentur, neve quidquam devium
Illapſa terris inveniret Veritas.
32 Non uſitatis 33 ortus hic natalibus,
Oblita lactis jam 34 vieto in pectore
Matris tetendit ſerus infans ubera:
Nec antè partu de ſenili effuſus eſt,
Quam prædicaret virginem plenam Deo.
Poſt in 35 patentes ille ſolitudines,
Amictus hirtis beſtiarum pellibus,
Sætisve tectus, hiſpida & lanugine,
36 Seceſſit, horrens inquinari ac pollui
Contaminatis 37 oppidorum moribus.
Illic dicata 38 parcus abſtinentia
Potum cibumque vir ſevera 39 induſtria
In uſque ſerum reſpuebat veſperum,
40 Rarum 41 locuſtis, & 42 favorum agreſtium

27. l. devia pericula vel errores. 28. l. viam. 29. obſequium vel obedientiam. 30. l. ardua vel aſpera. 31. l. commutarentur. 31. l. inſolitis. 33 l. natus eſt 34. l. vetulo maturo antiquo, viribus privato. 35. l. vaſtas amplas. 36. l. ſeorſum receſſit expavens. 37. l. populorum. 38 l. afflictus, abſtinens. 39. l. diligentiæ. 40. H. *parvum locuſtis*) *rarum* Puteanus, Probe. In Oxonio *parum*, quod & Aldus

Liquore paſtum corpori ſuccudare.
Hortator ille primus, & doctor novæ
Fuit ſalutis: nam ſacrato in flumine
Veterum 43 *piatas lavit errorum* 44 *notas:*
Sed tincta poſtquam membra 45 *defæcaverat,*
Cælo refulgens influebat Spiritus.
Hoc ex lavacro labe dempta criminum.
Ibant renati 46 *non ſecus, quàm ſi rudis*
47 *Auri recocta vena* 48 *pulchrum ſplendeat:*

dus expreſſit. Fuit cum *parium victum* huc revocarem, quod & Giſelino in mentem veniſſe poſtea comperi. Sic *parcus & parabilis victus* apud Curtium. Sed *varus victus* pro infrequenti. 41. I. locuſta eſt genus avis, digitalis longitudinis, arci volatu, ſed deciduo cito. 42. I. non revera mel comedebat, ſed confricata folia cujusdam ligni; quæ gratum ſaporem habebant ſicut mel. 43. I. immundas. H. *veterum piatas*) ſic noſtri, quod perperam mutavit Weitzius Æ. *veterum piatas*) mendum eſt. & neſcio, an debeat legi *vietus*, ut ſupra, *in pectore vieto*: vel pietas interjective poſitum eſt, ut apud Virg. 6. Æneid. *heu pietas, heu priſca fides.* Quod vero dicit, *lavit*, quomodo debeat intelligi vide: nam baptiſma Joannis non abluebat peccata, & quod *deſcendebat Spiritus ſanctus*, de ſolo Chriſto legitur, cum fuit baptizatus à Joanne, quod deſcendit Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ, vel potius velut columba. 44. I. maculas. 45. I. expiavit, mundavit, purificaverat. 46. I. non aliter. 47. Æ. balnea igni purgata: nam ita per recoctionem aurum purgatum fit obryzum. 48. I. nomen pro Adverbio.

Adver-

Micat metalli ſive 49 lux argentei,
50 Sudùm polito prænitens purgamine.
51 Referre 52 priſci 53 ſtemma nunc jejunij
54 Libet, fideli 55 proditum 56 volumine,
57 Ut 58 diruendæ civitatis incolis
Fulmen benignè manſuefactum Patris
Piè 59 repreſſis ignibus 60 pepercerit.
Gens 61 inſolenti 62 præpotens jactantia
Pollebat olim: quam 63 ſluentem nequiter
64 Corrupta 65 vulgò 66 ſolverat laſcivia:
Et inde bruto 67 contumax 68 faſtidio,
Cultum ſuperni negligebat Numinis.

Adverbium. 49. Æ ſplendor argenti, quia nec vena eſt aurum, nec argentum metallum, ſed eruuntur ex vena ſive metallo. 50. I. adverb. ſerene, ſerenum. Æ. clarum & ſerenum; & poſitum Nomen pro Adverbio, ſudum pro ſudè: ſicut pulcrum pro pulcre, ſic Virg. *torvumque repente clamat*. Et, *ſedet æternumque ſedebit*: pro torvè & æternè. 51. I. dicere. Æ. proſequitur de jejunio Ninivitarum. 52. I. antiqui. 53. I. coronam, corona regalis. Æ. nobilitatem & laudem ductam ab antiquitate. 54. I. figurant de Ninivitis. 55. I. manifeſtum. Æ. literis mandatum. 56. Æ. in Jona propheta, qui eſt ex ſacro canone. 57. I. quomodo. Æ. ordo eſt: *Ut* i. quomodo *fulmen benigni patris*, i. ira ex bonitate Dei placata. 58. I. deſtruente. 59 Æ. aut quod igne vaſtaturus erat urbem, aut quia hoc non legitur in prædicto libro, ſed quod erat everſurus, exponendũ potius,

69 Offenſa 70 tandem jugis indulgentiæ
1 Cenſura, 2 juſtis excitatur motibus.
Dextram perarmat 3 romphaeali incendio,
Nimbos 4 crepantes & fragroſos turbines
Vibrans tonantum nube 5 flammarum quatit.
6 Sed pœnitendi dum datur 7 diecula,
Si forte vellent improbam libidinem,

ut ſupra, *ignibus* pro furore & ira. 69. Æ. habitatoribus Ninive. 61. I. improba ſuperbia. 62. Æ. Lucanus: *Et felix ſit fama minus*. 63. Æ. lapſam in libidinem. 64. Æ. ipſi corrupti per laſciviam. 65. Æ. communiter & paſſim, ſine differentia perſonarum. I. ubique per populos. 66. Æ. diſſolutum fecerat. 67. Æ. rebellis. I. ſuperba. 68. I. ſtulto. Æ. ſuperbia beſtiali. 69. I. irata. Æ. illorum vitiis. 70. Æ. poſt multa illorum civium crimina. 1. I. Dei judicium. Æ. Deus cenſor indulgentiſſimus jugiter. Nam *indulgentia* propriè eſt patrum in filios mollis, & delicata educatio, ut dicit Quintilianus. 2. Æ. juſta ira ad puniendum illos. 3. I. gladiali, vindicta. Æ. exponendum ut ſupra, i. enſe illo, de quo Geneſ. Cap. 3. *collocavit ante paradiſum voluptatis, Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem*. Eſt enim *romfea* græce, latinè gladius ſive framea. 4. Æ. ſonoros & fragore venientes. 5. Æ. fulminum, quæ cum erumpunt, tonant nubibus ruptis. 6. Æ. ordo eſt: *ſed terror exorabilis* i. Deus nimis territans, qui tamen poteſt exorari, h. e. ab illo venia impetrari. 7. Æ. in qua pœnitentiam agerent. I. tempuſculum.

8. I. va-

Veteresque 8 *nugas condemnare ac frangere,*
9 *Suſpendit ictum terror exorabilis,*
Paullumque dicta 10 *ſubſtitit ſententia.*
Jonam Prophetam mitis 11 *ultor excitat,*
Pœnæ imminentis iret ut prænuntius:
Sed noſter ille 12 *qui minacem judicem*
Servare malle, quàm ferire 13 *plectere,*
Tectam latenter vertit in 14 *Tharſos fugam.*
Celſam paratis 15 *pontibus ſcandit ratem:*
Udo revincta fune puppis ſolvitur:
Itur 16 *per altum; fit procelloſum mare,*
Tum cauſſa tanti quæritur periculi:
Sors in fugacem miſſa 17 *vatem decidit:*
Juſſus perire ſolus è cunctis reus,
Cujus voluta crimen 18 *urna expreſſerat.*

8. I. vanitates. 9. I. elevavit. Æ. continuit manum neque miſit fulmen paratum. 10. Æ. jam læta ceſſavit. 11. Æ. ſicut ſupra, fulmen manſuetum. 12. H *ſed noſter ille cum minacem judicem*) *qui minacem* Puteanus cum Thuaneo & Nomſio. *Dum minacem* Rottendorphius. Sed *qui* verum eſt, quod etiam in Torrentiano uno ac margine Oxonii comparebat. 13. I. punire. 14 cum debuiſſet navigare Nineven fugit in Tharſos. Æ. videtur ſignificare, quam ſcriptura vocat Tharſis, eſſe Tharſum civitatem Ciliciæ. Septuaginta tamen, quibus aſſentitur Hieronymus Carthaginem interpretantur. 15. Æ. quos vulgus appellat ſcalas, & omnia quæ ſequuntur, patent ex lectione ipſius Prophetæ. 16. I. profunditatem. 17. I. prophetam. 18. Æ. vas, in quo

Præceps rotatur, & profundo immergitur:
Exceptus inde 19 *beluinis faucibus,*
Alui 20 *capacis vivus* 21 *hauritur* 22 *ſpecu.*
23 *Tranſmiſſa* 24 *raptim* 25 *præda* 26 *caſſos dentium*
27 *Eludit ictus, incruentam tranſvolans*
Impunè 28 *linguam: ne* 29 *retentam* 30 *mordicùs*
31 *Offam molares diſſecarent* 32 *uvidi;*
Os omne 33 *tranſit, & palatum præterit.*
34 *Ternis dierum ac noctium proceſſibus*
Manſit ferino devoratus gutture:
Errabat illic 35 *per latebras viſcerum:*
Ventris 36 *Mæandros circumibat* 37 *tortiles*

jaciuntur ſortes, Virg. 6 *ſtat ductis ſortibus urnæ*. 19. I. balenæ. 20. I. vaſti. 21. I. ſumitur, voratur. 22. I. ſ. in. 23. Æ. transglutita ſubito. 24. I. velociter. 25. Æ. Jonas, qui ita vocatus eſt, ac ſi eſſet balenæ cibus. 26. I. vacuos. 27. I. decipit, fallit. Æ. quia non fuit dentibus læſa. 28. Æ. à quâ etiam non eſt læſa; quod fecit Deus. 29. Æ. ſi inter dentes & linguam fuiſſet retenta. 30. I. mordaciter. Æ. morſu, ſive mordendo. 31. Æ. carnem. 32. Æ. vividi, acuti. H. *molares diſſecarent vividi*) præſtant *molares uvidi* cum duobus vetuſtiſſimis. Præterea *diſſeparent* in Puteaneo. h. e. *diſſiparent*. 33. Æ. & præterit, nulla in oris inanitate facta mora. 34. Æ. pro tribus ſpatiis, more poëtico, poſito diſtributivo, pro numerali; ut Virg. 1. Æneid. *bina manu lato criſpans haſtilia ferro*. 35. Æ. per tubos, h. e. laryngam & ventrem. 36. I. receſſus, ſecreta. 37. Æ. penetralia

lia curva. H. *ventris receſſus circuibat tortiles*) *ventris Mæandros tortiles* optime Puteaneus cum Oxonio, Nomſiano, Rottendorphio & uno Torrenti. Mæandros ventris pro tortili & ſinuoſo ventris receſſu dixit, correpta prima ſyllaba, ob ſequentem literam vocalem, ut in *praire præambulare* & ſimilibus. Qua ratione ductus etiam Naſo in Triſtibus primam corripuit in Mæótis. Noſter ſuperiori hymno,

> *ô tortuoſe ſerpens*
> *qui mille per Mæandros*
> *fraudeſque flexuoſas*
> *agitas quieta corda.*

Mæandros enim omnia flexuoſa appellabant. Sic *purpura Mæandro duplici*, apud Maronem. Apud Feſtum *Mæandrum genus picturæ dictum eſt à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.* Paria ferè Nonius. apud quem Varro Mæandrata pro flexuoſis *mihi facies Mæandrata & ſinuata, atque etiam adeo pinges orbem terræ.* Ita enim caſtigandum videtur pro *& vinculata atque etiam adeo inges.* Apud Ciceronem pro Piſone, *quos tu Mæandros, quæ diverticula flexioneſque quæſiſti?* pari ferè modo & Græci apud Heſychium Μαίανδρος ποταμὸς Μιλήτου, ἄλλοι κοσμίας ἢ κόσμος τις ὀροφικὸς, καὶ εἶδος ἐγχαλινωτικοῦ ἱπποδαμάσταις apud Joſephum in antiquitatibus Judaicis, Μαίανδρος ἐν κροτάφοις πηχυαῖος, τὸ ὕψος ἐξείκαστο κατὰ σύνθεσιν λίθων ποικίλων τὴν ἰδέαν. Nec diſſimili modo

38 Anhelus extis intus æſtuantibus.
Intactus 39 exin 40 tertiæ noctis vice
Monſtri vomentis pellitur ſingultibus,
41 Qua 42 murmurantes fine fluctus frangitur,
43 Salſosque candens ſpuma tundit pumices,
Ructatus exit, ſeque ſervatum ſtupet.
In Ninevitas ſe coactus 44 percito
Greſſu reflectit: quos ut increpaverit,
Pudenda 45 cenſor 46 imputans opprobria,
47 Impendet, inquit, ira ſummi Vindicis,
Urbemque flamma mox cremabit, 48 credite.
49 Apicem deinceps ardui montis petit,
Viſurus inde conglobatum turbida

modò *labyrinthum* pro re perplexa poſuit noſter in Apotheoſi. 38. Æ. quia cùm balenæ inteſtina æſtuarent, neceſſe erat, Prophetam anhelare. 39. I. mox Æ. deinde. 40. Æ. cum adveniſſet nox tertia, poſtquam fuit devoratus. *Vice* autem noctis dixit, quia nox & dies invicem ſibi ſuccedunt, unde illud: *viciſſitudines noctium faciunt dies alacriores.* 41. Æ. deſcriptio eſt littoris. Qua i. eâ parte maris, quâ fluctus frangitur. 42. Æ. in termino maris, ubi fit murmur ex colliſione undarum ad ſaxa. Nam in mari ſummo non fit talis fragor. 43. Æ ſaxa cavernoſa ex ſalſedine aquæ illiſæ. Virg. *dulcis* [illegible] *in pumice nidi.* 44. I. & Æ. veloci. 45. I. judex. Æ. ſc. Jonas, quaſi cenſor, i. magiſter morum. 46. I. numerans. Æ. cum reprehenſione memorans. 47. Æ. inſtat & imminet ſuper vos. 48. I. mihi. 49. I. verticem.

50. Æ.

Fumum 50 *ruinæ, cladis & diræ* 51 *ſtruem,*
52 *Tectus* 53 *flagellis multinodi* 54 *germinis,*
Nato & repentè perfruens umbraculo.
Sed mœſta poſtquam civitas vulnus novi
55 *Hauſit doloris, heu ſupremum* 56 *palpitat.*
Curſant per ampla congregatim mœnia
Plebs & Senatus, omnis ætas civium,
Pallens juventus, ejulantes feminæ.
Placet 57 *frementem* 58 *publicis jejuniis*

50. Æ. urbis everſæ. 51. Æ. pro ſtragem, congeriem, cumulum. 52. Æ. adumbratus. 53. *I.* ſurculis. Æ. *flagella* ſunt ſummæ arborum partes, dicta ab eo, quod vento flagellantur, ut ait Servius in illud Virg. 2. Georg. *Neve flagella ſumma pete aut ſumma detringe ex arbore plantas.* 54. I. cucurbitæ. Æ. plantæ illius effuſæ in multos ramos: ſed quæ fuerit illa planta dubium eſt. Hieronymus hederam interpretatur, alii cucurbitam fuiſſe dicunt. Hebræi, neutrum eſſe dicunt, ſed ſuffruticem Palæſtinæ familiarem, quod Kikajon apud illos dicatur. H. *tectus flagellis multinodi germinis) multinodis* in Puteano. Sic *clava trinodis*, non *trinoda* Poëtis & *enode lignum*, *trunci enodes* apud Maronem. Mox *ſordidus cinis* cum Puteaneo, Thuano & aliis duobus, ut & *pullati patres*, quod in *bullatos* perperam mutarat Weitzius. 55. *I.* audivit. 56. Æ. tremit ad morientium ſimilitudinem, quorum membra non moventur, ſed palpitant; & poſuit *ſupremum* Nomen pro Adverbio. 57. I. iraſcentem. 58. I. manifeſtis.

Placare 59 *Chriſtum* : 60 *mos edendi ſpernitur.*
61 *Glaucos amictus induit monilibus*
Matrona demtis; proque gemma, & ſerico
Crinem fluentem ſordidus ſpargit cinis.
Squalent 62 *recincta veſte* 63 *pullati patres,*
64 *Setaſque plangens turba ſumit textiles,*
Impexa villis virgo beſtialibus,
65 *Nigrante vultum contegit velamine:*
Jacens harenis & puer provolvitur.
66 *Rex ipſe,* 67 *Coos* 68 *æſtuantem* 69 *murices*

59. Æ. DEUM, ut ſupra diximus, per Prolepſin. 60. Æ. conſvetus cibus 61. I. nigros, canos. Æ. virides, quod in luctu etiam hodie in Italia faciunt, ut lugentes utantur veſtibus ejus coloris tendentis in nigrorem, & quæ fere imitentur cupreſſos Virg. 3. Æneid. *ſtant manibus aræ cæruleis mæſtæ vittis, atraque cupreſſo.* 62. Æ. quod etiam in ſummo luctu ſcribit Virgilius in 4. Æneid. feciſſe Didonem *vinclis*, inquit, *in veſte recincta teſtatur moritura Deos.* 63. Æ. veſtibus nigris induti Juvenal. *horrida mater pullati proceres.* I. induti, ornati, gemmati, ad oram, in quo tamen & pullati, i. nigri qui in luctu veſtibus nigris utuntur. *Pulla* veſtis dicitur nigra, inde pullati patres i. nigri. 64. I. Ciliciis induebantur. Æ. Cilicium, quod texitur ex villis caprarum. Virg. 3. Georg. *Setas intonſaque menta Cyniphii tondent hirci.* 65. Æ. ſicut in nuptiis utebantur flammeolo 66. Æ. Ninivitarum. 67. I. Græcos. Coenſis ab inſula ubi naſcitur. Æ. à Co inſula prope Rhodum unde veſtes Coæ dictæ. Ovid.

Hinc

70 Lanam revulſa 71 disſipabat 72 fibula.
73 Gemmas virentes & 74 lapillos futiles,
Inſigne 75 frontis exuebat vinculum,

Hinc & avaritiæ cauſas & Coa puellis
Veſtis, & e rubro lucida concha mari.

Et Propertius: *Et tenues Coa veſte movere ſinus.* 68. I. oſtendentem. 69. I. purpuram, purpura regalis. Æ. purpureas, quæ imitantur flagrantem ignem Virg. 4. Æneid. *Tyrioque ardebat murice lana.* H. *Rex ipſe Coos æſtuantem murices*) hanc lectionem quam codices noſtri conſtanter tuentur, ad Claudianum diu eſt, quod aſſeruimus in Rufinum Libro primo v. 352. hymno Laurentii in optimis membranis *ſitimque honoris æſtuans. Æſtuare curſum* Claudiano, *æſtuare æſtum* Lucretio non ſemel. *Piſæumque domus non æſtuat annum* in Sylvis Statii. Pſychomachia:

Nec patitur vitare focos, quibus æſtuat aurum,
Quod petit arſurus pariter peculator avarus.

Cyprianus Sodoma:

Sulphura cum flammis flagrantibus æſtuat æther.

Torrentius, cum in ſuis exemplaribus inveniſſet *Coo æſtuantem murice, & Coos muricis,* caſtigandum opinatus eſt. *Coo exæſtuantem murice.* Plura Lib. II. in Symmachum. v. 9. 70. I. pallium Imperatorum, genus veſtis. pallium, Æ. veſtem pretioſam. 71. ſcindebat. 72. Æ. zona qua veſtes cinguntur. 73. Æ. ſmaragdos. 74. Æ. uniones & margaritas dicit, quæ ideo terebrantur, ut veſtibus aut tiaris inſuantur. 75. Æ. coronam ex gem-

F 5 mis

Turpi capillos 76 impeditus pulvere.
Nullus bibendi, nemo veſcendi memor:
77 Jejuna menſas pubes omnis liquerat:

mis & margaritis conſtructam. Virg. 1. Æneid. *Et duplicem gemmis auroque coronam.* 76. I. fœdatus maculatus. 77 H. *jejuna menſas pubes omnis deſerit*) probe omnino *pubis* in Puteaneo & Torrentianis duobus. Syllaba enim brevis hac ſede requiritur. Et ſane Cæſarem declinaſſe *pubis puberis* Priſcianus Lib. VI. monet. Paſſione Hippolyti pari modo liber optimus ac veterrimus,

Mane ſalutatum concurritur: omnis adorat
Pubis: eunt redeunt ſolis ad uſque obitum.

Sic *torques* & *torquis*, *ſedes* & *ſedis*, *vulpes* & *vulpis*, *valles* & *vallis*. Apud noſtrum *Johannis* pro *Johannes* ultima correpta frequenter. Et Lib. II contra Symmachum *ſpurca ſuis* in optimis membranis pro *ſordida ſus*, quod vulgatos codices inſedit. Dixere enim veteres *ſuis ſueris*, ut *pubis puberis*. Pſychomachiæ v. 479.

Nec parcit propriis amor inſatiatus habendi
Pigneribus, ſpoliatque ſuos famis impia natos:

Sic vetuſtiſſimus liber. Ut & mox v. 508.

— — ſtupuit luis improba taſtis
Heroum jugulis longe ſua tela repelli.

Et certe tam in Puteano quam in Egmondano ejuſcemodi vocabula in *is* frequenter efferebantur, etiam illic locorum, in quibus lex metri id haudquaquam poſtulabat. Sic hymno B. Vincentii v. 397. duo vetuſtiſſimi codices, *Sed nul-*

la

Quin & negato lacte vagientium
Fletu madeſcunt parvulorum 1 *cunulæ;*
Succum papillæ 2 *parca nutrix derogat.*
Greges & ipſos claudit 3 *armentalium*
Solers virorum cura, ne vagum pecus
Contingat ore 4 *rorulenta gramina,*
5 *Potum* 6 *ſtrepentis neve fontis hauriant,*
7 *Vacuis querela perſonant præſepibus.*
Mollitus his & talibus 8 *brevem Deus*

ira famis, Hymno Romani v. 701. *Quæ cantio illud perpeti ſpectaculum* & v. 840. *tum ille ſervus prolis ancillæ tuæ.* Sic duo vetuſtiſſimi codices. 1. *I.* cunabula. 2. *Æ.* denegans ſuccum infantibus. H. *ſuccum papilla parca nutrix denegat*) *derogat*, præſtiterit cum Puteaneo ac Ambroſianis ſchedis, Oxonio, Torrentiano uno. Alterum ex interpretatione irrepſit. In Nomſiano *abnegat.* Apud Naſonem Triſt. II. v. 278. in nonnullis codicibus,

Et nimium ſcriptis derogat ille meis.

3. H. *armentarium* in Oxonio additâ interpretatione *armenta cuſtodientium* pro *armentariorum*, hinc Virg. *armentarius Afer* habet. Sed & *armentalis equa* apud eundem occurrit. Mox *hauriant* cum Thuano & Oxonio malim quam *hauriat.* 4. *I.* humida Æ. gramina. Virg. *cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.* 5. Æ. idem. nulla neque amnem libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. 6. I. ebullientis. 7. Æ. irantibus & ſine pabulo. 8 Æ. quia *ira furor brevis eſt*; ut dicit Horat. in 1. Epiſt. Et Pſalmo-

gra-

Iram refrenat, temperans 9 oraculum.
10 Proſper 11 ſiniſtrum: prona nam clementia
Haud difficulter ſupplicem mortalium
Solvit 12 reatum, fitque 13 fautrix flentium.
14 Sed cur vetuſtæ gentis exemplum loquor?
15 Pridem caducis cum 16 gravatus artubus
Jeſus, 17 dicato corde jejunaverit:
Prænuncupatus 18 ore qui Prophetico
Emanuel eſt, ſive nobiſcum DEUS.
19 Qui corpus iſtud 20 molle naturaliter,
Captumque 21 laxo ſub voluptatum juga,

graphus: nunquid iraſcetur per ſingulos dies. 9. I. reſponſum, minam. Æ. quod per prophetam juſſit prædicari. 10. Æ. proſperitatem afferens. I. *propere*, i. ſtatim. Goldaſtus *proſper*, i. propitius. 11. I. minacem. H. *proſper ſiniſtrum*) ſic vetuſtiores in duobus *proſpere*. in uno Torrentii *proper* pro *propere* quod alii in ſuis invenerunt exemplaribus. Mox *Emancipator* in Thuaneo. 12 Æ. cujus erant rei. 13. I. adjutrix. Æ. favet. 14. Æ. quaſi dicat, cum habeamus exempla recentiora, omittamus antiqua. 15. Æ. non multo tempore ante annos circiter trecentos. 16. Æ. qui & itinere defatigabatur & ſitiebat ad puteum, & eſuriebat in deſerto. 17. Æ. ad hoc jejunium ſacrum dedito. 18. Æ. Eſaiæ, qui dixit cap. VII. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emanuel. 19. ſc. Emanuel, i. ſumta carne factus homini familiaris. 20. Æ. ad mollitiem & voluptatem proclive. *I.* quod naturaliter infirmum eſt & fragile. 21. Æ. non *arcto*, quale eſt virtutum ſed

Virtutis 22 *arta lege* 23 *fecit liberum,*
24 *Emancipator ſervientis* 25 *plaſmatis,*
Regnantis 26 *antè victor & 27 cupidinis.*
28 *Inhoſpitali namque ſecretus loco*
29 *Quinis diebus octies labentibus,*
Nullam ciborum 30 *vindicavit* 31 *gratiam,*
32 *Firmans ſalubri ſcilicet jejunio*
33 *Vas adpetendis imbecillum* 34 *gaudijs.*
Miratus hoſtis poſſe 35 *limum tabidum*
Tantum laboris ſuſtinere ac perpeti,
36 *Explorat arte ſciſcitator callida,*
37 *Deusne membris ſit receptus terreis?*

ſed laxo, quia lata eſt via quæ ducit ad perditionem. 22. Æ. prædicans virtutis viam, quæ arcta eſt & difficilis 23. Æ. à ſervitute liberavit peccati. 24. I. liberator, domitor. Æ. aſſertor & vindex plaſmatis ſervientis, i. hominis ſub jugo peccati exiſtentis. 25. *I.* corporis. 26. Æ. ſc. quam noſtram carnem ſumeret. 27. *I.* quia cupidinem, quæ antea regnabat in hominibus ipſe devicit penitus. 28. Æ. in deſerto. 29. Æ. quadraginta. 30. Æ. ſib aſſumſit. *I.* uſurpavit. 31. Æ. ſuavitatem. 32. Æ. confirmans & firmum faciens. 33. Æ. corpus quod eſt quaſi animi vas. Unde Apoſtolus: *ſcientes unusquiſque ſuum vas poſſidere. Imbecillum*) fragile alioquin & pronum ad voluptates *quæ* ut ait Ariſt. *nobis cognatæ ſunt*. 34. I. cœleſtibus, non ſecularibus. 35. *I.* tabeſcentem, pigrum Æ. hominem ex luto factum atque ex conſequenti mortalem. 36. Æ. inquirit & tentat poſt tergum, cum dixit illi Chriſtus: vade retro, Satana. 37. I. utrum

Sed increpans fraude poſt tergum ruit.
Hoc nos ſequamur 38 quiſque nunc pro viribus,
Quod conſecutus tu magiſter dogmatis
Tuis dediſti, Chriſte, 39 ſectatoribus:
40 *Ut cum vorandi vicerint libidinem,*
Latè triumphet imperator ſpiritus.
1 *Hoc eſt, quod atri 2 livor hoſtis invidet,*
Mundi polique quod Gubernator 3 probat;
4 *Almam aram quod facit placabilem;*
Quod dormientis excitat cordis 5 fidem;
Quod 6 limat ægrum pectorum rubiginem.
7 *Perfuſa non ſic 8 amne flamma extinguitur,*

utrum. 38. Æ. Virg. *quiuque viri*. 39. I. diſcipulis. 40. H. U*t cum vorandi vicerit libidinem*) *vicerint* ſchedæ vetuſtiſſimæ Ambroſianæ, quod magis placet. 1. I. ut ipſe triumphet ſuper carnem, jejunium. 2. *I.* invidia. Æ. diabolus lividus & invidus, invidet nobis, cum videt nos jejunantes. 3. *Æ.* approbat & laudat. 4. I. aram fidei, planitiem. Æ. Deum propter quem placandum facimus ſacrificium. 5. *I.* oblationem. 6. purgat, mundat. Æ. abſtergit peccati ſordes. H. *Pectoris* Ambroſianum fragmentum. Thuaneus *peccati rubiginem*. In Oxonio, Nomſio & Rottendorphio, *corporis libidinem*. Sed Oxonio addita ſcripturæ diſcrepantia, *vel pectorum rubiginem*. 7. Æ. illud quod de eleemoſyna ſcribitur *ſicut aqua extingvit ignem ita eleemoſyna extinguit peccatum*: de jejunio poſſe verius dici, putat Autor: nihilominus tamen illam jejunio adjungit. 8. I. cum aqua.

Nec ſic 9 calente Sole tabeſcunt nives:
Ut turbidarum 10 ſcabra culparum ſeges
11 Vaneſcit almo trita ſub jejunio,
Si blanda ſemper miſceatur 12 largitas.
Eſt quippe & illud grande virtutis genus;
Operire nudos, indigentes paſcere,
Opem benignam ferre ſupplicantibus:
Unam paremque ſortis humanæ vicem
Inter potentes atque egenos 13 ducere:
14 Satis beatus quiſque dextram porrigit
15 Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
16 Cujus ſiniſtra dulce factum neſciat:
Illum perennes protinus complent opes,
Ditatque fructus 17 fœnerantem centiplex.

9. I. ardente. 10. I. aſpera. Æ. ſpinoſa & aſpera; quæ non ſinit bonum ſemen creſcere. 11. Æ. intermoritur. 12. Æ. mite opus miſericordiæ, cujus opera adjungit jejunio. 13. I. æſtimare. Æ. putare, omnes homines naturâ eſſe æquales, atque ut ait Juvenal. *paribus conſtare elementis.* Non ut fœmina illa arrogans & immitis apud eundem clamat: ô demens ita ſervus homo. 14. H. ita codices noſtri, apage illud *quiſquis* Giſelinianum, quod paſſim inculcavit, ut Apotheoſ. v. 18. Hamartig. v. 875. & aliis compluribus locis. 15. Æ. avaram gloriæ. 16. Æ. ad illud ex Matth. cap. 6. *neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera.* 17. I. fœnus acquirentem. Æ. qui dat ſimplum ut accipiat centuplum ex Matth. cap. 19. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, centuplum accipiet.

IIX. HYMNUS POST JEJUNIUM.

ARGUMENTUM.

CAnitur poſt ſolutum jejunium, h. e. poſt cœnam jejunantium. Canitur hic hymnus hora nona, quando jejunium ſolvitur h. e. tempore cœnæ, in quo primo dicit, quanta indulgentia Deus Chriſtianos tractet, quibus ſub lege aſtrictis tamen habenas laxas dat permittendo illis, ut largiori cibo jejunia ſolvant, & faciem lavent: quanto præterea nos amore proſequatur, ex eo demonſtrat, quod relictis nonaginta novem ovibus hominem perditum quæſivit, Deoque reſtituit: pro quibus beneficiis gratias, à nobis agendas eſſe dicit.

CHriſte, ſervorum 1 *regimen tuorum,*
Mollibus qui nos moderans habenis
Leniter 2 *frenas,* 3 *facilique ſeptos*
Lege coërces:

1. Æ. pro rector. 2. Æ. ex eo, quod Evangeliſta ſcribit Matth. 11. jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. 3. Æ. non qualis fuit vetus, quæ jubebat ex talione pœnas luere, h. e. oculum pro oculo, manum pro manu.

4. Æ.

4 Ipſe cùm portans onus 5 impeditum
Corporis, duros 6 tuleris labores,
Major exemplis, famulos 7 remiſſo
Dogmate 8 palpas:

9 Nona 10 ſummiſſum 11 rotat hora Solem,
Partibus 12 vixdum 13 tribus evolutis,
Quarta devexo ſupereſt in axe
Portio lucis.

Nos brevis 14 voti 15 dape vindicata
16 Solvimus 17 feſtum, fruimurque menſis

4. Æ. ordo eſt: cum tu ipſe major exemplis, vel major, i. magiſter, vel potius major, quia omnia, quæ nobis præcepit facere, ipſe majorem in modum fecit, & ſubiit omnes labores humanos, ut nobis eſſet exemplo. 5. *I.* valde gravatum. Æ. & quod animo potius eſt impedimento, quam auxilio. 6. I. paternis. 7. I. levi, laxo. Æ. non rigido, ſed molli. 8. Æ. blandiris, illos molliter tractans Juvenal. *quem munere palpat charus.* I. leviter tangis, leniter tractes, foves, blandiris. 9. Æ. quâ antiquiores ſoliti erant ſolvere jejunium. 10. I. inclinatum. 11. *I.* ſc. jam. 12. *I.* adhuc. 13. I. horis, ex duodecim horis. 14. Æ. quod vovimus in obſequium. 15. Æ. acceptâ. 16. I. fregimus. 17. I. jejunium, laudem. Æ. jejunium, ut in ſuperiori hymno:

Feſtumque noſtrum rex ſerenus aſpice.

18. *I.* abundanter.

18 *Affatim plenis, quibus* 19 *imbuatur*
20 *Prona voluptas.*
Tantus æterni 21 *favor eſt Magiſtri*
Doctor 22 *indulgens ita nos amico*
23 *Lactat hortatu, levis* 24 *obſequela ut*
Mulceat artus.
25 *Addit &, ne quis velit* 26 *invenuſte*
27 *Sordidus cultu* 28 *lacerare frontem:*
Sed decus vultus, capitisque pexum
29 *Comat honorem,*

19. *I.* ſatietur, refoveatur. Æ. impleatur fames, quam evacuando ſequitur voluptas, cum ipſa dolorem potius afferat 20 Æ. ad quam ſumus naturâ proni, ex Ariſtot. ut diximus ſupra. 21. *I.* clementia. Æ. ita favet nobis, quod non prohibet nos veſci cibo ſufficienti. 22. Æ. molliter & delicate nos educans quod ſignificat *indulgere*, ut ſupra diximus. 23. Æ. nutrit, quaſi infantes lacte. I. blanditur. 24. Æ. nos illi obſequentes, mulceamus, i. reficiamus membra jejunio debilitata. 25. Æ. ſubaudi, ad ſuperiora. 26. *I.* indecenti. Æ. *invenuſte*) turpiter: quia *venuſtum* eſt pulchrum. 27. H. *ſordibus cultu*) *ſordidus* cum noſtris potioribus. 28. *I.* ſordidare. Æ. *ne quis velit macerare frontem*) ex eo quod ſcribitur Matth. 6. *cum jejunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes; exterminant enim facies ſuas, ut videantur hominibus jejunantes.* Eſt autem *exterminare*, extra terminos ponere; quod faciunt qui ſe ultra modum macerant. 29. *I.* ornat. Æ. ornet faciem & exhilaret illam: ex eo, quod dixit: *Tu autem,*

cum

Terge jejunans, ait, omne corpus:
Neve ſubducto faciem rubore
30 Luteus 31 tinguat color, aut notetur
Pallor in ore.
Rectiùs læto tegimus 32 pudore,
Quidquid ad cultum Patris exhibemus:
33 Cernit occultum Deus, & 34 latentem
Munere donat.
Ille 35 ovem 36 morbo 37 reſidem, 38 gregique

cum jejunas ungue caput tuum oleo, & faciem tuam lava. Vel ornet caput & pectat illud, unde caput maneat pulcrum, nam *honor* hic pro pulcritudine ponitur, ut apud Virg. 1. Æneid. *& lætis oculis afflarat honores.* 30. l. croceus, rubicundus. Æ. pallidus. 31. *l.* coloret. Æ. puta ſuffitu cymini. Unde Hor. *quod ſi pallerem caſu biberem exangue cyminum*, i. quod ſanguinem extinguit, ex quo rubor conſtat. 32. Æ. rubore; quoniam quos pudet, rubent; unde *pudor* pro rubore; & è contrario *rubor* pro pudore. Nam, ut dixit Dio, *ille eſt color virtutis.* I. caſtitate. 33. Æ. ex eo, quod ibidem ſcribitur: *pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* 34. H. argute & ingenioſe, ut ſolet, Gronovius conjectat, *patenti munere*, certe in Nomſiano reperi *latente.* Mox *gregique perdidam ſano* Puteanus & Thuanus bene cum Rottendorphio. 35. Æ. quantus ſit amor Dei erga nos, oſtendit; quod relictis nonaginta novem ovibus, i. novem ordinibus angelorum ad hominem deperditum profectus eſt. Quæſitum ex eo, quod ſcribitur Matth. 16. *Si fuerint*

Perditam ſano, malè diſſipantem
39 Vellus affixis vepribus per hirta
Devia ſilva.
Impiger Paſtor *revocat, lupiſque*
Geſtat 40 excluſis, 41 humeros gravatus;
Inde 42 purgatam 43 revehens 44 aprico
reddit ovili.
Reddit & pratis, 45 viridique campo;
46 Vibrat 47 impexis ubi 48 nulla lappis

alicui centum oves, & erraverit una ex eis, nonne relinquit nonaginta novem? 36. I. in morbo. 37. l. pigram. Æ. tardam & pigram, qualem Virg. Lib. III. Georg. deſcirbit:

Quam procul aut molli ſuccedere ſæpius umbræ
Videris, aut ſummas carpentem ignavius herbas,
Extremamque ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem & ſeræ ſolam decedere nocti:
Continuo culpam ferro compeſce.

38. Æ. à grege aberrantem. 39. I. dicitur vellendo; quia antiqui non tondebant oves, ſed vellera ab eis evellebant. H. *adfixum* Rottendorphii liber. quod & Cauchio arridebat. 40. I. expulſis. Æ. fugatis. 41. Æ. ovem humeros gravantem. 42. Æ. ſentibus. 43. I. reportans. 44. Æ. eccleſiæ aut beatorum numero. I. æſtivo, calido, ſereno, q. africo, i. locus, qui ſine frigore. 45. Æ. paradiſo. 46. criſpatur, l. creſcit. 47. l. horrentibus. Æ. involutis illis herbis, de quibus Virg. Georg. I. *ſubit aſpera ſilva, lappæque tribulique.* H. *impexis lappis*) ſic vetuſtiores noſtri, non *implexis.* 48. Æ. quæ ſc. ovium vellera, imo & cutem lædat. 49. Æ. ſpinis erectis in modum ſudium.

Spina, nec germen 49 ſudibus perarmat
50 Carduus horrens:
Sed 51 frequens palmis nemus, & reflexa
52 Vernat 53 herbarum coma: 54 tum perennis
Gurgitem 55 vivis vitreum fluentis
Laurus 56 obumbrat.
Hiſce pro donis tibi, fide Paſtor,
Servitus quænam poterit rependi?
Nulla 1 compenſant pretium ſalutis
Vota precantum.
2 Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
Sponte 3 confectos tenuemus artus,
Teque contemtis epulis rogemus
Nocte dieque:
Vincitur ſemper minor obſequentum
4 Cura, nec munus genitoris æquat:
5 Frangit & 6 cratem 7 luteam laboris

dium. Juvenal. *erectas in terga ſudes*, I. ſpinis. 50. Æ. hirtus ſpinis. Virg. *ſegniſque horreret in arvis carduus.* 51. I. denſa. 52. I. floret. 53. Æ. folium emittit flores. 54 I. etiam. 55 Æ. mobilibus & ex aqua natura ſcaturienti, ut Virg. *vivoque ſedilia ſaxo.* 56. Æ incumbit fluvio vitreo, i. pellucido & transparenti. 1. Æ exæquare poſſunt. I. rependunt. 2. Æ. ſenſus eſt: quod quantumcunque nos jejunio marceremus & oremus die noctuque, omnia beneficiis divinis ſint minora. 3. I. conſtrictos, afflictos 4. Æ. omne illud, quod curamus. 5. Æ. ſed (inquit) quanquam ita ſit, ſi nos ultra modum maceremus, diſſolvetur hoc figmentum. 6. Æ. quæ ex virgis contexitur; hic pro figulino opere ponitur. 7. I. limoſam.

8 Grandior 9 uſus.

Ergone 10 limum fragilem ſoluta
Deſerant vires, & 11 aquoſus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus 12 enervans?
13 Laxus ac liber modus abſtinendi

moſam, i. corpus, propter coſtas, corpus à coſtis. 8. Æ. quia nimium utendo teſtaceo vaſe aliquando frangitur; & ita corpus noſtrum, quod eſt ex luto compoſitum. 9. I. jejunii. 10. I. hominem. 11. Æ. quia ventre vacuo confluunt eo humores; quare cibus eſurientibus imperatur. 12. I. infirmans. H. *inervans* vetuſtiores noſtri conſtanter cum ſchedis Ambroſianis. Unde fuit, cum ſcribendum arbitrarer, *corpus inerrans*, ſed quod locis compluribus apud noſtrum ſic diſertim vetuſtiſſimæ membranæ exhibeant, idque etiam in codice Althelmi de Virginitatis laude admodum antiquo, qui in Bodleiana extat Oxoniæ bibliotheca, pari modo exaratum offenderim, quoties quidem prima in *enervare* corripitur ſyllaba, haud auſim controverſiam movere auctoritati veteris ſcripturæ. *Inervare* enim videntur dixiſſe pro pro *innervare*. Nam in *innitor*, *innecto*, ſimilibuſque vocabulis, in quîs *n* litera deberet geminari, ſemel tantum exprimebatur. cujus rei cum vetuſta exemplaria Maronis aliorumque fidem abunde faciunt, tum A. Gellius id ipſum adſtruit ac teſtatur. In optimo codice Apotheoſi v. 400, *inergima*, pro, energima. 13 Æ. ſolutus, & ut ad ſaturitatem edamus: ſed non ad ſatietatem.

14. Æ.

Ponitur cunctis, neque nos 14 *ſeverus*
Terror 15 *impellit: ſua quemque cogit*
16 *Velle poteſtas.*
17 *ſufficit, quidquid facias, vocato*
Numinis nutu prius, inchoare,
Sive 18 *tu menſam renuas, cibumque*
Sumere temptes.
19 *Adnuit* 20 *dexter Deus, &* 21 *ſecundo*
Proſperat vultu: 22 *velut hoc* 23 *ſalubre*
Fidimus nobis fore quod dicatas
Carpimus eſcas.
Sit 24 *bonum, ſupplex precor, & medelam*
Conferat membris, 25 *animumque paſcat*
26 *Sparſus in venas cibus obſecrantum*
Chriſticolarum.

14. Æ. Deus ſeverus & terrens. 15. Æ. cogit nos; ſubaudi, ultra modum à cibo continere. 16. Æ. ut quisque velit ſecundum ſuam poſſibilitatem. 17. Æ. juxta illud Apoſtoli: quicquid facitis, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite. 18. I. ſc. dum. H. *ſive tu menſam renuas cibumque ſumere temptes.*) Sic Ambroſ. Putean. Thuan. & Oxon. cum ceteris. Niſi quod *cibumve* in Oxonio & aliis recentioribus. injurii igitur ſunt illi, qui id ejecere, repoſito *menſam renoves.* Quod in uno Torrentii occurrebat, in alio *renovas.* Unde menſam *removes & temptas* ad Naſonem ego. etiam fruſtra 19. I. conſentit. 20. I. proſper 21. I proſpero. 22. I. ſicut. 23. Æ. ſc. quod carpimus eſcas. 24. I. cibus. 25. Æ. quia ex ſalubritate corporis ſequitur libera animi contemplatio, 26. I. ipſa eſca vel cibus.

IX. 1. HYMNUS OMNIS HORÆ.
ARGUMENTUM.

EST carmen accommodatum, quod ad omnes horas canatur. Commemorat duplicem Chriſti ortum, æternum à Patre, & temporalem â matre: deinde miracula complura, quæ fecit, & paſſionem deſcenſumque ad inferos: & ad cœlum aſcenſionem, unde venturus eſt judex vivorum & mortuorum: tandem hortatur omnem ſexum & ætatem ad illius laudes concelebrandas.

DA, 2 puer, 3 plectrum, 4 choreis ut canam fidelibus
Dulce carmen & 5 melodum, 6 geſta Chriſti inſignia:

1. H. *Hymnus omnis horæ*) Sic Put. & Ambroſ. in Thuaneo, *hymnus omni horæ*, in Oxonio. *hymnus omnibus horis*. In Rottendorphio, *hymnus ſemper canendus*. Codices nonnulli male verſum unumquemque dividunt in duos. 2. I. Chriſte. Æ. famulum ſuum alloquitur, more poëtico, jubetque ſibi afferi muſicum inſtrumentum, ut cantet voce & chordis Chriſti miracula. 3. Æ. inſtrumentum, quo tanguntur chordæ, ſed hic pro ipſo inſtrumento ex fidibus poſuit. I. pro lingva. 4. I. canticis Æ. non ethnicis, ſed chriſtianis. 5. I. modulabile. Æ. ſc. carmen; neque enim declinatur

Hunc 7 *Camœna noſtra ſolum* 8 *pangat, hunc laudet* 9 *lyra.*

Chriſtus eſt, quem 10 *Rex Sacerdos affuturum* 11 *protinus.*

12 *Inſulatus concinebat* 13 *voce,* 14 *chorda &* 15 *tympano.*

Spiritum 16 *cælo influentem per medullas hauriens.*

17 *Facta nos & jam probata pangimus miracula,*

Teſtis 18 *orbis eſt; nec ipſa* 19 *terra, quod vidit, negat,*

---

clinatur melos melodis, ut quidam putant. ſed melos melu: Ergo *carmen melodum* i. dulce à *meli*, quod eſt mel, & *ode* cantus. 6. Æ. appoſitive. 7. Æ. carmen per Metonymiam. 8. I. ſonet. 9. I. dicitur à varietate chordarum. Lyrin g. varietas. Æ. carmen lyræ applicatum. 10. Æ. David, qui fuit Rex, ſed ſacerdotem cur illum vocet, non video: niſi forte quia unctus fuit, quoniam ſacerdotium cum regno in Chriſtum convenit. 11. Æ. paulo poſt. 12. I. veſte ſacerdotali indutus. Æ. more pontificis inſula indutus. 13. Æ. cantando. 14. Æ. in Pſalterio decachordo, aut cithara plurium chordarum. 15. Æ. inſtrumento noto. 16. Æ. qui è cœlo influebat aſpirabaturque H. *fluentem* Rottendorphius. Paulo ante in Goldaſtiano non male *tympano* omiſſo τῷ & 17. Æ. non ſolum facta, ſed etiam veris Evangeliſtarum teſtimoniis comprobata. 18. I. ordo angelorum. Æ. imo, inquit: *omnis terra, in quam exivit ſonus Apoſtolorum.* 19. I. homines.

Comminus 20 Deum docendis 21 proditum mortalibus.
22 Corde fuſus ex Parentis, ante mundi exordium,

nes, 20. *l.* prope, Æ. prope, ad illud Baruch 5. *in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* 21. Æ. partu virginis editum. 22. Æ. quia quemadmodum ſapientia proficiſcitur ex corde, ſecundum Platonem, unde *vecordes* dicimus inſanos: ita Chriſtus, qui eſt *ſapientia Patris* per æternam generationem ortus eſt ex corde Patris. H. *corde natu ex parentis.*) *corde fuſus* utique concinnius in ſchedis Ambroſianis. ſic ſuperiori hymno de Johanne Baptiſta,

Nec ante partu de ſenili effuſus eſt,
Quam prædicares virginem plenam Deo.

Infra Hymno XII.

Effuſa nuper corpora,
Animasque rimatur novas,

Apotheoſi.

Quisque hominum vidiſſe Deum memoratur, ab ipſo
Infuſum vidit gnatum.

Ibidem de anima

—— Præſcriptis quam quia condens
Efflavit fuditque modis. Et,
Non animas animæ pariunt: ſed lege latenti
Fundit opus natura ſuum.

In carmine Chriſtiani Poëtæ, quod Claudiano adſcribunt,

Chriſto

Digitized by Google

23 Alpha & Ω cognominatus: ipſe 24 fons & 25 clauſula
Omnium, quæ ſunt, fuerunt, quæque poſt futura ſunt.
26 Ipſe juſſit, & creata, dixit ipſe, & facta ſunt:
Terra 27 cælum, 28 foſſa ponti, trina rerum machina,
Quæque in his vigent ſub alto Solis & Lunæ globo.
Corporis formam 29 caduci membra morti 30 obnoxia
Induit, ne gens periret 31 primoplaſti ex germine,

Chriſte potens rerum redeuntis conditor ævi,
Vox ſummi ſenſusque Dei quem fudit ab altâ
Mente Pater.

Mox *cognominatus* cum eodem Ambroſiano ac ceteris vetuſtioribus, non *cognominatur*. 23. Æ. Apoc. 1. 24. Æ. principium. 25. Æ. finis, in quem omnia clauduntur terminanturque, Virg. in Bucol. *ante diem clauſo componet veſper olympo*. 26. Æ. ex Pſalmo 48. *quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt*. 27. Æ. pro aëre poſuit: ſubdit namque *quæque vigent in his*: ſignificatque tria elementa, in quibus animalia vivunt. 28. Æ. maris receptaculum ſive alveus. 29. Æ. mortalis. 30. Æ. obligata. l. debitricia. 31. Æ. cur non potius *protoplaſti* ne ſit compoſitio ex latino & græco. H. *primo plaſti ex germine*) *protoplaſti* Rottendorphius, ex noſtris & Torrentiani duo quod Fabritius ſecutus eſt. Sic

Merſerat quam 32 lex profundo noxialis Tartaro.
O beatus ortus ille, Virgo cum puerpera
Edidit noſtram ſalutem, fœta ſancto Spiritu;
Et puer redemtor orbis 33 os ſacratum protulit.
Pſallat altitudo cœli, 34 pſallite omnes Angeli:
Quidquid eſt 35 virtutis unquam pſallat in laudem DEI:
Nulla linguarum ſileſcat, vox & omnis conſonet.
36 Ecce, quem vates vetuſtis concinebat ſæculis,
Quem Prophetarum fideles 37 paginæ ſpoponderant,
Emicat promiſſus olim: 38 cuncta collaudent eum.

Sic apud Alcimum Avitum. *His protoplaſton ſenſum primordia prima.* Sed compluribus exemplis licet evincere, veteres ſibi multum permiſiſſe in vocabulis latino græcis hujuſcemodi procudendis. Mox Putean. & Thuan. & Ambr. *merſerat quem lex*, non *quam.* ut ad protoplaſten referatur. 32. Æ. non quod lex nocuit, niſi per accidens: ſed quod ipſi peccando contra legem acceperunt nocumentum. 33. Æ. extulit faciem ex utero virginis I. faciem. 34. H. *Pſallant omnes angeli) Pſallite omnes* Ambroſ. Putean. Thuan. cum uno Torrentii. Recte. Vulgatam cum metro obverſari Meyerus vidiſſet, voluit reponi, *pſallat omnis* angelus. 35. Æ. poteſtatis. 36. H. *præcinebant* in duobus Torrentianis. *præcinebat* in Rottendorphio. in Thuano *concinebat*: quod jam præceſſit verſ. 5. 37. Æ. quæ non poterant mentiri. 38. H. *Deum* in uno Torren-

39 Cantharis infuſa lympha fit 40 Falernum nobile:
Nuntiat vinum miniſter eſſe promtum ex hydria.
Ipſe, 41 Rex 42 ſapore tinctis obſtupeſcit poculis.
43 Membra morbis ulceroſa, viſcerum putredine
Mando, ut abluantur, inquit: fit 44 ratum, quod juſſerat:
Turgidam cutem repurgant vulnerum 45 piamina.

rentiano non male. Mox pro *promtum ex hydria* Ambroſ. *ſumtum:* In Thuano *nuntiat miniſter.* 39. Æ. primum ſignum, quod fecit Jeſus in Cana Galilææ ex Joh. cap. 2. i. vaſis Ydriis. 40. Æ. generoſisſimum ex Campania vinum, ut ſit ſpecies pro genere. 41. Æ. convivii princeps, h. e. architriclinus. *Rex* in hac ſignificatione apud Martial. Juvenal. & Columellam ſæpe. I. architriclinus, Regem, architriclinum dicit. Architriclinus enim princeps lectorum. Cline græc. lectus. Antiqui enim tres lectos habebant, unum domino, ſecundum dominæ, tertium hoſpiti. Regem vocat dominum domus, vel ſacerdotem, qui ad benedicendas nuptias venerat. 42. I. ſaporatis, coloratis, mutatis. 43. Æ. de hoc Matth. 8. *ecce leproſus adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis potes me mundare, & extendens Jeſus manum tetigit eum dicens: volo, mundare.* 44. I. firmum. 45. Æ. munera quæ juſſus eſt offerre ſacerdotibus. I. medicamina, piacula, mundamina.

40. Æ

Tu 46 perennibus tenebris jam ſepulta lumina
Illinis limo ſalubri, ſacri & oris 47 nectare:
Mox apertis hac medela lux reducta eſt 48 orbibus.
49 Increpas ventum furentem, quod procellis triſtibus
1 Vertat æquor fundo ab imo, 2 vexet & vagam ratem:
Ille juſſis 3 obſecundat: 4 mitis unda ſternitur.
5 Extimum veſtis ſacratæ furtim mulier attigit:
Protinus ſalus ſecuta eſt; ora pallor deſerit;
Siſtitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.

46. Æ. de cœco illo â nativitate loquitur quem Jeſus facto luto ex terra & ſputo perunxit, ſtatimque vidit ex Joh. cap. 9. 47. Æ. ſaliva illa divina; quia *nectar* erat potus Deorum. l ſputo, ſaliva. 48. Æ. Oculorum finibus. l. oculis. Orbes vocamus oculos, propter rotunditatem. Hinc & orbem dicimus ob rotunditatem. 49. Æ. ex eo, quod ſcriptum eſt, Matth. 7. quod dormiente Chriſto in navicula, quâ vehebatur cum diſcipulis, cum ingruiſſet tempeſtas, expergefactus ab illis in ſummo diſcrimine poſitis, *imperavit ventis*, & facta eſt tranquillitas magna. 1. H. ſic noſtri: in aliis quibusdam *verrat*, non probo. eſt hemiſtichion Maronianum. 2. I. moveat. 3. I. obtemperat. 4. l. mitefacta. 5. Æ ex eo, quod ſcribitur Matth. 8. quod eunte Jeſu ad domum principis Synagogæ, *mulier quædam quæ ſanguinis fluxum patiebatur, acceſſit retro, & tetigit fimbri-*

6 Exitu dulcis juventæ raptum 7 ephebum viderat:
Orba quem mater ſupremis funerabat fletibus:
Surge, dixit. Ille ſurgit, matri & adſtans redditur.
8 Sole jam quarto carentem, jam ſepulcro abſconditum
Lazarum jubet 9 vigere, reddito 10 ſpiramine:
Fœtidum jecur reductus rurſus intrat 11 halitus.
12 Ambulat per ſtagna Ponti: ſumma calcat fluctuum.
Mobilis liquor profundi pendulam præſtat viam,
Nec 13 fatiſcit unda ſanctis preſſa ſub veſtigiis.

---

fimbriam veſtimenti ejus, dicebatque intra ſe, ſi tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero, & ſalvata eſt. l. extremitatem. 6. Æ. de hoc miraculo Luc. 8. *ibat*, inquit, *Jeſus in civitatem, quæ dicitur, Naim, & ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris ſuæ:* & ibidem, quomodo excitatus eſt. 7. I. juvenem. 8 Æ. quomodo Lazarum à mortuis ſuſcitavit ex Joh. cap. 12. 9. Æ. vitam & vigorem habere. 10. Æ. anima: id quod ſequitur, pro eo, quod procedit. 11. Æ. redditus eodem modo, i. anima. 12. Æ. ex Matth. cap 14. *quod, cum diſcipulorum navicula quateretur fluctibus, venit ad eos quartâ noctis vigilia, ambulans per ſummos fluctus.* 13 Æ. dehiſcit aut cedit, ſed ſuſtinet veſtigia, *l.* deficit, affatim hiſcit.

14 Specus antro 15 buſtuali ſub catenis frendere,
Mentis 16 impos, 17 efferatis percitus furoribus.
Proſilit, ruitque ſupplex Chriſtum adeſſe ut ſenſerat.
Pulſa peſtis lubricorum 18 milliformis Dæmonum.
19 Corripit gregis ſuilli ſordida ſpurcamina:
Seque nigris mergit undis, & pecus 20 lymphaticum.
21 Quinque panibus 22 pereſis, & gemellis piſcibus,

14. Æ. hoc geſtum narratur in Marc. cap. 5. quo pacto exeunte Jeſu de navi ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo. 15. Æ. ſepulchro, ubi erant cineres alicujus ſepulti. 16. I. impotens, Æ. quia exagitabatur à dæmone, neque quicquam ſuo arbitrio faciebat. 17. I. ferinis. 18. H. *peſtis milleformis*) bene in Puteaneo. *milliformis*, ut *multiformis*. Sic in Apotheoſi v. 295. *caniformis Anubis*. Mox idem codex & *pecus lymfaticum*. nec aliter Thueaneus & Nomſius. in Oxonio Altinio & Rottendorphio *ut pecus*. quod ſecutus eſt Giſelinus. Weitzius, *ſic pecus*. 19. I. detinet & arripit ſc. diabolus. 20. I. furens. 21. Æ. Puteaneus, Thuan. Ambroſ. ſic ordinant hos verſus, ut primo loco legatur, *forte qualis terquaternis* (non *fertque qualus ter quaternus*, quod vulgatos & Rottendorphium inſedit) ſecundo, *adfatim refecta*, tertio, *quinque panibus*. Quod & præſtantiores occupavit Weitzianos

23 Ferte 24 qualis ter quaternis ferculorum fragmina:
Adfatim 25 refecta jam ſunt 26 accubantum millia.
27 Tu cibus, panisque noſter, tu perennis ſuavitas:
Neſcis eſurire 28 in ævum, qui tuam ſumit dapem.

nos, ſecundo, inquam, loco *adfatim refecta* Ambroſ: cum Altinio, non *referta* quod plus eſt. *Refecta* etiam Nomſianus, ceteri cum vulgatis *referta*. Sed in Apotheoſi, ubi eandem habes hiſtoriam, *crudus conviva refudat congeriem ventris*. aliter ordinavit hos verſus Giſelinus, quem membranæ majori ex parte ſequuntur. 22. Æ. comeſis. â per & edo *gemellis* pro duobus poſuit. 23. I. dicit Deus. Æ. quo pacto multa hominum millia ex quinque panibus & duobus piſcibus ſaturavit ex Matth. c. 14: 24. I. coſinis, corbibus. Æ. duodecim coſinis; nam *quali* ſunt caniſtra ex viminibus contexta. 25. I. *referta*) ſatiata. 26. H. *accubantûm milia*) *adcubentum* Puteanus & Oxonius, conſtanti errore quod mireris: Mox & *perennis ſuavitas* in Ambroſiano. deinde *clauſa quoque obſtacula* in Puteaneo Oxonio & Nomſio, 27. Æ. quia dixit tot millia ſaturaſſe &c. nunc dicit, Chriſtum eſſe verum cibum verumque panem, juxta illud: *caro mea vere eſt cibus.* Et illud ejusdem: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendit. 28. Æ. ad illud: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

H 29. Æ.

Nec 29 lacunam ventris implet, ſed fovet 30 vitalia.
31 Clauſus aurium 32 meatus, & 33 ſonorum neſcius,
Purgat ad praecepta Chriſti 34 craſſa quæque obſtacula,
Vocibus capax fruendis, ac ſuſurris pervius,
35 Omnis ægritudo cedit, languor omnis pellitur,
36 Lingua fatur, quam 37 veterna vinxerant ſilentia,
Geſtat & ſuum per urbem lætus æger 38 lectulum.
Quin & ipſum, ne ſalutis Inferi expertes forent,
Tartarorum benignus 39 intrat: fracta cedit janua:
Vectibus cadit revulſis 40 cardo diſſolubilis.

29. Æ. receptacula. I. foveam, foſſam. 30. Æ. animi penetralia. 31. Æ. de illo ſurdo intelligendum, quem Jeſus curavit. exſpuens tetigit linguam ejus dicens: *ephethah* ex Marc. cap. 7. 32. I. tranſitus. 33. Æ. quia ſurdus ille nunquam audierat. 34. Æ. aurium ſordes. 35. Æ. omne genus morbi. 36. Æ. multa miracula complectitur, ſed maxime de mutis Marc. 8. & Luc. 11. 37. I. morboſa vel antiqua. Æ. pro *inveterata* poſuit, aut pro torpore lingvæ. 38. Æ. ut ille de quo Marc. 2. & Joh. 5. 39. I. Chriſtus. 40. H. *indiſſolubilis* Oxonius cum Nomſio Altinio & Rottendorphio. Et ſane ſupra v. 40, quintâ ſede etiam ad-

Illa prompta ad 41 irruentes, ad revertentes 42 tenax.
1 Obice extrorſum repulſo porta reddit mortuos:
Lege verſa, limen atrum jam 2 recalcandum patet.
Sed Deus dum luce 3 fulvâ mortis antra illuminat,
Dum ſtupentibus tenebris candidum præſtat diem;
Triſtia 4 ſqualentis 5 æthræ 6 palluerunt ſidera

admiſit Spondæum 41. AE. ad recipiendum intrantes. 42. AE. difficilis ad revertentes: juxta illud Virg. AEneid 6. *facilis deſcenſus averni, ſed revocare gradum* &c. 1. l. vecte H. *objice extorſum repulſo.* Ita Puteaneus quod & Torrentio probatur. In Oxonio *extorſum excluſo*. in Thano *extorſum recluſa*, ſic obex fœminini generis apud Maronem aliosque occurrit in membranis; de quo ad Maronem ipſo Æneid. 10. v. 377. & ad Claudianum lib. 2. in Eutrop. v. 34. In Apotheoſi tamen habes 750. *duro objice*, & Hamartig. v. 856. *vitreo objice*, & ibidem v. 910. *nulla objice.* Alii cum duobus Torrentianis *objice extorſum recluſo.* 2. Æ. retro eundem. 3. Æ. coloris aurei. l. lucida H. putem *furva* ſi per libros liceat, ut ad *antea* referatur. Et ſic Torrentius cum Cauchio. 4. Æ. lugubris & rigiantis. 5. Æ. propter Chriſti mortem, in quâ ſol eclipſin paſſus eſt. 6. Æ. in nigrorem verſe ſunt. Virg. *pallentes umbras Erebi.*

Sol 7 refugit, & lugubri ſordidus 8 ferrugine
Igneum reliquit axem, ſeque mærens abdidit:
9 Fertur horruiſſe mundus noctis æterna 10 Chaos.
Solve vocem mens ſonorum, ſolve linguam 11 mobilem:
Dic 12 tropæum paſſionis, dic triumphalem crucem:
Pange vexillum, notatis quod refulget 13 frontibus.

7. Æ. indignatus tantum ſcelus admiſſum, ut Virg. Æneid 1.

Nec tam averſus equos Tyria ſol jungit ab urbe.

8. l. flebili, lachrymabili nigredine. Æ. Virg. Georg. 1.

Cum caput obſcurâ nitidum ferrugine texit.

9. Æ. ex eo quod tenebræ factæ ſunt à ſextâ horâ usque ad horam nonam. Eſt imitatio Virgilii Virg. 1. Georg.

Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem.

10. I. tenebras, Chaos & melos neutr. gen. num. ſingul. 11. Æ. quæ movetur per medium ſpatium extenditurque. Quid ſi legas, *lingua mobilis*, quæ ad hoc movetur; ut de fama Virg. lib. 4. *mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* H. *ſolve vocem mens ſonorum*) *ſonora* Puteaneus & alii complures, in Oxonio *ſolve mens voce ſonora* puto, *ſolve voce mens ſonora, ſolve linguam mobilem.* 12. Æ. qualis deſcribitur à Virgilio in lib. 11. *ingentem quercum deciſis undique ramis.* 13. Æ. crucem

14 *O novum cades ſtupenda vulneris miraculum!*
Hinc 15 *cruoris fluxit unda, lympha parte ex altera:*
Lympha nempe dat lavacrum, tum 16 *corona ex ſanguine eſt.*
17 *Vidit anguis immolatam corporis ſacri hoſtiam,*
Vidit, & fellis 18 *peruſti mox venenum perdidit,*
Saucius dolore multo colla fractus 19 *ſibila.*

crucem, in quâ eſt altitudo, latitudo & profunditas. 14. H. *ô novum cade ſtupenda)* ſic Puteanus, Oxonius, Nomſius & Rottendorphius, in margine editionis Giſelianæ *cadis ſtupenda*, male omnino, quod tamen Weitzius arripuit. Thuaneus & Torrentiani duo *cade inſtupenda*, at ſchedæ Ambroſianæ *cades ſtupenda*, ut *cades ſtupenda* & *vulneris miraculum* per Epexegeſin dicantur, vide Annotata ad hymnum primum v. 27. Mox *colla ſibila* cum Puteaneo, nec aliter in Goldaſti codice Weitzius invenerat, quod Virgilianum de ſerpente:

Tollentemque minas & ſibila colla tumentem dejice.

15. Æ. ex eo quod ſcribit Johannes cap. 19. *unus militum lancea latus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua.* 16. Æ. aut forte martyrii coronam ſignificat, quia effuſio ſanguinis pro baptiſmo habetur. I. per martyrium eſt. 17 I. antiquus hoſtis. Æ. ſerpens ille, qui erat callidior cunctis animantibus. 18. Æ. incocti, & retulit ad diaboli invidiam. Æ. conſumti. 19. I. ſibiloſa. 20. I. cal-

Quid tibi, profane ſerpens, profuit rebus novis
Plaſma primum perculiſſe, 20 verſipelli aſtutia?
21 Diluit culpam, recepto 22 forma mortalis Deo.
23 Ad brevem ſe mortis uſum 24 Dux ſalutis dedidit,
25 Mortuos olim ſepultos ut 26 redire 27 inſueſceret,
Diſſolutis priſtinorum vinculis peccaminum.
28 Tunc patres, ſanctique multi conditorem prævium
Jam revertentem ſecuti, tertio demum die
Carnis indumenta ſumunt, eque buſtis prodeunt.
29 Cerneres coire membra de favillis aridis;
Frigidum venis reſumtis pulverem 30 tepeſcere;
Oſſa, nervos, & medullas 31 glutino cutis tegi.

ido. Æ. tractum ab Arcadibus, qui trajecto flumine in lupos ſe transfigurabant, & rurſus ex lupis in homines itaque pro iis ponitur, qui nunc hoc, nunc illud faciunt dicuntque, ut decipiant. Plaut. in Amphit. *verſipellem ſe facit, quando lubet.* 21. I. abluit. 22. Æ. homo. 23. Æ. per quadraginta horarum ſpatium. 24. I. Deus. 25. Æ. peccatores, qui in peccato erant. 26. Æ. ſubaudi ad vitam. 27. Æ. pro aſſvefaceret: aut pro impersonali ponitur. I. conſueſceret, activum. 28. Æ. ad illud refertur, quod ſcribit Evangeliſta Matthæus 27. *Et multa corpora ſanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt.* 29. I. ſi adeſſes, cernere poſſes. 30. I. in caleſcere. 31. Æ. quia cute membra quodammodo conglutinantur continenturque.

32. I.

Poſt, ut 32 occaſum reſolvit, vita & hominem reddidit,
Arduum tribunal alti victor adſcendit Patris,
Inclytam 33 cælo reportans paſſionis gloriam.
34 Macte, Judex mortuorum, macte Rex viventium,
35 Dexter in Parentis arce qui 36 cluis virtutibus,
Omnium venturus inde juſtus ultor criminum.
37 Te ſenes, & te juventus, parvulorum te chorus,
Turba matrum virginumq́; ſimplices puellula,
Voce concordes pudicis 38 perſtrepant 39 concentibus.
Fluminum lapſus, & undæ, litorum crepidines,
Imber, æſtus, nix, pruina, ſilva, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent ſæculorum ſæculis.

32. I. mortem. Æ. mortem diſſipavit. 33. I. ad cœlum; ut Virg.

It cœlo clamorque virum clangorque tubarum.

34. I. ſalve, magis aucte. 35. Æ. ad dexteram Patris ſedens. 36. I. ſplendes vel abundas. 37. Æ. omnia ad Dei laudes exhortatur. 38. I. perſonant. H. *perſtrepunt* in Ambroſiano. 39. I. ſimul cantantibus.

X. 1. HYMNUS CIRCA EXEQUIAS DEFUNCTI.

ARGUMENTUM.

CAnitur in exſequiis mortuorum, & imprimis dicit, hominem à Deo compactum ex anima cœleſti & corpore caduco; ſed cum in morte anima diſſolvitur à corpore, quodlibet illorum ſuam repetit originem: deinde ſubjungit multa de reſurrectione, & quod propter illam ſpem debemus mortuos ſepelire & colere cineres eorum, quod probat exemplo Tobiæ: dicit propterea, quod mortui ex ea cauſâ non ſunt lugendi.

DEUS, 2. ignee fons animarum,
3. Dua qui ſocians elementa,
4 Vivum ſimul ac moribundum,

1. H. ſic Put. & Thuan. in Oxonio & Rottendorphio *circa exequias defunctorum*. 2. I. quem Græci vocant pir noëron, ignem ſenſualem. Æ. ex opinione antiquorum dicit, qui Deum & omnia cœleſtia ignea eſſe dixerunt: & ipſum animum ex natura ignis eſſe putavit Cicero 1. Tuſculan. & Virg. 6. Æneid. cum dixit:

Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.

3. Æ. ſc. unum, h. e. animam igneam: & moribundum ſc. corpus, unde Virg. ibidem *moribundaque membra*, dixit. 4. I. *vividum*) animam & corpus.

Hominem, Pater, 5 effigiaſti;
6 Tua ſunt, tua, rector, 7 utraque:
8 Tibi 9 copula jungitur horum:
Tibi, dum 10 vegetata cohærent,
Et 11 ſpiritus & caro ſervit.

corpus. 5. l. finxiſti. 6. Æ. jure creationis. 7. Æ. corpus & anima. 8. l. à te. 9. Æ. homo ex duobus his copulatus. 10. l. roborata. 11. Æ. unde canit eccleſia: *Regem cui omnia vivunt.* H. *animus ſimul & caro vivit*) & *ſpiritus & caro ſervit* in vetuſtioribus. Cauchius conjiciebat pro *animus flatus*, ſed & ſequentia in Puteaneo codice ſic exprimuntur, quanquam ſcripturam illam, in nonnullis ſuorum inventam damnavit Giſelinus:

Et ſpiritus & caro ſervit.
Reſoluta ſed iſta ſeorſum
Proprios revocantur in ortus:
Petit halitus aera fervens:
Humus excipit arida corpus.
Sic cuncta creata neceſſe eſt
Obitum tolerare ſupremum,
Ut ſemina diſſociata
Sibi ſumat origo reſorbens.
Hanc tu, Deus optime. &c.

Apparet autem hanc diſcrepantiam ex duplici editione horum carminum profluxiſſe. Peſſime Weitzius: qui omnes diverſitates lectionum quaſi in unum conflavit, quod minime ferendum. etiam Frabricius perperam duas lectiones in contextum aucto-

Tu 46 perennibus tenebris jam ſepulta lumina
Illinis limo ſalubri, ſacri & oris 47 nectare:
Mox apertis hac medela lux reducta eſt 48 orbibus.
49 Increpas ventum furentem, quod procellis triſtibus
1 Vertat æquor fundo ab imo, 2 vexet & vagam ratem:
Ille juſſis 3 obſecundat: 4 mitis unda ſternitur.
5 Extimum veſtis ſacratæ furtim mulier attigit:
Protinus ſalus ſecuta eſt; ora pallor deſerit;
Siſtitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.

46. Æ. de cœco illo à nativitate loquitur quem Jeſus facto luto ex terra & ſputo perunxit, ſtatimque vidit ex Joh. cap. 9. 47. Æ. ſaliva illa divina; quia *nectar* erat potus Deorum. I ſputo, ſaliva. 48. Æ. Oculorum ſinibus. I. oculis. Orbes vocamus oculos, propter rotunditatem. Hinc & orbem dicimus ob rotunditatem. 49. Æ. ex eo, quod ſcriptum eſt, Matth. 7. quod dormiente Chriſto in navicula, quâ vehebatur cum diſcipulis, cum ingruiſſet tempeſtas, expergefactus ab illis in ſummo diſcrimine poſitis, *imperavit ventis*, & facta eſt tranquillitas magna. 1. H. ſic noſtri. in aliis quibuſdam *verrat*. non probo. eſt hemiſtichion Maronianum. 2. I. moveat. 3. I. obtemperat. 4. I. mitefacta. 5. Æ ex eo, quod ſcribitur Matth. 8. quod eunte Jeſu ad domum principis Synagogæ, *mulier quædam quæ ſanguinis fluxum patiebatur, acceſſit retro, & tetigit fimbri-*

6 Exitu dulcis juventæ raptum 7 ephebum viderat :
Orba quem mater ſupremis funerabat fletibus :
Surge, dixit. ille ſurgit, matri & adſtans redditur.
8 Sole jam quarto carentem, jam ſepulcro abſconditum
Lazarum jubet 9 vigere, reddito 10 ſpiramine :
Fœtidum jecur reductus rurſus intrat 11 halitus.
12 Ambulat per ſtagna Ponti : ſumma calcat fluctuum.
Mobilis liquor profundi pendulam præſtat viam,
Nec 13 fatiſcit unda ſanctis preſſa ſub veſtigijs.

fimbriam veſtimenti ejus, dicebatque intra ſe, ſi tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero, & ſalvata eſt. l. extremitatem. 6. Æ. de hoc miraculo Luc. 8. *ibat*, inquit, *Jeſus in civitatem, quæ dicitur. Naim, & ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris ſuæ :* & ibidem, quomodo excitatus eſt. 7. I. juvenem. 8 Æ. quomodo Lazarum à mortuis ſuſcitavit ex Joh. cap. 12. 9. Æ. vitam & vigorem habere. 10. Æ. anima : id quod ſequitur, pro eo, quod procedit. 11. Æ. redditus eodem modo, i. anima. 12. Æ. ex Matth. cap. 14. *quod, cum diſcipulorum navicula quateretur fluctibus, venit ad eos quartâ noctis vigilia, ambulans per ſummos fluctus.* 13 Æ. dehiſcit aut cedit, ſed ſuſtinet veſtigia, *l.* deficit, affatim hiſcit.

14. Æ.

23 Ferte 24 qualis tot quaternis ferculorum fragmina:
Adfatim 25 refecta jam ſunt 26 accubantum millia.
27 Tu cibus, paniſque noſter, tu perennis ſuavitas:
Neſcit eſurire 28 in ævum, qui tuam ſumit dapem.

nos, ſecundo, inquam, loco *adfatim refecta* Ambroſ: cum Altinio, non *referta* quod plus eſt. *Refecta* etiam Nomſianus, ceteri cum vulgatis *referta*. Sed in Apotheoſi, ubi eandem habes hiſtoriam, *crudus conviva reſudat congeriem ventris*, aliter ordinavit hos verſus Giſelinus, quem membranæ majori ex parte ſeqvuntur. 22. Æ. comeſis. à per & edo *gemellis* pro duobus poſuit. 23. I. dicit Deus. Æ. quo pacto multa hominum millia ex quinque panibus & duobus piſcibus ſaturavit ex Matth. c. 14: 24. I. coſinis, corbibus. Æ. duodecim coſinis; nam quali ſunt caniſtra ex viminibus contexta. 25. I. *referta*) ſatiata. 26. H. *accubantûm milia*) *adcubentum* Puteanus & Oxonius, conſtanti errore quod mireris: Mox & *perennis ſuavitas* in Ambroſiano. deinde *clauſa quoque obſtacula* in Puteaneo Oxonio & Nomſio, 27. Æ. quia dixit tot millia ſaturaſſe &c. nunc dicit, Chriſtum eſſe verum cibum verumque panem, juxta illud: *caro mea, vere eſt cibus*. Et illud ejuſdem: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendit. 28. Æ. ad illud: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*.

Nec 29 lacunam ventris implet, ſed fovet 30 vitalia.
31 Clauſus aurium 32 meatus, & 33 ſonorum neſcius,
Purgat ad præcepta Chriſti 34 craſſa quæque obſtacula,
Vocibus capax fruendis, ac ſuſurris pervius,
35 Omnis ægritudo cedit, languor omnis pellitur,
36 Lingua fatur, quam 37 veterna vinxerant ſilentia,
Geſtat & ſuum per urbem lætus æger 38 lectulum.
Quin & ipſum, ne ſalutis Inferi expertes forent,
Tartarum benignus 39 intrat: fracta cedit janua:
Veſtibus cadit revulſis 40 cardo diſſolubilis.

29. Æ. receptacula. I. foveam, foſſam. 30. Æ. animi penetralia. 31. Æ. de illo ſurdo intelligendum, quem Jeſus curavit. exſpuens tetigit linguam ejus dicens: *ephethah* ex Marc. cap. 7. 32. l. tranſitus. 33. Æ, quia ſurdus ille nunquam audierat. 34. Æ. aurium ſordes. 35. Æ. omne genus morbi. 36. Æ. multa miracula complectitur, ſed maximè de mutis Marc. 8. & Luc. 12. 37. l. morboſa vel antiqua. Æ, pro *inveterata* poſuit, aut pro torpore lingvæ. 38. Æ. ut ille de quo Marc. 2. & Joh. 5. 39. l. Chriſtus. 40. H. *indiſſolubilis* Oxonius cum Nomſio Altinio & Rottendorphio. Et ſane ſupra v. 40. quintâ ſede etiam

ad-

Illa prompta ad [41] *irruentes, ad revertentes* [42]
tenax,
[1] *Obice extrorſum repulſo porta reddit mor-*
tuos:
Lege verſa, limen atrum jam [2] *recalcandum*
patet.
Sed Deus dum luce [3] *fulvâ mortis antra il-*
luminat,
Dum ſtupentibus tenebris candidum præſtat
diem;
Triſtia [4] *ſqualentis* [5] *æthræ* [6] *palluerunt ſidera.*

admiſit Spondæum 41. AE, ad recipiendum intrantes. 42. AE. difficilis ad revertentes: juxta illud Virg. AEneid 6. *facilis deſcenſus averni, ſed revocare gradum* &c. 1. l. vecte H. *objice extorſum repulſo.* Ita Puteaneus quod & Torrentio probatur. In Oxonio *extorſum excluſo*. in Thano *extorſum recluſa*, ſic obex fœminini generis apud Maronem aliosque occurrit in membranis; de quo ad Maronem ipſo Æneid. 10. v. 377. & ad Claudianum lib. 2. in Eutrop. v. 34. In Apotheoſi tamen habes 750. *duro objice*, & Hamartig. v. 856. *vitreo objice*, & ibidem v. 910. *nullo objice.* Alii cum duobus Torrentianis *objice extorſum recluſo*. 2. Æ. retro eundem. 3. Æ. coloris aurei. l. lucida H. putem *furva* ſi per libros liceat, ut ad *antra* referatur. Et ſic Torrentius cum Canchio. 4. Æ. lugubris. l. rigiantis. 5. Æ. propter Chriſti mortem, in quâ ſol eclipſin paſſus eſt. 6. Æ. in nigrorem verſæ ſunt. Virg. *pallentes umbras Erebi.*

Sol 7 refugit, & lugubri ſordidus 8 ferrugine
Igneum reliquit axem, ſeq; mærens abdidit:
9 Fertur horruiſſe mundus noctis æterna 10 Chaos.
Solve vocem mens ſonorum, ſolve linguam 11 mobilem:
Dic 12 tropæum paſſionis, dic triumphalem crucem:
Pange vexillum, notatis quod refulget 13 frontibus.

7. Æ. indignatus tantum ſcelus admiſſum, ut Virg. Æneid 1.

Nec tam averſus equos Tyria ſol jungit ab urbe.

8. l. flebili, lachrymabili nigredine. Æ. Virg. Georg. 1.

Cum caput obſcurâ nitidum ferrugine texit.

9. Æ. ex eo quod tenebræ factæ ſunt à ſextâ horâ usque ad horam nonam. Eſt imitatio Virgilii Virg. 1. Georg.

Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem.

10. I. tenebras, Chaos & melos neutr. gen. num. ſingul. 11. Æ. quæ movetur per medium ſpatium extenditurque. Quid ſi legas, *lingua mobilis*, quæ ad hoc movetur; ut de fama Virg. lib. 4. *mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* H. *ſolve vocem mens ſonoram*) *ſonora* Puteaneus & alii complures, in Oxonio *ſolve mens voce ſonora* puto, *ſolve voce mens ſonora, ſolve linguam mobilem.* 12. Æ. qualis deſcribitur à Virgilio in lib. 11. *ingentem quercum deciſis undique ramis.* 13. Æ.

crucem

14 O novum cædes ſtupenda vulneris miraculum!
Hinc 15 cruoris fluxit unda, lympha parte ex altera:
Lympha nempe dat lavacrum, tum 16 corona ex ſanguine eſt.
17 Vidit anguis immolatam corporis ſacri hoſtiam,
Vidit, & fellis 18 peruſti mox venenum perdidit,
Saucius dolore multo colla fractus 19 ſibila.

crucem, in quâ eſt altitudo, latitudo & profunditas. *14. H. ó novum cade ſtupenda)* ſic Puteanus, Oxonius, Nomſius & Rottendorphius, in margine editionis Giſelianæ *cadis ſtupenda*, male omnino, quod tamen Weitzius arripuit. Thuaneus & Torrentiani duo *cade inſtupenda*, at ſchedæ Ambroſianæ *cades ſtupenda*, ut *cades ſtupenda* & *vulneris miraculum* per Epexegeſin dicantur, vide Annotata ad hymnum primum v. 27. Mox *colla ſibila* cum Puteaneo, nec aliter in Goldaſti codice Weitzius invenerat, quod Virgilianum de ſerpente:

Tollentemque minas & ſibila colla tumentem dejice.

15. Æ. ex eo quod ſcribit Johannes cap. 19. *unus militum lancea latus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua.* 16. Æ. aut forte martyrii coronam ſignificat, quia effuſio ſanguinis pro baptiſmo habetur. I. per martyrium eſt. 17 I. antiqvus hoſtis. Æ. ſerpens ille, qui erat callidior cunctis animantibus. 18. Æ. incocti, & retulit ad diaboli invidiam. Æ. conſumti. 19. *I.* ſibiloſa. 20. I. callido.

Quid tibi, profane ſerpens, profuit rebus novis
Plasma primum perculiſſe, 20 verſipelli aſtutia?
21 Diluit culpam, recepto 22 forma mortalis Deo.
23 Ad brevem ſe mortis uſum 24 Dux ſalutis dedidit,
25 Mortuos olim ſepultos ut 26 redire 27 inſueſceret,
Diſſolutis priſtinorum vinculis peccaminum.
28 Tunc patres, ſanctique multi conditorem prævium
Jam revertentem ſecuti, tertio demum die
Carnis indumenta ſumunt, eque buſtis prodeunt.
29 Cerneres coire membra de favillis aridis;
Frigidum venis reſumtis pulverem 30 tepeſcere;
Oſſa, nervos, & medullas 31 glutino cutis tegi.

ido. Æ. tractum ab Arcadibus, qui trajecto flumine in lupos ſe transfigurabant, & rurſus ex lupis in homines itaque pro iis ponitur, qui nunc hoc, nunc illud faciunt dicuntque, ut decipiant. Plaut. in Amphit. *verſipellem ſe facit, quando lubet.* 21. I. abluit. 22. Æ. homo. 23. Æ. per quadraginta horarum ſpatium. 24. I. Deus. 25. Æ. peccatores, qui in peccato erant. 26. Æ. ſubaudi ad vitam. 27. Æ. pro aſſvefaceret: aut pro imperſonali ponitur. I. conſueſceret, activum. 28. Æ. ad illud refertur, quod ſcribit Evangeliſta Matthæus 27. *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.* 29. I. ſi adeſſes, cernere poſſes. 30. I. in caleſcere. 31. Æ. quia cute membra quodammodo conglutinantur continenturque.

32. I.

Poſt, ut 32 *occaſum reſolvit, vita & hominem reddidit,*
Arduum tribunal alti victor adſcendit Patris,
Inclytam 33 *cælo reportans paſſionis gloriam.*
34 *Macte, Judex mortuorum, macte Rex viventium,*
35 *Dexter in Parentis arce qui* 36 *clues virtutibus,*
Omnium venturus inde juſtus ultor criminum.
37 *Te ſenes, & te juventus, parvulorum te chorus,*
Turba matrum virginumq; ſimplices puellulæ,
Voce concordes pudicis 38 *perſtrepant* 39 *concentibus.*
Fluminum lapſus, & undæ, litorum crepidines,
Imber, æſtus, nix, pruina, ſilva, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent ſæculorum ſeculis.

---

32. I. mortem. Æ. mortem diſſipavit. 33. I. ad cœlum; ut Virg.

It cœlo clamorque virum clangorque tubarum.

34. I. ſalve, magis aucte. 35. Æ. ad dexteram Patris ſedens. 36. I. ſplendes vel abundas. 37. Æ. omnia ad Dei laudes exhortatur. 38. I. perſonant. H. *perſtrepunt* in Ambroſiano. 39. I. ſimul cantantibus.

Hominem, Pater, 5 effigiaſti;
6 Tua ſunt, tua, rector, 7 utraque:
8 Tibi 9 copula jungitur horum:
Tibi, dum 10 vegetata coherent,
Et 11 ſpiritus & caro ſervit.

corpus. 5. I. finxiſti. 6. Æ. jure creationis. 7. Æ. corpus & anima. 8. I. à te. 9. Æ. homo ex duobus his copulatus. 10. I. roborata. 11. Æ. unde canit eccleſia: *Regem cui omnia vivunt.* H. *animus ſimul & caro vivit*) *& ſpiritus & caro ſervit* in vetuſtioribus. Cauchius conjiciebat pro *animus, flatus*, ſed & ſequentia in Puteaneo codice ſic exprimuntur, quanquam ſcripturam illam, in nonnullis ſuorum inventam damnavit Giſelinus:

Et ſpiritus & caro ſervit.
Reſoluta ſed iſta ſeorſum
Proprios revocantur in ortus:
Petit halitus aera fervens:
Humus excipit arida corpus.
Sic cuncta creata neceſſe eſt
Obitum tolerare ſupremum,
Ut ſemina diſſociata
Sibi ſumat origo reſorbens.
Hanc tu, Deus optime. &c.

Apparet autem hanc diſcrepantiam ex duplici editione horum carminum profluxiſſe. Peſſime Weitzius: qui omnes diverſitates lectionum quaſi in unum conflavit, quod minime ferendum. etiam Frabricius perperam duas lectiones in contextum

 aucto-

Reſciſſa ſed 12 iſta ſeorſum.
Solvunt hominem, perimuntque:
H umus excipit arida corpus,

auctoris adſcivit. Videamus ſingula *Spiritum* pro *anima* poni, nil novum. *Sevire Deo* & hoc Prudentianum. Sic Apotheoſi, in uno

Conſtituit jus omne Deo, cui ſerviat ingens
Virtutum ratio.

Codex Ambroſianus itidem vetuſtiſſimus ita verſus ſubſequentes conſtituebat; ut utramque ſcripturam videatur quoque exprimi voluiſſe. Nam ſic in ſchedis Bigotianis invenio.

Sibimet ſumat origo reſorbens,
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Animæ rapit aura liquorem.

Quæ ad verſ. 16. 17. & 20. editionis Weitzianæ opinor referanda eſſe ubi verſu ultimo male exhibetur, *rapit arma*, ſecundo *reſoluta*, primo *ſibi ſumat.* Weitziana à verſ. 13. usque 21. abſunt à Nomſiano & Rottendorphio. In Oxonio Weitziana ſic exprimebantur; ut primo loco verſus eſſet. 12. ejus editionis, mox 20. 13. 22. 23. 24. 14. 15. 25. ceteris omiſſis. In editione Giſelini & Aldina legebatur:

Animus ſimul & caro vivit
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Solvunt hominem perimuntque.
Humus excipit arida corpus:
Animæ rapit aura liquorem.

Quia

13 Anima rapit aura 14 liquorem.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
Labefacta ſeneſcere tandem,
15 Compactaque diſſociari,
16 Et diſſona texta 17 retexi.
18 Hanc tu, Deus optime, mortem
Famulis abolere paratus,
19 Iter inviolabile 20 monſtras,
Quo perdita membra reſurgant.
Ut, *21 dum 22 generoſa 23 caducis,*

Quia cuncta creata neceſſe eſt
Labefacta ſeneſcere tandem,
Compactaque diſſociari,
Et diſſona texta retexi.

14. I. ſerenitatem. Æ. animam ex elemento liquido & puro conſtantem, auram rapit in ſublime. 15. *I.* conjuncta. 16. Æ. ex contrariis elementis compoſita 17. Æ. reſolvi in ea, ex quibus texta, i. compoſita ſunt, ut Ovidius; *tela texa dolo.* I. diſſolvi. 18. Æ. ſenſus eſt, quod Deus monſtrat nobis viam, qua poſſumus reſurgere in vitam æternam. Nam *impii non reſurgunt in judicio,* ut vitam illam vivant, ſed potius reſurgent in mortem æternam. 19. incorruptum & rectum. 20. I. monſtraſti. H. *monſtrans* in Puteaneo & Oxonio. In Rottendorphio *monſtra.* 21. Æ. via, quam dixit ut quamdiu ſumus in hac vita mortali, cogamus partem illam irrationalem, quæ luctatur adverſus ſpiritum, obtemperare rationi, quod eſt philoſophari, h. e. animum à corpore ſeparare per

Ceu 24 carcere clauſa, ligantur,
25 Pars illa potentior 26 exiſtet,
Quæ germen ab æthere traxit.
Si 27 terrea forte 28 voluntas
29 Luteum 30 ſapit, & grave 31 captat,
animum quoque pondere 1 victum,
2 Sequitur ſua membra deorſum.
At ſi 3 generis memor 4 ignei

per contemplationem. 22. I. nobilia animæ. Æ. anima immortalis cum corpore mortali. 23. I. corporis, in membris. 24. I. in carne. Æ. ſecundum Platonis opinionem. Atque illud etiam ſignificat Apoſtolus, cùm dicit: *miſer ego homo, quis me liberabit à corpore mortis hujus.* 25. Æ. ſc. animus, anima. 26. Æ. emineat & dominetur parti illi appetitivæ. 27. Æ. ſenſus eſt: quod ſi ratio ſequitur appetitum vinciturque ab eo; uterque deſcendet in gehennam ignis. 28. Æ. appetitus irrationalis, qui corpus & terrena ſapit, quæ ponderoſa ſunt. 29. I. non ſobrie, nomen. Æ. non obediens rationi. 30. I. vult. 31. I. appetit. Æ. ea, quæ ſe habent ex parte carnis. 1. Æ. à parte illa irrationali. 2. Æ. cum alioqui ex natura ſua, quæ eſt ignea, tendere debuerit in ſublime. 3. I. originis ſuæ. Æ. à quo ducit genus, ut ſupra diximus. 4. I. *ignis*) anima vivax. H. *At ſi generis memor ignis*) *generis memor ignei*, optime Nomſius & Rottendorphius, cum uno Torrentiano & Grævianis ſchedis. in Oxonio *igneoli.* ſic & apud Naſonem Met. VI. v. 113. *Aſopida luſerit igneus*, non *ignis*, ex ſcriptis. Deinde

5 Contagia pigra recuſet:
Vehit 6 hoſpita viſcera ſecum,
Pariterque reportat ad aſtra.
Nam quod 7 requieſcere corpus
Vacuum 8 ſine mente videmus,
Spatium 9 breve reſtat, ut alti
Repetat collegia 10 ſenſus.
Venient citò ſæcula, cum jam
Socius 11 calor oſſa reviſat,
Animataque ſangvine vivo
12 Habitacula priſtina geſtet.
Quæ pigra cadavera pridem
Tumulis putrefacta jacebant,
13 Volucres rapientur in auras,
Animas comitata 14 priores.
15 Hinc maxima cura 16 ſepulcris

Inde *contagia pigra* non *nigra*, noſtri omnes. 5 Æ. *contagia nigra*) ab effectu, quæ illum reddunt pice nigriorem. 6. Æ. carnem, cujus natura eſt deorſum tendere, quæ in cœlo hoſpes erit, animus autem indigena. 7. *I.* in ſepulchro. 8. I. ſine anima. 9. Æ. comparatione æternitatis. 10. I. animæ. Æ. ſocietatem animi, qui altum ſentit & profunde intelligit. 11. I. anima. Æ. animus, ad cujus præſentiam in corpore ſequitur calor. 12. Æ. corpus, quod eſt ſuum domicilium; 13. Æ. quas velociter penetrabit. 14. Æ. quas prius habuerant. 15. Æ. propter reſurrectionis ſpem. 16. *I.* cymitron græce, latine dormitorium. hinc cymiterium & cymiteria dicuntur, i. dormitoria, in quibus ſancti quaſi dormire videntur usque ad diem judicii, 17. Æ. Virg. *Et cineri ingrato ſu-*

prema

Impenditur : hinc reſolutos
17 *Honor ultimus accipit artus,*
Et funeris 18 *ambitus ornat.*
Candore nitentia claro
Prætendere 19 *lintea mos eſt,*
Adſperſaque 20 *myrrha* 21 *Sabæo*
Corpus medicamine ſervat.
Quidnam ſibi ſaxa cavata,
Quid pulchra volunt monumenta?
Niſi quod res creditur illis
22 *Non mortua, ſed* 23 *data ſomno.*
Hoc provida Chriſticolarum
Pietas ſtudet, 24 *utpote credens*
Fore protinus 25 *omnia viva,*
Quæ nunc 26 *gelidus ſopor urget.*

prema ferebat munera: 18. I. ornatus vel honor. Æ. *funus ambitioſum.* h. e. quod honoris cauſa paratur. 19. Æ. velamina quibus mortui involvuntur, aut quæ ſuper injiciuntur. 20. Æ. Martial. Et olentem funera myrham. 21. I. ture. Æ. thureo, 22. I. unde in Job. reſtituetur ut lutum ſignaculum, & ſtabit qs. veſtimentum. ſignaculum hominem vocat, qui in lutum redigitur & qs. lotum veſtimentum reſervetur. 23. Æ. unde ſacris literis *mortui dormire* dicuntur: ut *non eſt mortua puella, ſed dormit.* Et illud: *Amicus noſter Lazarus dormit.* 24. I. ut æſtimo, i. quaſi. 25. I. poſt generalem reſurrectionem. 26. Æ. mors frigida, ab effectu, Virg. 4. Æneid.

Et

27 Qui jacta cadavera paſſim
Miſerans tegit 28 aggere terra,
1 Opus exhibet ille benignum
Chriſto 2 pius omnipotenti.
Quin lex eadem monet omnes
3 Gemitum dare 4 ſorte ſub una.
5 Cognataque funera nobis
Aliena in morte dolere.
Sancti 6 ſator ille Tobia,
Sacer ac venerabilis heros,
Dapibus jam 7 ritè paratis
8 Jus 9 prætulit 10 exſequiarum.

Et cum frigida mors animæ ſubduxerit artus.

H. ſic noſtri, non *arcet*. Horatianum eſt:

Ergo Quintilium perpetuus ſopor urguet?

27. l. de his, qui mortuos ſepeliunt. 28. *l.* cumulo. 1. Æ. unum ex ſeptem operibus miſericordiæ. 2. Æ. *prius*) inprimis; quia opera miſericordiæ, quæ pauperibus exhibentur, ſibi imputanda Chriſtus fatetur. 3. Æ. in morte alicujus ut gemamus. Juvenal. *mollisſima corda humano generi ſe natura fatetur, quæ lacrymas dedit. Natura imperio gemimus, cum funus adultæ virginis occurrit.* 4. l. una ſors eſt omnium, videlicet mori. 5. Æ. ejuſdem ſpeciei quam omnes homines ex æquo participant. 6. l. pater. Æ. ex volumine ipſius Tobiæ. cap. 2. ubi hoc narratur. 7. *l.* rationabiliter. 8. l. legem. 9. AE. quia, relicto prandio mortuum detulit in domum, ut ſub tempus veſpertinum ſepeliret. 10. l. exequiæ

Jam 11 *ſtantibus ille miniſtris,*
Cyathos & fercula liquit.
Studioque accinctus 12 *humandi,*
13 *Fleto dedit oſſa ſepulcro.*
Veniunt mox præmia cælo,
Pretiumque rependitur ingens:
Nam 14 *lumina neſcia Solis*
DEUS 15 *illita felle* 16 *ſerenat.*
Jam tunc docuit Pater orbis,
Quàm ſit rationis 17 *egenis*
18 *Mordax & amara medella,*
Cum 19 *lux animum nova* 20 *vexat.*

quiæ, ab exequendo. 11. Æ. ut inferrent fercula pranſuro. 12. l. ſepeliendi. 13. H. *fletum dedit oſſa ſepulcro*) ſic & Thuaneus. in aliis *fleta*. Puteaneus & Oxonius cum duobus præterea noſtrorum & Aldina editione *fleto ſepulcro*. probe. l. deplorata, plorata, lamentata. 14. Æ. oculos excœcatos. 15. Æ. ex piſce, ut ſcribitur ejuſdem libri cap. 11. l. tincta. 16. l. *ſerena*) clara facit. 17. l. *egena*) indigens, quia neceſſe eſt, ut habeat rationem. H. Hic denuo noſtros ſecutus ſum, minus bene *egena* Weitzius. deinde in Torrentianis duobus *Cæleſtia ſcandere regna.* quale illud Ennianum:

Si fas endo plagas cœleſtis ſcandere cuiquam.

18. Æ. quale eſt fel, ex quo Tobias viſum recepit. l. dura. 19. Æ. quæ non poteſt accipi, niſi ex amaritudine. 20. l. fatigat.

21. I.

21 Docuit quoque, non prius ullum
Cœleſtia cernere regna,
Quam 23 nocte & vulnere triſti
Toleraverit aſpera mundi.
Mors ipſa beatior inde eſt,
Quod per cruciamina lethi
Via panditur ardua juſtis
Et ad 24 aſtra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
25 Redeunt melioribus annis:
Nec poſt obitum recaleſcens
Compago 26 fatiſcere novit.
Hæc, quæ modò pallida tabo
Color 27 albidus 28 inficit, 29 ora:
Tunc flore 1 venuſtior omni
Sanguis cute 2 tinguet 3 amœna.
4 Jam nulla deinde 5 ſenectus

21. l. Deus. 22. Æ ubi eſt illa lux in acceſſibilis. 23. l. nox, pro tribulatione. Æ. ex tenebris vulnere factis, ſicut Tobias ex ſtercore hirundinis cœcatus. 24. Æ. Virg. *diſce puer virtutem ex me verosque labores*: quia ſic itur ad aſtra. 25. Æ. in ætatem plenitudinis CHRISTI, ut Apoſtolus. 26. Æ. quia poſt reſurrectionem non erit alia mors. reſolvi, diſſolvi. 27. Æ. qui ſequitur cadavera. l. pallor. 28. l. corrumpit. 29. l. facies. 1. l. & Æ. pulcrior. 2. Æ. colorabit, unde dicti tinctores. l. colorat, humectat 3. Æ. quæ infectio faciet cutem hilarem. 4. H. *Nam nulla*) *jam nulla* Put. Thuan. & duo alii. 5. Æ. quæ nobis invidens cito venit. unde Gallus;

I *Æmula*

6 Frontis decus invida 7 carpet,
8 Macies neque ſicca lacertos
Succo tenuabit 9 adeſo.
10 Morbus quoque peſtifer, arma
Qui nunc populatur anhelos,
Sua tunc 11 tormenta reſudans
12 Luet inter vincula mille.
Hunc 13 eminus aërea ab alto
14 Victrix caro, jamque perennis
Cernet ſine fine 15 gementem,
16 Quos moverat ipſe, 17 dolores.
18 Quid turba ſuperſtes, inepta

Æmula quid ceſſas finem properare ſenectus?

6. Æ pulchritudinem faciei. 7. I. corrumpet. 8. Æ. ſicut è contrario corpulentia ſucci plena. 9. I. conſumto. Æ. conſumto; ab ad & edendo. 10. I. diabolus, qui morbos infert. Æ. quaſi de Deo morborum præſide dicit, de quibus Virg. in 6.

Pallentesque habitant morbi triſtisque ſenectus.

11. Æ. qui nos torquet & ſudare cogit. 12. Æ. regnat inter nos, impediens operationes membrorum. 13. I. longe. 14. Æ. corpora noſtra jam glorificata, & voti ſui compos, aut quæ vicit mundum. 15. Æ. quaſi Deum (ut dixi) more Poëtico illum fingit. 17. H *ipſa* Puteanus à mano ſecunda I. excitaverat contra alios, 17. I. morbos. 18. Æ. invehitur in eos, qui mortuos lugent, quoniam

Clangens ululamina miſcet?
r tam bene 20 condita jura,
eu dolor arguit amens?
Jam mæſta quieſce querela:
crymas ſuſpendite, matres:
llus 21 ſua pignora plangat:
rs 22 hæc reparatio vitæ eſt.
Sic 23 ſemina ſicca vireſcunt,
m mortua, jamque ſepulta;
æ reddita ceſpite ab imo
teres 24 meditantur ariſtas.
Nunc 25 ſuſcipe terra fovendum,
emioque hunc concipe molli:
minis tibi 26 membra 27 ſequeſtro,
Generoſa & 29 fragmina credo.

m videntur de reſurrectione deſperare. 19. Æ. mitans, aut ad tubarum clangorem retulit, bus in funeribus utebantur, Virg.

Inſequitur clamorque virûm, clangorque tubarum.

Æ. leges à Deo & natura bene & juſte latas. Æ. ſuos filios. 22. Æ. quia per hanc mortem r ad illam vitam. 23. Æ. Joh. 12. *niſi granum menti cadens in terram mortuum fuerit.* 24. aut imitantur, imo vero referunt. 25. Æ. ter- n alloquitur, qs. defuncti matrem. 26. Æ. par- n minimam totius, quæ retinet tantum nomen, dicatur: *Hic eſt ſepultus Antonius, aut Jo- nnes.* 27. Æ. ad tempus depono I. commen- ſeparo. H. forte *tibi ſequeſtra* 28. Æ. quia (ut ſtatim dicit) habitaculum animæ. 29. Æ.

Animæ fuit 30 hæc domus olim
31 Factoris ab ore creata:
32 Fervens habitavit 33 in iſtis
Sapientia 34 principe Chriſto.
35 Tu 36 depoſitum tege corpus.
Non immemor ille requiret
1 Sua munera 2 fictor & auctor,
Propriique 3 ænigmata vultus.
Veniant 4 modò 5 tempora juſta,
Cum ſpem DEUS *6 impleat omnem,*
Reddas 7 patefacta neceſſe eſt,

fruſta & partem. 30. I. caro. 31. Æ. qui ſpiravit in hominem ſpiraculum vitæ. H. in Puteaneo, Oxonio & ſchedis Grævianis Cauchii, *cui nobilis ex patre fons eſt.* utrumque exhibet verſum Nomſianus. mox pro *illa requiret* Puteaneus *ille.* 32. Æ. quia ſapuit & viguit.; unde & illa dicuntur fervere, quæ frequentantur, ut Virg. 1. Æneid. *Fervet opus.* Sicut è contrario *frigere,* quæ torpeſcunt. 33. Æ. ſubaudi, membris. I. corpore. 34. Æ. qui fuit Chriſtianus, *& in baptiſmate accepit ſalem ſapientiæ.* 35. Æ. ô terra. 36. I. commendatum. Æ. quod ſummâ fide reddendum eſt. 1. Æ. ſuum opus, in die reſurrectionis omnium hominum. 2. I. plaſmator. Æ. Deus, hominis plaſmator, nam fictor dicitur, qui ex luto format fictilia 3. I. imagines. Æ. figuram, ad imaginem ſuam factam. quid ſi legas *ſchemata?* 4. I. cito. 5. Æ. quæ pater poſuit in poteſtate ſua 6 Æ. reſurrectionem, quam ſperamus & exſpectamus, ut in ſymbolo canimus. 7. Æ. tu, ô terra,

Qualem tibi trado figuram.
9 Non, ſi 10 carioſa vetuſtas
ſſolverit oſſa 11 favillis,
ceritque cinuſculum 12 arens,
inimi 13 menſura pugilli,
Nec, ſi vaga 14 flamina & auræ
; Vacuum per inane volantes,
ılerint cum pulvere nervos,
ominem periiſſe licebit.
Sed 16 dum reſolubile corpus
evocas, Deus, atque reformas,
uanam regione jubebis,

rra, aperta. 8. Æ. non ſolum quantum ad quatates, modo non ſint ad imperfectionem. 9. Æ. nſus eſt: Quod, etiamſi homo dilapſus fuerit in neres, & cinis ipſe diſſipatur, non tamen *neque apitis capillus ex eo peribit.* ut ſcribitur. 10 I. orruptibilis. Nam caries & putredo ligni. à arie i. putredo. tremetres (leg. teredines) vocantur vermes, qui ligna comedunt & in putredinem redire faciunt. 11. Æ. favillas. 12. Æ. quod roprium cineris eſt, unde & plurimum humoris ibit Virg. 6. Æneid.

Poſtquam collapſi cineres & flamma quievit,
Relliquias vino & bibulam lavere favillam.

3. Æ. quem poſſit capere pugillus. 14. I. & Æ. enti. 15. I. vacuum aërem. 16. I. ſc. usque. Æ.

Animam 17 *requieſcere* 18 *purum ?*
Gremio 19 *ſenis addita ſancti*
Recubabit, 20 *ut illa Lazari :*
Quem floribus undique 21 *ſeptum*
22 *Dives procul adſpicit ardens.*
Sequimur tua dicta, Redemtor,
Quibus atra è 23 *morte triumphans,*
Tua per veſtigia mandas
24 *Socium crucis ire latronem.*
25 *Patet ecce fidelibus ampla*
Via lucida jam paradiſi,
Licet & nemus illud adire,
Homini, quod ademerat anguis :
Illic, precor, optime Ductor,

inter diem mortis & diem judicii. 17. I. usque ad reſurrectionem. 18. Æ. peccatis non inquinatam. 19. I. Abraam. Æ. i. in ſinu Abraham. H. *gremio ſenis abdita molli*) *addita* Puteaneus. Mox idem *recubabit ut illa Lazari.* Quod & in ſuis Weitzius videtur inveniſſe, in ceteris noſtris, *ut eſt Eleazar.* 20 I. Eleazar qui & Lazarus. Æ. *ubi eſt Eleazar*) Lazarus, de quo in Evangelio : & *Eleazar* nomen eſt integrum, à quo eſt abſciſſus *Lazarus.* 21. Æ. alludit ad Paradiſi h. e. horti nomen. 22. Æ. qui induebatur purpura & byſſo 23 Æ. de morte. H. *atra morte* Oxonius cum aliis duobus. quomodo & Weitziani nonnulli cum priſcis editionibus. in Puteaneo *triumphas* Mox *mandant* in Oxonio. 24 Æ. qui etiam in cruce paſſus eſt tecum, cum illi dixiſti: *hodie mecum eris in Paradiſo.* 25. Æ. ex eo tem-

26 Famulam, tibi præcipe mentem.
27 Genitali in ſede ſacrari,
Quam liquerat 28 exſul & errans.
29 Nos tecta 30 fovebimus oſſa
31 Violis & fronde frequenti :
32 Titulumque & frigida ſaxa
33 Liquido ſpargemus odore.

tempore. 26. I. famulantem. 27. Æ. unde duxit originem. 28. Æ. propter peccatum inde pulſa. 29. Æ. vivi ſc. colemus oſſa defunctorum. 30. I. ornemus. 31. Æ. quod hodie faciunt Mahumetis ſectatores. 32. *I.* epitaphium. 33. H. *odore* Rottendorphius cum Altinio, quod & marginem occupavit Oxonii.

XI. 1. HYMNUS OCTAVO KALENDAS JANUARIAS.

ARGUMENTUM.

CAnitur in die natalis Chriſti, in quo multa de utrâque illius generatione, h. e. æterna & temporali & de iis, quæ :ontigerunt circa Chriſti natalem : quem licit tandem eſſe venturum judicem bonorum & malorum. Nam de utroque ejus dventu eccleſia facit mentionem eo tempore, atque addit etiam de quotidiano adentu per gratiam.

2. *QVid eſt, quod 3 arctum circulum*
Sol jam 4 recurrens deſerit?
Chriſtusne terris naſcitur,
Qui lucis auget 5 tramitem?
Heu, quàm fugacem 6 gratiam
Feſtina volvebat 7 dies!

1. H. ſic Put. Oxon. & Aldus. In Rottendorphio *Hymnus natalis Domini.* Cœterum in eodem Rottendorphio & Nomſio hic hymnus cum ſequenti agmen claudebat Libri περὶ στεφάνων Poſt paſſionem Romani, ſed male. 2. Æ. phantaſia eſt Poetæ, qui fingit ſe mirari, quid illud eſt, quod dies, qui ante illud tempus decreſcebant, naſcente Chriſto incipiunt creſcere: ut poſſit commodiſſime aptari, quod de illo Johannes dixit: *oportet illum creſcere; me autem minui.* Nam Johannes natus eſt ſole peragrante Cancri principium, quo die incipiunt dies decreſcere. Chriſtum vero ſatis conſtat, natum ſole intrante primum punctum Capricorni, quo die incipiunt dies creſcere. 3. Æ. tropi cum Capricorni, quem ſole deſcribente relinquit ſupra horizontem minimam portionem; unde dies eſt brevis, de quo Virg. 2. Georg.

Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles hiberni.

4. I. ſurſum. Æ. retro & verſus nos currens, cum antea procurriſſet à nobis. 5. I. viam. Æ. facit dies longiores, & incipit in dies minuere tenebras noctis. 6. Æ. diem, ab effectu; gratioſe omnia faciens, qui tunc brevis erat. 7. Æ. quæ brevis erat,

jam

Quam pene 8 ſubductam 9 facem
10 *Senſim 11 receſſu exſtinxerat!*
Cœlum niteſcat lætius,
Gratetur & gaudens humus:
Scandit 12 gradatim 13 denuo
14 *Jubar 15 priores lineas.*
16 *Emerge, dulcis 17 puſio,*
Quem mater edit 18 caſtitas,

jam properabat ad occaſum, q.d. omnia jam prope erant tenebris involuta, cum natus eſt Chriſtus. 8. I. à brevitate diei. Æ. ſubtractam paulatim. 9. Æ. lucem. 10. *I.* leniter. 11. Æ. dies diminutâ luce, quam pene extinxerat. 12. I. per gradus, per centum octoginta gradus aſcendit ſol, quando creſcunt dies; & per eosdem deſcendit, & tot ſunt anni dies; additis quinque qui intercalares dicuntur. 13. *I.* iterum. 14. Æ. ſol, aut Lucifer Virg. 4. Æneid.

It portis, Jubare exorto, delecta juventus.

15. Æ. circulos ſive parallelos contractiores brevioresque. 16. I. aſcende vel exi à cœlis Chriſte. 17. I. Jeſu. Æ. puer, naſcere. 18. Æ. per Emphaſim h.e. non ſolum caſta, ſed ipſa caſtitas. H, *quem matris edit caſtitas*) *mater caſtitas* in noſtris omnibus. Sic præfatione Pſychomahiæ.

Nec ante prolem conjugalem gignere,
Deo placentem, matre virtute editam.

Hoc eſt matre, quæ virtutis omnis exemplum ſit.

19 *Parens & expers conjugii,*
20 *Mediator, &* 21 *duplex genus.*
22 *Ex ore quamlibet Patris*
Sis ortus, & verbo 23 *editus;*
Tamen paterno 24 *in pectore*
25 *Sophia* 26 *callebas prius.*
Quæ 27 *prompta cælum* 28 *condidit,*
29 *Cælum, diemque, & cætera.*
Virtute Verbi 30 *effecta ſunt.*

Ita *mater caſtitas*; omnium caſtiſſima. 19. I. mater. Æ. *parens & ipſe)* ſubaudi, qui & filius & pater matris. Nam quod legitur, *parens & Chriſtus conjugis*, non poteſt verſus ſtare; *Conjugio* vero pro æternus cum Patre, à con & jugis jugo compoſitum. 20. Æ. Dei ſc. & hominis, qui Græce dicitur *meſites*. 21. Æ. ex duplici natura conſtans ſc. humana & divina. I. hominis & Dei. 22. Æ. ſignificantius ſupra *ex corde verbum fuiſſe genitum*, dixit, quam nunc *ex ore*: ſed hæ translationes in divinis recipiuntur. 23. Æ. imo *verbum editum*, ut ſupra dixit *verbigena*. I. angelo nominante. 24. Æ. in corde, ſicut ſupra. 25. Æ. ſapientia, & produxit penultimam, cum ſit brevis. 26. Æ. erat ſapiens; nam illud eſt callere. I. vigebas, calleo vigeo, poſſum. 27. Æ. ex corde Patris edita. I. parata. 28. Æ. quia per illum pater omnia condidit, juxta illud Pſalmi. 32. *Verbo Domini cœli firmati ſunt*, &c. 29. H. *cælum denique*) ita ſcripti. Eraſmus *noctem diemque, cælum noctemque & Tartara* in Altinio, forte *ſolum diemque*, ut hymno Romani v. 326. 30. I. facta.

Hæc cuncta: nam 31 Verbum Deus.
Sed 32 ordinatis ſæculis,
Rerumque 33 digeſto ſtatu,
34 Fundator ipſe & 35 artifex
Permanſit in Patris 36 ſinu:
Donec 37 rotata 38 annalium
Tranſvolverentur millia,
Atque ipſe peccantem diu
Dignatus orbem viſeret.
1 Nam cæca vis mortalium,
Venerans inanes 2 nenias,
Vel 3 æra, vel ſaxa 4 algida,
Vel ligna credebat DEUM.
Hæc dum ſequuntur, perfidi
Prædonis in 5 jus venerant.

31. Æ. Joh. 1. *& Deus erat* verbum. 32. Æ. mundi ſeries ex qua dependent ſecula. 33. Æ. rebus in ſuo loco diſpoſitis I. diſpoſito, ornato. 34. Æ. ſc. rerum ſtatus. 35. Æ. ſc. Patris verbum ejusdem filius. 36. Æ. ut ſupra, *in corde*, ſive *in pectore*, h. e. in Patre, juxta illud: *neſcis, quod ego in Patre*, & Pater in me eſt? I. cum Patre ſemper erat. 37. . diſcurſa. 38. Æ. pro annorum: cum ſint *annales* hiſtoriæ per annos ſingulos digeſtæ. I. temporum vel librorum. 1. Æ. hæc cauſa eſt, cur venit, uia ignorabant mortales verum Dei cultum. 2. E. res inanes, quales ſunt nenia muliercularum. vanitates. Neniæ vanitates ſunt titulorum, uæ adhibebantur mortuis, quæ nihil proficiunt. . ſtatuas æreas. 4. I. frigida. 5. I. in diaboli oteſtatem. Æ. in poteſtatem, Lucanus: *Jus quo datum*

Et 6 mancipatam fumido
Vitam barathro immerſerant.
Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum Gentium
7 Impunè, ne forſan ſui
Patris periret 8 fabrica.
Mortale corpus 9 induit,
Ut 10 excitato corpore
Mortis catenam frangeret,
Hominemque portaret Patri.
11 Hic ille natalis dies,
Quo 12 te 13 creator arduus
Spiravit, & limo 14 indidit,
Sermone carnem 15 glutinans.

datum ſceleri. 6. Æ. obnoxiam & ſubjectam I. quaſi mancipatum traditam. 7. I. ſine pœna diaboli ſine vindicta. Æ. quia ultus eſt vicem humanam ſpoliando inferos, & vindicando nos â poteſtate diaboli. 8. Æ. homo factus ad illius imaginem 9. I. indidit. 10. Æ. aſcito vel aſſumto. I. â morte. 11. Æ. Chriſtum alloquitur, dicens: *hic eſt ille natalis dies*, in quo Pater, *Arduus creator*, i. ſummus Pater *ſpiravit te*, progenuit te. Nam filius generatur, Spiritus S. ſpiratur. 12. I. Chriſte. 13. I. Pater. 14. Æ. immiſit in carnem humanam ex limo compactam. I. corporavit. 15. Æ. hominem verbo conjungens ſed illud non eſt factum die, in quo natus eſt, ſed in inſtanti conceptionis. Autor tamen alludit ad illud Pſalm 2. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* I. ligans.

16. L.

Sentiſne, Virgo nobilis,
16 Matura per 17 faſtidia,
18 Pudoris intactum decus
Honore partus 19 creſcere?
O 20 quanta rerum gaudia
Alvus pudica continet!
Ex qua 21 novellum ſeculum
Procedit, & lux aurea.
22 Vagitus ille exordium

16. l. plena. 17. l. dignitates, per temporales exſpectationes. Æ. non quod virgini contigerint, quæ prægnantibus ſolent, de quibus dixit Virg. in Bucol.

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.

Sed loquitur ex more aliarum fœminarum, ſicut quod dicitur, *enixa eſt puerpera*; & alibi, *enixa puerpera Regem*: non quod in partu fuerit ille nixus cum doloribus, qui aliis fœminis contingit: ſed quod ſalvâ integritate peperit, quemadmodum & ceteræ mulieres. 18 Æ. virginitatis intactæ. 19. Æ. Chriſti nati. q. d. non ſolum virginitas permanſit eadem, quæ prius, ſed etiam aucta eſt honore, quoniam virgo & mater. 20. Æ. ſc. non ſolum matris, ſed omnium mortalium. 21. Æ. quia omnia renovata ſunt, juxta illud Eſ. 43. ecce ego nova facio omnia, & nunc orientur. Et Virg. in Bucol. *toto ſurget gens aurea mundo*. 22. Æ. ſc. qui in reliquis mortalibus eſt auſpicium futuræ calamitatis: in Chriſto fuit *exordium orbis vernantis*, i. renaſcentis. Plin. lib. 7. in princ. Nam illud ſignificat *vernare*, quoniam *flos anni* veri aſſimilatur.

23 Vernantis orbis prodeat:
Nam tunc renatus ſordidum
Mundus 24 veternum depulit.
Sparſiſſe tellurem ferunt
25 Rus omne denſis 26 floribus,
Ipſaſque harenas 27 Syrtium
1 Fragraſſe 2 nardo & 3 nectare,

latur. 23. l. florentis. 24. l. peccatum, veternus morbus, qui & intercutaneus dicitur. Æ. pro vetuſtatem, alioqui *veternus* eſt torpor, qui contingit hydrope laborantibus, unde Virg. Georg. I.

Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

25. l. ſuperficiem. 26. Æ. æmulatio eſt virgiliana in Bucol.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu,
Florentes hederas paſſim cum baccare tellus,
Primaque ridenti colocaſia fundet acantho.

Et infra

Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.

27. Æ. *Syrtes* in Africa, loca ab ipſa natura (ut ait Lucanus Lib. 9.) ad ſterilitatem damnata, tunc factæ ſunt fertiles. 1. Æ. odorem ſpiraſſe, ut Virg.

Redolentque thymo fragrantia mella.

2. l. pretioſiſſimo ungvento. 3. l. fide.

Te cuncta naſcentem, puer,
4 *Senſere dura & barbara:*
Victusque ſaxorum rigor,
Obduxit herbam 5 cotibus.
Jam mella de ſcopulis fluunt:
Jam ſtillat 6 ilex arido
Sudans 7 amomum ſtipite:
Jam ſunt 8 myricæ balſama.
9 *O ſancta præſepis tui,*
Æterne Rex, cunabula,
Populisque per ſæclum ſacra,
10 *Mutis & ipſis credita!*
Adorat hæc brutum pecus:

4 Æ. quia mollia ſunt & rigorem depoſuerunt. 5 Æ. texit cotes herbis. Virg. in Bucol. *obducat paſcua junco.* I. lapidibus. 6. l. quercus. 7. l. genus pigmenti. AE. ad illud Virgilii reſpicit.

Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

8. AE. & hoc ad illud:

Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.

I. geniſtæ, humillima arbor. 9. H. *O ſancta præſepis tua*) *præſepis tui* ex ſcriptis. 10. AE. quia etiam ipſa animalia muta crediderunt in præſepibus illis jacere Chriſtum Deum & hominem, unde ſubdit: *Adorat hæc* &c. Quod autem dicitur, bovem & aſinum fuiſſe in præſepi alligatos, non dicit Evangeliſta: ſed ſumtum eſt ex eo, quod ſcribitur Luc. 2. quod mater reclinavit infantem recens natum in præſepio. Et ex eo, quod legitur Eſ. 1. *cognovit bos poſſeſſorem ſuum,*

&

Indocta turba ſcilicet,
Adoret 11 *excors natio,*
Vis cujus in 12 *paſtu ſita eſt.*
13 *Sed cum fideli ſpiritu*
Concurrat ad præſepia
Pagana gens, & 14 *quadrupes;*
15 *Sapiatque, quod brutum fuit;*
Negat patrum 16 *proſapia,*
17 *Peroſa præſentem DEUM.*
18 *Credas* 19 *venenis ebriam,*
Furiisve 20 *lymphatam rapi.*
Quid prona per ſcelus ruis?
Agnoſce, ſi quidquam tibi
Mentis 21 *reſedit integræ,*

& aſinus præſepe Domini *ſui*. 11. AE. quæ per aſinum intelligitur & bovem. l. inſenſata. 12. l. quia tantum de comeſtione curant. AE. quia nihil habent rationis, ſed causâ ventris moventur. 13. AE. ſenſus eſt, quod *pagani*, h. e. Magi, qui erant Perſæ, venerunt adoraturi Chriſtum & quadrupedes etiam cognoverunt poſſeſſorem ſuum. 14. l. pecora vel pecorina. 15. l. intelligat. 16. l. progenies Judæorum. AE. poſteritas Patriarcharum. 17. AE. quia in Bethlehem natus eſt, q. d. in media Judæa. 18. l. ô lector. 19. AE. qs. veneficio mentem alienatam habere. 20. l. furentem. AE. furioſam, tractum â canibus rabie percitis: qui lympham i. aquam fugiunt. Unde â Græcis hydrophobi vocantur, i. aquam timentes. 21. AE. remanſit, h. e. ſi tota non abiiſti in inſaniam.

22 Ducem ſuorum principum.
23 Hunc, quem latebra & 24 obſtetrix,
Et virgo feta, & cunulæ,
Et imbecilla infantia
Regem 25 dederunt 26 Gentibus,
Peccator, intuebere
Celſum coruſcis nubibus,
Dejectus ipſe & 27 irritus
Plangens reatum fletibus:
Cum vaſta ſignum 28 buccina
Terris cremandis miſerit,
Et 29 ſciſſus axis cardinem
Mundi ruentis ſolverit:
Inſignis ipſe & præminens
30 Meritis rependet congrua:

22. AE. ex eo, quod ſupra dixit ex autoritate Prophetæ Mich. 5 v. 2. *ex te exibit dux, qui regat populum meum Iſraël.* 23. N. *hunc quem latebra & obſtetrix*) *latebra & obſtetrix* Oxonius, Rottendorphius & duo Torrentiani cum Altiaio. 24. AE. atqui nulla legitur obſtetrix interfuiſſe in ortu Chriſti: ſed ipſa virgo ſibi ipſi obſtetricata eſt. 25. I. oſtenderunt. Hic hunc lacuna eſt in Bongarſii codice. 26. AE. aut peculiariter gentilibus aut cunctis. 27. AE. nihil proficientibus. 28. AE. ut Apoſtolus dicit, 1. Cor. 15. *omnes quidem reſurgemus in momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba.* Et. 1. Theſſ. 4. *ipſe Dominus in tuba* Dei *deſcendet de cælo.* 29. AE. non quod mundus ſolvendus eſt, ſed quod in aliam formam mutandus. 30. AE. bonis aut ma-

Hic lucis uſum perpetis,
Illis Gehennam & Tartarum.
Judaea, tunc fulmen crucis
Experta, qui ſit, 31 ſenties:
30 *Quem, te 33 furoris Praeſule*
34 *Mors hauſit, & mox reddidit.*

ſis. Nam *demeritum* latine non dicitur pro eo, quod opponitur benemerito. 31. AE. non ſimpliciter, ſed cum maximo dolore. 32. AE. Chriſtum. 33. AE. ſubaudi, ô Judaea, quae per furorem Chriſtum crucifixiſti. 34. AE quia de eo dixit Propheta: *ero mors tua, ô mors, morſus tuus, inferne.* Et illud, quod Eccleſia canit: *qui mortem noſtram moriendo deſtruxit.*

XII. HYMNUS EPIPHANIAE. 1.

ARGUMENTUM.

CAnendum eſt hoc carmen in feſto Epiphaniae. Multa in laudem ſtellae dicit: ex qua Magi cognovere Chriſtum eſſe natum, & qua duce, ut illum adorarent, in Bethlehem venerunt, quem locum laudibus effert quod fuerit Chriſti genitale ſolum: Deinde infantium occiſionem proſequitur. Et Chriſtum in Moſe dicit fuiſſe figuratum: ponitque utriuſque multas convenientias. Et tandem omnes ad Chriſti laudes hortatur indifferenter.

Qui-

Quicunque Chriſtum [2] quæritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit viſere
[3] Signum perennis [4] gloriæ.
Hæc ſtella, quæ Solis [5] rotam
Vincit decôre ac lumine,
Veniſſe terris nuntiat
Cum carne terreſtri DEUM.
Non illa ſervit noctibus,
[6] Secuta Lunam menſtruam:
Sed ſola cælum poſſidens
Curſum dierum temperat.
[7] Arctoa quamvis ſidera
In ſe retortis [8] motibus
[9] Obire nolint; attamen
Plerumque ſub nimbis latent.

1. H. ſic veteres. 2. Æ. ſicut Magi quærebant. 3. Æ. ſc. ſtellam. 4. Æ. Chriſti, qui eſt gloria Patris. 5. Æ. Currum. 6. AE. curſum noctis, cui Luna præeſt. Nam ad hoc creata eſt, ut præeſſet nocti, & quemadmodum Luna ſequitur Solem, ita & illam ſtellæ. 7. AE. duæ Arcti, h. major & minor. 8. AE. quia rotantur circa Polum mundi. 9. AE. Occidere; unde & *obitus ſtellarum* ſæpe pro occaſu illarum ponitur. Stellæ autem illæ vel conſtellationes nunquam occidunt nobis, ſed quamvis non occidant tamen per diem non videntur, ſubtrahente illas ſolis luce: & per noctem aliquando non apparent, quia ſubducuntur nubibus. Stella autem Chriſti index & per diem & per noctem

Hoc ſidus 10 *æternum manet:*
Hæc ſtella 11 *nunquam mergitur:*
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat 12 *obductam facem.*
13 *Triſtis cometa* 14 *intercidat,*
Et ſi quod aſtrum 15 *Sirio*
Fervet vapore: jam 16 *DEI*
Sub luce deſtructum cadat.
En 17 *Perſici ex orbis ſinu,*
Sol unde ſumit 18 *januam,*
Cernunt periti interpretes
Regale 19 *vexillum Magi.*
Quod ut refulſit, cæteri
Ceſſere ſignorum 20 *globi*

noctem ſemper lucebat. 10. Æ. Nomen pro adverbio, ſed hic non proprie ponitur, ſed pro perpetuo, dum ea fuit opus: Nam poſtea in ea eſt reſoluta, ex quibus fuit compoſita elementis. 11. Æ. ſicut aliæ ſtellæ. 12. I. coopertam, obductum vulnus dicimus clauſum. Æ. ſplendore. 13. Æ. quia triſte aliquid ſemper minatur. 14. Æ. pereat ſ. cedat. 15. Æ. Sirius ſtella eſt in ore Canis peſtilens; de qua Virg. 3. Æneid.

Tunc ſteriles exurere Sirius agros.

I. Syrius ſtella. Syro, traho inde Syria ſtella à longo tractu. 16. Æ. ſtella, quæ Deum natum demonſtrat. 17. Æ. Nam *Magi* & nomen eſt patriæ & nomen profeſſionis. Sunt enim *Magi* Perſarum populi, arti magicæ deditiſſimi. 18. I. Ortum. 19. I. Æ. ſignum. 20. Æ. quia ut Mathematici probant,

Nec pulcher eſt auſus ſuam
Conferre formam 21 *Lucifer.*
Quis iſte tantus, inquiunt,
Regnator, aſtris imperans;
Quem ſic tremunt cæleſtia,
Cui 22 *lux & æthra inſerviunt?*
23 *Illuſtre quiddam cernimus,*
Quod neſciat finem pati:
Sublime, celſum, 24 *interminum,*
Antiquius cælo & 25 *Chao.*
Hic ille Rex eſt Gentium
Populique Rex Judaici,
Promiſſus Abrahæ Patri,
26 *Ejuſque in ævum ſemini.*
27 *Æquanda nam ſtellis ſua*
Cognovit olim 28 *germina,*

bant, ſtellæ globoſæ ſive Sphæricæ ſunt. 21. Æ. *Quem* (ut Virg. inquit) *Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.* Et Ariſtoteles 5. Ethicorum: *Neque Lucifer neque Heſperus ita admirabilis, ut eſt juſtitia,* quam luci pulcherrime comparat. 22. AE. idem prope ſignificant; nam *æthra* ſplendor ætheris eſt. Virg. 3. AEneid. *Et lucidus æthrâ Siderea polus.* 23. Æ. ſtellam quæ deſignat Deum immortalem. 24. I. qui terminum non habebat. 25. Æ. ex quo Anaxagoras dixit, Deum cuncta creaſſe. I. chaos, confuſio elementorum quæ fuit in primordio. 26. Æ. poſteritati, cum dixit illi Deus: *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* 27. Æ. ex Gen. cap. 15. *Suſpice cælum & numera ſtellas, ſi potes; ſic erit ſemen tuum.* 28. Æ. ſuos nepotes.

29 *Primus ſator credentium,*
Nati immolator unici.
Jam flos ſubit Davidicus
30 *Radice Jeſſæ editus:*
Sceptrique per virgam virens
Rerum cacumen occupat.
Exin ſequuntur perciti
Fixis in altum vultibus,
Quà 31 *ſtella ſulcum traxerat,*
32 *Claramque ſignabat viam.*
Sed verticem pueri ſupra
1 *Signum pependit imminens,*
2 *Pronaque ſubmiſſum face*
Caput ſacratum 3 *prodidit.*
Vidêre quod poſtquam Magi,
Eoa promunt munera,
Stratique votis offerunt
Thus, myrrham, & 4 *aurum regium.*
Agnoſce clara inſignia
Virtutis ac regni tui,
Puer ô: cui 5 *trinam Pater*

potes. 29. Æ. qui primus Deo credidit. 30. Æ. ex eo, quod ſcribitur Eſ. cap. 11. Egredietur virga de radice Jeſſe. 31. Æ. Virg. 2. Æneid. *Tum longo limite ſulcus dat lucem.* 32. H. *claramque ſignabat viam*) *monſtrabat* Puteaneus nec aliter pro diverſa ſcriptura Oxonius, nil moto, mox *ſubnixum face* in Rottendorphio. 1. Æ. ſtella. 2. Æ. ſplendore ſtellæ ſubmiſſo. 3. Æ. oſtendit. 4. Æ. coronarium; & quod Regibus offertur. 5. Æ. tria inſignia futuræ virtutis tuæ: Nam ſignum eſt in-

doles

Prædeſtinavit indolem.
Regem Deumque adnuntiant
6 Theſaurus & fragrans odor
Thuris Sabæi: ac Myrrheus
Pulvis ſepulchrum prædocet.
Hoc hoc 7 ſepulchrum, quo, Deus
Dum corpus extingui ſinit,
Atque id ſepultum ſuſcitat,
Mortis refregit carcerem.
O ſola 8 magnarum urbium
Major Bethlem; cui contigit
Ducem ſalutis cœlitùs
9 Incorporatum gignere!
10 Altrice te, ſummo Patrè
Heres creatur unicus,
Homo ex Tonantis Spiritu,
Idemque ſub membris DEUS.

doles futuræ probitatis. Nam Chriſtus, homo Deus, rex & mortalis erat. 6. H. In Puteaneo, *Thenſaurus & flagrans odos.* Mox *at myrrheus*, in Oxonio bene, *ad myrrheus* in Putean. quod tantundem eſt vulgari, *ac*. 7. *Hoc eſt ſepulchrum*) In Puteaneo *Hac hoc eſt ſepulchrum*. Puto *Hoc hoc ſepulchrum*. Ablato verbo ſubſtantivo. 8. Æ. maxima; ut ſit comparativum pro ſuperlativo; ex eo quod ſcribitur Mich. 5. Et citatur ab Evangeliſta, Matth. 2. *Tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* 9. Æ. humanatum (ut dicunt Græci) à Spiritu S. 10. Æ. te procreante.

11 Hunc & 12 Prophetis teſtibus,
Iiſdemque ſignatoribus,
Teſtator & 13 ſator 14 jubet
15 Adire Regnum & 16 cernere.
Regnum, quod ambit omnia,
17 Dia, & marina, & terrea,
A Solis ortu 18 ad exitum,
Et 19 Tartara & cœlum ſupra.
Audit tyrannus anxius
Adeſſe Regum principem:
Qui 20 nomen Iſraël regat,
Teneatque David regiam:
Exclamat 21 amens nuntio:

11. Æ. ordo eſt, *Teſtator*, i. Deus Pater, qui teſtimonium Filio perhibuit, dicens, *hic eſt Filius meus dilectus, &c.* 12. Æ. ad illud alludit quod teſtes, qui adhibebantur teſtamento ſignabant illud Juvenal. *Me prior ille ſignabat.* 13. Æ. genitor. 14. Æ. Chriſtum. 15. Æ. juxta illud Matth. ult. *Mihi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra.* 16. Æ. diſcernere & judicare, ex eo, quod ſcribitur Joh. 5. *Pater omne judicium dedit Filio.* 17. Æ. aërea: unde *ſub dio & ſub Jove* dicimus aliquid fieri, i. ſub aëre vel ſub cœlo & non ſub tecto. 18. Æ. occaſum, quâ parte ſol exit à nobis. h. e. à noſtro hæmiſphærio 19. Æ. nam eò usque regnum Chriſti penetrat, dicente Apoſtolo ad Phil. cap 2. *Ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & inferorum.* 20. Æ. populum Judaicum, ut diximus ex Michea: *Ex te mihi egredietur, qui ſit Dominus in Iſrael.* 21. Æ. *amens*

Hero-

22 Succeſſor inſtat, 23 pellimur:
24 Satelles, i, ferrum rape:
Perfunde cunas ſanguine.
Mas omnis infans occidat:
Scrutare nutricum ſinus:
Interque materna ubera
Enſem cruentet 25 puſio.
Suſpecta per 26 Bethlem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus, ne qua furtim ſubtrahat
Prolem virilis indolis.
Transfigit ergo carnifex
27 Mucrone diſtricto furens.

Herodes) prorumpit in exclationem dicens: *Ego nuncio vobis, ô Judæi.* 22. AE. in regno. 23. AE. ſc. ex regno. 24. H. *Satelles, i, ferrum rape)* Hæc vera eſt ſcriptura, quam & Puteaneus adſtruit, & Thuanus cum Nomſio, quicquid turbatur ab aliis codicibus; ſic & in Apotheoſi v. 37. reſtituendum,

—— I, ſcriba, tripictis
Digere verſiculis.

25. Æ. puer: & ſunt caſus ſingulares pro pluralibus figuratè, uſitate etiam in ſacris literis, ut Exod. 8. *Venit muſca graviſſima in domos.* 26. Æ. unde erat Chriſtus oriturus, q. d. etſi in Bethleem natus eſt, quem ego timeo mihi ſucceſſurum; tutius tamen eſt, ut omnes pueri adimantur & infra bimatum pereant. 27. Æ. evaginato enſe. H. *deſtricto* opinor. etſi aliter libri. mox

Effuſa 28 nuper corpora,
Animasque 29 rimatur 30 novas.
Locum 31 minutis artubus
Vix interemtor invenit,
Quo plaga deſcendat patens,
32 Juguloque major pugio eſt.
33 O barbarum ſpectaculum!
Illiſa cervix cautibus
Spargit cerebrum 34 lacteum,
Oculosque per vulnus 35 vomit,
Aut in profundum palpitans
Merſatur infans gurgitem;
Cui ſubter artis faucibus
36 Singultat unda & halitus.
Salvete 37 flores Martyrum,
Quos lucis ipſo in 38 limine,

Quò plaga deſcendat cave immutes *deſcendit vulnus ad oſſa meum*, apud Naſonem. 28. Æ. paulo ante parta. 29. Æ. quaſi per rimas eruit & extrahit. 30. Æ. nuper in corpora infuſas. 31. Æ. qui adeo erant parvi, ut vix eſſet locus vulneri. 32. Æ parte colli anteriori, qua erat jugulandus. 33. Æ. ô crudele ſpectaculum. 34. Æ. lactantium infantium. 35. Æ. rejectat. 36. Æ. quia loco halitus ſuccedebat aqua; ex quo neceſſe erat ſingultus fieri. 37. Æ. primitiæ. 38. Æ. introitu vitæ. Virg. lib. 6.

Continuo auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ flentes in limine primo.

39. Æ.

Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu 39 *turbo naſcentes roſas.*
Vos prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener,
1 *Aram ánte ipſam ſimplices*

39. Æ. tempeſtas, 1. H. Synalæpha eſt: qua propter minime hæc adverſus codicum auctoritatem ſollicitanda. *Aram ante cujus*, Eraſmus. *Aram ſub ipſam.* Torrentius & Cauchius ex Apocalypſi. Hamartig. v. 354.

Ingenii peperit bona omnia conditor unus. ita ſcripti. & v. 700. in nonnullis.

Vade homo, adflatu noſtri prænobilis oris præfatione Pſychomachiæ,

Parente natus alto & ineffabili.

ex membranis. tum ipſa Pſychomachia v. 493.

- - - - mortalia cuncta
Occupat interitu, neq; eſt violentius ullum
Terrarum vitium. & v. 685:
Sciſſa procul palla ſtructum & ſerpente flagellum v. 834.
Panditur alta domus. Nullum hic ſtructile ſaxum. v. 902.
Ceſſiſſe ſtomacho: fervens bella horrida fervent
Oſſibus incluſa; fremit & diſcordibus armis.

Sic

[2] *Palma & coronis luditis.*
Quo proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem juvat?
Unus tot inter funera
Impune Chriſtus tollitur.
[3] *Inter* [4] *coævi ſanguinis*
[5] *Fluenta ſolus integer:*
Ferrum, quod orbabat nurus,
Partus feſellit virginis.
Sic [6] *ſtulta Pharaonis mali*
[7] *Edicta quondam fugerat,*
Chriſti figuram præferens
Moyſes [8] *receptor civium.*
[9] *Cautum & ſtatutum jus erat,*

Sic ſcripſi alibi plura. paulo poſt *quo proficit,* non *quid* Put. Ambroſ. Thuan. & Rottendorphius cum Cauchii libris. 2. Æ. quibus victores donabantur. 3. Æ. ordo eſt, ſolus partus virginis integer feſellit ferrum, i. fruſtratus eſt. 4. Æ. ejusdem ætatis. 5. Æ. fluctus ſangvinis. 6. Æ. hoc figuratum fuiſſe, dicit in Moſe, qui, (ut ſcribitur Exod. 2.) â filia Pharaonis educatus eſt; cum Rex præcepiſſet, quicquid maſculini ſexus natum eſſet: in flumen projici. 7. H. *edicta quadam* â ſecunda manu Puteaneus. 8. Æ. aſſertor vel recuperator ex Ægyptia ſervitute. 9. H. *Cautum & ſtatutum juſſerat*) *jus erat* omnino ſcribendum cum Putean. Ambroſ. & Rottendorphio. Cauchius conjiciebat paulo poſt *cautus ſtatuto juſſerat.* ac deinde idem pro *puerile pignus* corrigebat *virile pignus.* ut paulo ante *proles virilis indolis.*

Quo non liceret matribus,
Cum pondus alvi abſolverent,
Puerile pignus tollere.
Mens 10 obſtetricis ſedula
Piè in tyrannum 11 contumax,
Ad ſpem potentis 12 gloriæ
Furata ſervat parvulum:
Quem mox 13 Sacerdotem ſibi
Aſſumſit orbis conditor,
Per quem notatum ſaxeis
Legem tabellis traderet.
Liceatne Chriſtum noſcere
Tanti per exemplum viri?
Dux ille 14 caſo Ægyptio
15 Abſolvit Iſraël jugo.

---

indolis. ſed aliter membranæ. 10. Æ. aut mater Moſis, quæ pariens ſibi ipſi obſtetricata eſt; aut alicujus obſtetricis, quæ noluit prodere Pharaoni ortum pueri, ut Exod. cap. 1. legitur. ***Mens obſtetricis ſedula.*** i. obſtetrix ſedulæ mentis. 11. AE. non obediens illi, quod fuit pietatis opus. 12. AE. qui ſervabatur, ut per illum fierent Dei mirabilia. 13. AE. qui res divinas tractatet, & per quem populo legem daret, alioqui Aaron peculiaris Dei erat ſacerdos. 14. AE. de quo Exod. cap. 2. *vidit*, inquit,

Moſes virum Ægyptium percutientem
Quendam de Hebrais fratribus ſuis,
Quem percuſſum abſcondit in ſabulo.

15. Æ. expedivit ex Ægyptia ſervitute.

16. Æ.

At nos, ſubactos jugiter
Erroris imperio gravi,
Dux noſter 16 *hoſte ſaucio*
Mortis tenebris liberat.
17 *Hic expiatam fluctibus*
Plebem marino in tranſitu
Repurgat undis dulcibus,
1 *Lucis columnam præferens.*
2 *Hic præliante exercitu,*
3 *Panſis in altum brachiis,*
Sublimis Amalech premit,
Crucis quod inſtar tunc fuit.
Hic nempè 4 *JESUS verior?*

16. Æ. diabolo victo. 17. Æ. ſc. Moſes, qui populum per mare rubrum trajecit: per quod ſignificabatur baptiſma Chriſti, quod in dulcibus Jordanis aquis eſt poſtea conſecratum. 1. Æ. de qua luce Eſ. cap. 9. *populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.* & alludit ad *columnam*, quæ præcedebat Hebræos Exod. 13. & 33. 2. Æ. Exod. cap. 17. legitur quod *Iſrael pugnante contra Amalech in Raphidim, cum levaret Moſes manus vincebat Iſrael: ſi autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech*, quod ſignificabat Chriſtum, qui expanſis brachiis in cruce reportaturus erat victoriam ſuis. 3. H. *paſſis in altum brachiis*) *panſis* vetuſtiores omnes. pari modo & in Germani Arateis antiquiſſima quæ conſului, exemplaria. Et in Pſychomachia & præf. in Symm. *panſo carbaſo.* Cornibus oppanſis v. 410. 4. Æ. ſalvator, quia & alii *ſalvatores populi* dicebantur,

Qui 5 *longa poſt diſpendia*
Victor ſuis 6 *tribulibus*
7 *Promiſſa ſolvit jugera*
8 *Qui ter quaternas denique*
Refluentis amnis alveo

bantur, ſicut *Joſue*, qui æque dicebatur ſalvator, ſed illic à ſervitute corporis, hic à ſervitute animi liberavit. 5. Æ. multos annos tandem peperit veram libertatem. 6. Æ. quia venit ad ſalvandos, qui perierant de domo, vel qui erant, ex gente ſua ſive tribu: nam *tribules* dicuntur ex eadem tribu. 7. Æ. terram promiſſionis, quod Joſue fecit ut in libro Joſue legimus: ſed per terram promiſſionis nos terram viventium intelligimus, h. e. vitam æternam. 8. Æ. duodecim lapides, quos Joſue juſſit poni in medio Jordanis, cum trajecit flumen, de quo Joſ. cap. 4. per quos deſignantur duodecim Apoſtolorum nomina. H. *qui ter quaternas petras*) *quaternis petris* Eraſmus conjectabat, perperam. Eſt enim Epexegeſis, *ter quaterna petra Apoſtolorum ſtemmata.* Plura exempla congeſſimus ad præfat. Cathemerin. v. 26. infra.

Omneſque ſuſcipiunt tribus,
Biſſena fratrum ſemina.

Hamartigen. v. 243.

Tranſilit objectas præſcripta repagula ripas.

Quod perperam immutarant v. 789.

Chri-

Fundavit & fixit petram,
Apoſtolorum ſtemmate.
10 *Jure ergo ſe Juda ducem*
Vidiſſe teſtantur Magi,
Cum facta priſcorum Ducum
11 *Chriſti figuram pinxerint.*
12 *Hic Rex priorum Judicum,*
Rexère qui Jacob genus,
Dominæque Rex Eccleſiæ,

Chriſtigenam fœcunda domum Davidica regna
Edidit,

Ubi contra auctoritatem membranarum dederant *& Davidica regna.* v. 841.

Averſis ſedavit oculis poſt terga tenebras
Liquerunt miſeri properanda pericula mundi.

Quæ etiam interpolabantur vulgo. 9. Æ. quia omnis eccleſiæ nobilitas inde emanavit. 10 Æ. merito magi intellexerunt illum eſſe Regem mundi, cum viderent omnia, quæ dicta & facta ſunt per Prophetas, in illo compleri. 11, H. *finxerint* cum Eraſmo Thuaneus & Nomſius. 12. Æ. Rex Regum & Dominus dominantium. H. *prior eſt judicum* in Thuaneo, ut ſupra hoc ipſo hymno:

O ſola magnarum urbium major Betblehem.

Magnus diſcipulorum Pſychomachia v. 530. quod & illic immutarant, ut & paſſione Vincentii v. 294. *for-*

13 *Templi & novelli & priſtini.*
Hunc poſteri 14 Ephraim colunt,
Hunc ſancta Manaſſæ domus
Omneſque 15 ſuſpiciunt tribus,
Bis ſena fratrum ſemina.
Quin & 16 propago degener
17 *Ritum ſecuta incendiarum*
Quæcunque 18 dirum fervidis
19 *Baal caminis coxerat:*

fortisſimorum fortior. Et paſſione Agnes, & *quod dolorum tetrius omnium eſt.* Sed cum τὸ *prior eſt judicum* legibus metri adverſetur, exiſtimo à manu Prudentii fuiſſe, *hic Rex priorum eſt judicum.* Poſt *dominaque Rex eccleſiæ,* Cauchius *geminaque* qui in ſuis invenerat *noſtraque Rex eccleſiæ.* Mox *templi novelli & priſtini* Ambroſianus. 13. Æ. eccleſiæ & ſynagogæ. 14. Æ. literaturam ſequitur Græcam; cum ab Hebræis *Ephraim* dicatur. *Ephraim & Manaſſe* Filii Joſeph, quibus Jacob portiones æquas juſſit diſtribui cum reliquis filiis ſuis: qui erant duodecim, ut legitur Gen. 49. H. *hunc poſteri Ephraim*) *Effrem* vetuſtiores, ut ſit Synalæva. quod Prudentio familiare, deinde *Manaſſæ* malo quam *Manaſſe.* 15. Æ. venerantur ſicut è contrario deſpiciunt pro contemnunt. 16. Æ. non ſolum Jacob poſteritas Chriſtum colit, ſed & gentes, quæ colebant idola ceſſerunt illi. 17. Æ. religionem falſam dæmonum propago illa deſerit. 18. Æ. metallum aliquod in effigiem idoli conflaverat in caminis fervidis. 19. Æ. honorem & cultum dæmonum.

20 *Fumoſa avorum Numina,*
Saxum, metallum, ſtipitem,
Raſum, dolatum, ſectile,
In Chriſti honorem deſerit.
Gaudete, quidquid gentium eſt,
1 *Judæa, Roma, & Græcia,*
Ægypte, Thrax, 2 Perſa, Scytha,
Rex unus omnes poſſidet.
3 *Laudate veſtrum Principem,*
Omnes beati ac perditi,
Vivi, imbecilli, ac mortui:
Jam nemo poſthac 4 mortuus.

20. Æ. ſtatuas antiquas, Juvenal.

Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.

1. Æ. totum orbem intelligit per has nationes. 2. H. τὸ & tollendum cum melioribus, duæ conſonantes productam reddunt ſyllabam proxime præcedentem. Nihil frequentius in Prudentio occurrit. 3. Æ. omne genus hominum ad Chriſti laudem invitat. 4. Æ. *cui omnia vivunt*, ut canit eccleſia.

CATHEMERINON LIBRI
FINIS.

AURE-

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS IN LIBRUM PERI STEPHANON PRÆFATIO.

Inmolat DEO Patri
Pius, fidelis, innocens, pudicus,
Dona conſcientiæ;
Quibus beata mens abundat intus:

1 H. *immolat Deo Patri*) verſus hic qui initium carmini facit, quod Victor Giſelinus præfationis loco hymnis περὶ ςεφάνων jubet præfigi; ſecutus vetuſti codicis & Daventrienſis editionis, ut ait, fidem, in omnibus exemplaribꝰ noſtris deſideratur, ſi unum Rottendorphium excipimus, in quo exſtabat. Aſſentio tamen Giſelino revocanti eum poſtliminio, tum amoventi poſtremum hujus odes illum, *quo regente vivimus*. Idque cum Aldo Manutio, quem verſum tamen idem Rottendorphius cum Oxonio exhibebant, ut fortaſſe deſint nonnulla hujus carminis. Sed noſtrorum nullus martyribus dicato libro hanc oden proponebat. Certe nec in Puteaneo libro, nec in ſchedis Ambroſianis quæ initium & magnam partem hymnorum περὶ ςεφάνων complectebantur, apparebat. In Oxonio autem claudebat agmen poëmatum omnium Prudentianorum: ut & apud Aldum. In Rottendorphio inter libros adverſus Symmachum & dyptichon legebatur, quod auget ſuſpicionem,

Alter & pecuniam
Recidit, unde victitent egeni.
Nos citos jambicos
Sacramus & rotatiles trochaeos
Sanctitatis indigi,
Nec ad levamen pauperum potentes:
2 *Adprobat tamen* DEUS
Pedeſtre carmen, & benignus audit.
Multa divitis domo
Sita eſt per omnes angulos ſupellex.
Fulget aureus ſcyphus,
Nec ære deſit expolita pelvis:
Eſt & olla fictilis,
Gravisque & ampla argentea eſt 3 *parapſis.*
Sunt eburna quæpiam:
Non nulla quercu ſunt cavata & ulmo:
Omne vas fit utile,
Quod eſt ad uſum congruens herilem:
Inſtruunt enim domum,
Ut empta 4 *magno, ſic parata ligno.*

Dyptichon non eſſe fœtum noſtri Prudentii. Et ſic editiones nonnullæ, quæ dyptichi præfationem faciunt hanc oden, quomodo & Nomſianus codex. In Thuaneo *De opuſculis ſuis Prudentius: jambicum mixtum.* Rottendorphius quoque *incipit de opuſculis ſuis.* Aldus, *Ode in qua Poëta de ſe loquitur.* 2. I. laudat. 3. H. *paropſis) parapſis* in Oxonio & Thuano. In Rottendorphio *parabſis* monitum Pſychomachiæ v. 532. 4. I. ſc. pretio.

5. L. intra

Me paterno in 5 *atrio,*
6 Ut obſoletum vaſculum, 7 caducis
Chriſtus aptat uſibus;
Sinitque parte in anguli manere.
Munus ecce fictile
Inimus intra regiam ſalutis;
Attamen 8 vel infimam
DEO obſequelam præſtitiſſe prodeſt.
Quidquid illud 9 accidet,
Juvabit ore perſonaſſe CHRISTUM.

5. I. intra eccleſiam. 6. I. *obſoletum*) vitiis. H. *ut obſoletum vaſculis caducis*) *vaſculum caducis* noſtri. 7. I. vilibus. 8. I. etiam. 9. H. *quicquid illud accidit*) *accidet* in Thuaneo, rectius.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS
PERI STEPHANON LIBER.
HYMNUS I.

1. In honorem Sanctorum Martyrum Emeterij & Chelidonij Calagurritanorum.

ARGUMENTUM.

HOs duos martyres Calagurritanos fuiſſe, ſatis conſtat ex hymno, cujus initium eſt, *bis novem noſter*: ubi legitur *Calagurris ambos, quos veneramur.* Nam quod in quadam hiſtoria illorum legitur, fuiſſe Legionarios, i. ex Legione civitâte, ex errore ortum eſt; quoniam fuerunt milites, ex quadam imperatoria legi-

one. Vocati ſunt autem Emiterius & Chaledonius, ſ. ut in recentioribus libris legimus Hemiterius & Cheledonius ſ. Chelidonius. Æ.

2. SCripta ſunt 3 cælo 4 duorum Martyrum *vocabula* 5,
Aureis quæ Chriſtus illic annotavit literis:
5 *Sanguinis notis eadem ſcripta terris tradidit.*

1. H. expreſſimus Puteanei codicis ſcripturam: nec abludit Aldus, niſi quod ille *Emiterii & Chaledonii*. Ambroſianus *incipit Aur. Prudentii Clementis hymnus in laudem ſanctorum martyrum Emeteri & Chelidoni Calagoritanorum*. in eodem codice hic hymnus proxime ſubſequebatur martyrium Romani. Thuan. *Emateri & Cheledoni Calaguerritanorum*. In Rottendorphio, *Paſſio Hemetrii & Celedonii. Metrum Trochaicum*. In Altinio, *hymnus in honorem SS. martyrium Hemetrii*. &c. In reliquis codicibus nulla inſcriptio. 2. Æ. prima pars hujus carminis continet laudes martyrum, & loci in quo eorum corpora ſunt ſepulta; qui mirâ multorum populorum celebratione frequentatur, propter miracula, quæ ibi fiunt. Deinde ponit ipſorum vitam & martyrium. tum poſtea redit ad miracula. 3. Æ. juxta illud Luc. 10. *nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo* 4. Æ. quorum non ponit nomina, ſicut neque poſuit in hymno duodeviginti martyrum Cæſar auguſtanorum. 5 Æ. Literis ex ſanguine martyrii ſcriptis. ſ. characteribus. H. *ſanguinis notis & idem*) noſtis

eadem

6 Pollet hoc felix per orbem terra 7 Hibera 8 ſtemmate.
9 Hic locus dignus tenendis oſſibus viſus Deo,
Qui beatorum 10 pudicus eſſet 11 hoſpes corporum.
Hic calentes hauſit undas 12 cæde tinctus duplici.
Inlitas cruore ſancto nunc 13 harenas 14 incolæ
15 Confrequentant obſecrantes voce, votis, munere.
16 Exteri nec non & orbis huc colonus advenit:
Fama nam terras in omnes 17 percucurrit 18 proditrix,

---

eadem. Put. Ambr. Thuan. & ceteri noſtri cum Weitzianis omnibus & Aldo. Nec mutare Giſelinus debuit, quanquam conſuluiſſe legi metricæ poteſt videri. Ita tamen haud infrequenter Poëtæ horum temporum. Salmaſius locum Auſonii adſcripſerat, *victum, habitus, mores ſemper eadem habuit.* 6. *I.* ſplendet. 7. *I.* Hiſpanica. Æ. aut Hiſpana, quæ â Græcis dicitur *Iberia*; aut proprie *Ibera*, ubi eſt *Calaguris.* unde ſunt hi duo martyres; ut *noſtra Calagurris ambos, quos veneramur.* 8. Æ. coronâ, ut in Romano dicemus; vel pro nobilitate poſuit. 9. Æ. Calagurris Celtiberorum urbs. 10. Æ. caſtus & mundus. 11. Æ. qui recipit; aliàs qui recipitur. 12. Æ. ſangvine duorum martyrum effuſo. 13. *I.* ſepulchra 14. Æ. Calagurritani. 15. Æ. concelebrabant. 16. Æ. peregrinus. l. alienæ provinciæ. 17. H. *præcucur-*

His patronos eſſe mundi, quos precantes 19 *ambiant.*

Nemo 20 *puras hic rogando fruſtra* 21 *congeſſit preces:*

Lætus hinc terſis revertit ſupplicator 1 *fletibus.*

Omne, quod juſtum popoſcit, impetratum ſentiens.

Tanta pro noſtris periclis cura 2 *ſuffragantium eſt,*

3 *Non ſinunt, inane ut ullus voce* 4 *murmur fuderit:*

---

rit proditrix) *percucurrit* in noſtris omnibus. 18. Æ. manifeſtatrix; nam *prodere* eſt procul dare in hac ſignificatione. 19. Æ. ambitioſe obſervent. Sumtum verbum ab iis, qui ſuffragatores aſſectantur ad obtinendos magiſtratus. I. deſiderant. 20. Æ. honeſtas; nam tales eſſe debent, ſi volumus aliquid â Deo impetrare, ut etiam Perſius & Juvenalis dicunt. 21. I. cumulavit. 1. Æ. nam venerat flens & redit lætus, lacrymis abſterſis & exſiccatis. 2. Æ. martyrum, qui ſunt nobis apud Deum ſuffragatores. 3. H. *non ſinant*) ſic Nomſius & Rottendorphius ex noſtris. At vetuſtiores omnes, *non ſinunt*. Æ. ordo eſt, audiunt, ſc. preces ſupplicum, & *ſtatim ferunt preces ad Deum, ut non ſinant inane* i. vanum *murmur*, i. preces, ſubaudi, quas *fuderit ullus voce*, non altâ ſed ſuppreſſâ, juxta illud Perſii: *murmur humileſque ſuſurros tollere de templis.* 4. I. precem.

5. Æ.

Audiunt, ſtatimque ad aurem Regis aeterni ferunt,
Inde larga 5 *fonte ab ipſo dona terris influunt:*
Supplicum cauſas petitis 6 *quae medelis* 7 *irrigant.*
Nil ſuis bonum negavit Chriſtus unquam 8 *teſtibus:*
Teſtibus, quos nec catena, 9 *dura nec mors terruit,*
Unicum Deum fateri ſanguinis 10 *diſpendio:*
Sanguinis ſed tale damnum 11 *lux* 12 *rependit longior.*
13 *Hoc genus mortis decorum eſt, hoc* 14 *probis dignum viris;*

5. Æ. à DEO, quia, ut Jacobus in canonica ſcribit. cap. 1. *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.* 6. Æ. dona ſe. à Deo profecta. 7. Æ. fovent & recreant & ſanant morbos. Unde *cauſarii* dicuntur valetudinarii, ut Digeſtorum libro de re militari. *Cauſaria miſſio* eſt, quae propter valetudinem laboribus militiae ſolvit. 8. Æ. martyribus; nam *martyr* interpretatur teſtis. I. martyribus, nam martyres teſtes interpretantur. 9. H. *dura nec mors terruit*) *dura* Puteaneus & Thuanus cum Torrentii duobus, quod & Giphanius eſt amplexus. 10 Æ. jactura & damno mortis. I. in diſp. 11. Æ. vita immortalis. 12. Æ. recompenſat. 13. H. *Hoc genus mortis decorum eſt, hoc probis dignum viris*) *Hoc probrum* non incon-

15 Membra morbis exedenda, texta venis 16 languidis,
17 Hoſtico donare ferro, morte & hoſtem vincere.
Pulchra res, ictum ſub enſe perſecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum 18 porta juſtis panditur:
Lota mens in fonte 19 rubro, 20 ſede cordis exſilit.

cinne conjiciebat Cauchius. cum in vetuſto codice *probum* reperiſſet· ſed aliter noſtri. Deinde omittunt τὸ *eſt* Egmondanus & Palatinus Weitzii, ex noſtris Putean. Altin. Rottendorphius ac Nomſius. Et ſunt admodum familiares Prudentio hi hiatus, ſic ut pene ſingulis pagellis, eorum aliquod veſtigium atque exemplum occurrat. Qua de re jam copioſe egimus Cathemerinon hymno XII. v. 131. Salmaſius ex hymno Bedæ ſimile exemplum proferebat, *hymnum dicat turba fratrum, hymnum cantu perſonet.* 14. I. probatis, bonis, & dicitur probus q. probitate vel bonitate probatus. 15. Æ. ordo eſt. donare ferro hoſtili membra texta & compacta. 16. Æ. ægrotantibus, quæ aliâs erant conſumenda morbis 17. H. *hoſtico domare ferro*) *donare* Aldus cum ſcriptis noſtris, quod eſt multo elegantius. mox iidem *mortem & hoſtem vincere*, I. hoſticus & hoſtilis unum ſunt. 18. Æ. per quam intratur ad cœli aulam. 19. Æ. in ſangvinis baptiſmate, quod eſt unum de tribus, quæ dant teſtimonium in terris· I. ſangvinis. 20. Æ. quia ex corde exeunt cogitationes. Matth. cap. 15.

Nec 21 rudem crudi 22 laboris ante vitam duxerant

Milites, quos ad 23 perenne cingulum Chriſtus vocat.

24 *Sueta virtus bello & armis, 25 militat 26 ſacrariis.*

Cæſaris vexilla linquunt, eligunt ſignum 27 Crucis:

---

21. I. in conſvetam Æ. incipit vitam martyrum narrare; nam antea, quam militarent Chriſto, militaverant Cæſari. 22. I. qui antea bene vixerant, ſed excocti diverſis ſuppliciis. 23. I. milites cingulo utebantur. *cingulum*) coronam. Æ. nam antea erant ornati baltheo i. cingulo militari, quod erat inſigne militiæ, nunc autem ſunt ornati baltheo ſive cingulo æternitatis, quod eſt inſigne militum Chriſti. 24. Æ. fortitudo exercitata bello ſeculari. I. ante ea. 25. H. *militat ſacrariis*) *nunc fidei militat* in Puteaneo à manu prima. Certe ſecunda in *fidei* ſyllaba paſſim producitur, pari modo in poëmatis D. Paulini. Etiam apud Lucretium lib. 5. *Via quà munita fidei*, adi notas Franciſci Jureti ad lib. 1. Paulini de vita B. Martin. n. 6. Salmaſius huic loco adſcripſerat, videndum eſſe Bedam de metris, additis ex Paulino locis duobus, *orbe cum ſancta pia pars fidei* & *diſcutiebat ovans galea ſcutoque fidei*, mox Thuaneus *in ſigno lignum*. Sed *ſignum crucis* jam præceſſit. Putabam aliquando *inſigne ligni*. I. nunc gladio Spiritus. 26. I. Chriſti templis. Æ. Chriſto. 27. Æ. pro ſignis & vexillis Cæſaris.

28

15 Membra morbis exedenda, texta venis 16 languidis,
17 Hoſtico donare ferro, morte & hoſtem vincere.
Pulchra res, ictum ſub enſe perſecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum 18 porta juſtis panditur:
Lota mens in fonte 19 rubro, 20 ſede cordis exſilit.

cinne conjiciebat Cauchius, cum in vetuſto codice *probum* reperiſſet: ſed aliter noſtri. Deinde omittunt τὸ *eſt* Egmondanus & Palatinus Weitzii, ex noſtris Putean. Altin. Rottendorphius ac Nomſius. Et ſunt admodum familiares Prudentio hi hiatus, ſic ut pene ſingulis pagellis, eorum aliquod veſtigium atque exemplum occurrat. Qua de re jam copioſe egimus Cathemerinon hymno XII. v. 131. Salmaſius ex hymno Bedæ ſimile exemplum proferebat, *hymnum dicat turba fratrum, hymnum cantu perſonet.* 14. I. probatis, bonis, & dicitur probus q. probitate vel bonitate probatus. 15. Æ. ordo eſt. donare ferro hoſtili membra texta & compacta. 16. Æ. ægrotantibus, quæ aliâs erant conſumenda morbis 17. H. *hoſtico domare ferro*) *donare* Aldus cum ſcriptis noſtris, quod eſt multo elegantius. mox iidem *mortem & hoſtem vincere*, I. hoſticus & hoſtilis unum ſunt. 18. Æ. per quam intratur ad cœli aulam. 19. Æ. in ſangvinis baptiſmate, quod eſt unum de tribus, quæ dant teſtimonium in terris. I. ſangvinis. 20. Æ. quia ex corde exeunt cogitationes. Matth. cap. 15.

Nec 21 rudem crudi 22 laboris ante vitam duxerant

Milites, quos ad 23 perenne cingulum Chriſtus vocat.

24 Suetæ virtus bello & armis, 25 militat 26 ſacrariis.

Cæſaris vexilla linquunt, eligunt ſignum 27 Crucis:

21. I. in conſvetam Æ. incipit vitam martyrum narrare; nam antea, quam militarent Chriſto, militaverant Cæſari. 22. I. qui antea bene vixerant; ſed excocti diverſis ſuppliciis. 23. I. milites cingulo utebantur. *cingulum*) coronam. Æ. nam antea erant ornati baltheo i. cingulo militari, quod erat inſigne militiæ, nunc autem ſunt ornati baltheo ſive cingulo æternitatis, quod eſt inſigne militum Chriſti. 24. Æ. fortitudo exercitata bello ſeculari. I. ante ea. 25. H. *militat ſacrariis*) *nunc fidei militat* in Puteaneo â manu prima. Certe ſecunda in *fidei* ſyllaba paſſim producitur, pari modo in poëmatis D. Paulini. Etiam apud Lucretium lib. 5. *Via quâ munita fidei*, adi notas Franciſci Jureti ad lib. 1. Paulini de vita B. Martin. n. 6. Salmaſius huic loco adſcripſerat, videndum eſſe Bedam de metris, additis ex Paulino locis duobus, *orbe cum ſancta pia pars fidei* & *diſcutiebat ovans galea ſcutoque fidei*, mox Thuaneus *in ſigno lignum*. Sed *lignum crucis* jam præceſſit. Putabam aliquando *inſigne ligni*. I. nunc gladio Spiritus. 26. I. Chriſti templis. Æ. Chriſto. 27. Æ. pro ſignis & vexillis Cæſaris.

Proque 28 ventoſis 29 draconum, quos gerebant, 30 palliis,
Præferunt inſigne 31 lignum, quod draconem ſubdidit.
32 Vile cenſent, 33 expeditis ferre dextris ſpicula:
Machinis murum ferire, caſtra foſſis cingere,
Impias manus cruentis inquinare ſtragibus.
34 Fortè tunc atrox ſecundos Iſraëlis 35 poſteros
Ductor aulæ 36 mundialis ire ad aram juſſerat;

28. Æ. quæ vento agitantur, vel potius *ventoſis*, i. vanis & ſuperbis. 29. I. quia vexilla Regum erant in modum draconũ vento in ſe recepto. Æ. quæ erant inſignia vexillorum cum aquilis; unde *ſigniferi* & *anteſignani*, tum *aquiliferi* tum *draconarii* dicebantur. Vegetius autor eſt lib. 1. *quid*, inquit, *ipſi draconarii atque ſigniferi, qui ſiniſtra manu haſtas gubernabant.* Claudianus in Epithalamio: *ſtent bellatrices aquilæ ſævique dracones.* Idem de tertio conſulatu Honorii: *involucres tollunt aquilas, hi picta draconum colla levant.* 30. Æ. velis, ſive vexillis & ſignis. 31. Æ. ſc. crucis; quod per Chriſti paſſionem *draconem* i. diabolum, qui ſub ſpecie ſerpentis Evam decepit. 32. Æ. turpe negotium, exercere officia militaria, quæ ſubdit. I. ſc. eſſe. 33. I. in paratis vel porrectis. 34. Æ. ordo eſt, ductor atrox, i. crudelis princeps. 35. Æ. Chriſtianos, qui in locum filiorum Iſraël ſubſtituti ſunt ex gentilibus, ideoque dixit *ſecundos*, quia primis ſucceſſerunt. 36. Æ. imperii Rom.

quod

Idolis 37 litare nigris, eſſe Chriſti 38 defugas.
Liberum 39 ſuccincta ferro peſtis urgebat 40 fidem:
41 Illa virgas, & ſecures, & 42 biſulcas 43 ungulas
Ultro fortis 44 expetebat, Chriſti amore interrita. 45
Carcer illigata 45 duris colla 46 bacis impedit.
1 Barbaras forum per omne tortor exercet manus:

quod erat ſeculare, ut more religionis noſtræ loquamur. 37. Æ. ſacrificare improprie; nam *litare* eſt ſacrificio impetrare. 38. Æ. perfugas ſive transfugas, ſunt autem qui ſe ad hoſtes in bello transferunt. *I.* defuga vel refuga vel perfuga vocatur, qui ſignum reliquit & ad alium confugit. 39. Æ. perſecutor armatus. 40. Æ. quæ facit homines liberos, vera libertate, ſicut è contrario, qui facit peccatum ſervus eſt peccati. 41. Æ. ſc. fides Chriſtianorum. I. fides. 42. Æ. bidentatas. 43. *I.* genus tormenti, quo corium martyribus detrahebatur. 44. I. deſiderabat. 45. H. duris, colla *bojis impedit*) *bacis* hic denique noſtri & Torrenti anus unus cum Aldo, de quo præfat. in Pſychom. v 33. 46. Æ. *bacca* quod genus ſit vinculi non legi: forte legendum eſt *bojis*. Eſt autem *boja* genus vinculi tam lignea quam ferrea Plautus in Aſin. *nervos, catenas, carceris numellas, pedicas, bojas*. Uſus eſt eodem vocabulo in Prologo Pſychom. dicens: *attrita baccis colla liber erigit.* *I.* boja & baga unum ſunt, bacæ Plural. ſunt catenæ. 1. Æ. crudeles.

2. Æ.

2 Veritas crimen putatur: vox fidelis 3 plectitur:
Tunc & enſe 4 caſa virtus triſte 5 percuſſit ſolum,
Et 6 rogis 7 ingeſta mœſtis ore flammas ſorbuit.
8 Dulce tunc juſtis cremari; dulce ferrum perpeti.
Hic 9 duorum cara fratrum 10 concaleſcunt pectora:
Fida quos per omne tempus, junxerat 11 ſodalitas.
Stant parati ferre, quidquid ſors tuliſſet ultima:
Seu foret præbenda cervix ad 12 bipennem publicam,
13 Verberum poſt vim 14 crepantum, poſt 15 cataſtas igneas;

2. Æ. religio Chriſtiana. 3. I. punitur, condemnatur. 4. Æ fidelis cæſus. 5. Æ. ſc. cadens in terram, quod triſte ſpectaculum præbebat. 6. Æ. *rogis*) quia multi ex martyribus uſtulati ſunt. 7. I. facie. Æ. ſc. virtus illa. 8. I. dulcis res fuit. 9. Æ. in perſecutione illa, *duorum*) ergo hi duo martyres fratres erant. 10. H. ſic noſtri. nec audio Giphanium reponentem *convaleſcunt. Corda Chriſto calefacta* paſſione B. Cypriani. *Incenditque fidem calore Chriſti* paſſione B. Fructuoſi. *Concaluiſſe Dei flatu*, Hamart. v. 183. 11. I. ſodales dicuntur, q. ſimul edales, i. ſimul comedentes. 12. Æ. quia conſulum & prætorum inſignia erant virgarum & ſecurium faſces. 13. Æ poſt virgarum verbera. 14. Æ. ſonantium, cum plagas inferunt. 15. I. genus tormenti, i. lecti ferrei, quibus

Sive 16 pardis offerendum pectus, aut leonibus.
17 Noſne 18 Chriſto procreati 19 Mammonæ dicabimur,
Et Dei formam gerentes ſerviemus 20 ſæculo?
Abſit, ut 21 cæleſtis ignis ſe tenebris miſceat.
Sic ſatis, quod 22 capta primo vitæ ſub 23 chirographo,
Debitum perſolvit omne 24 functa rebus Cæſaris.
Tempus eſt Deo 25 rependi 26 quidquid eſt proprium DEI.

bus impoſiti martyres, ignis ſupponebatur. Æ. cum ſit *cataſta* carcer, ubi venales ſervi ſunt expoſiti venditioni, dicta à Cataſtao, quod eſt, expono; in vita martyrum ponitur pro quodam genere tormenti ſive vinculi, & forte pro *igneas* legendum eſt *ligneas*. 16. Æ. ſunt mares in genere Pantherarum, Pardi ſicut fœminæ dicuntur variæ. 17. Æ. verba ſunt martyrum. 18. Æ. cultui chriſtiano geniti. 19. I. dæmoni vel divitiis mundanis. Æ. diabolo rebusque mundanis. Eſt autem *Mammona* lingua Syriſca ſive Aramæa pecunia ac divitiæ, quarum dominus videtur eſſe diabolus; videturque Poëta alludere ad illud Matth. 6. *non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* 20. H. *idolo* malebat Cauchius; nil neceſſe. 21. Æ. 2. Cor. 6. *quæ participatio lucis ad tenebras.*? I. anima. 22. Æ. forte legendum *cœpta.* 23. I. manualis conſcriptio. Æ. ſub militari ſacramento, quo eramus addicti prius Imperatori. 24. Æ. officio debito Cæſari. 25. Æ. reddi & reſtitui juxta illud Matth. 22. *reddite,*

quæ

ite, ſignorum 27 Magiſtri: & vos 28 tribuni 29 abſiſtite.

Aureos auferte 30 torques, 31 ſauciorum 32 præmia:

Clara nos hinc Angelorum jam vocant 33 ſtipendia.

Chriſtus illic 34 candidatis præſidet cohortibus,

Et throno regnans ab alto damnat 35 infames Deos,

Vosque, qui ridenda vobis monſtra divos fingitis.

Hæc loquentes, obruuntur mille pœnis Martyres:

Nexibus manus utraque flexus 36 involvit 37 rigor,

---

quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; &, quæ Dei, Deo. 36. H. ſic vetuſtiores duo totidem. alii verbum ſubſtantivum non habent. Weitzius cum Cauchio, *quicquid eſt ſuum Dei.* Deinde ex iisdem ſcriptis, *& vos tribuni abſiſtite:* 27. Æ. ſigniferi & draconarii. 28. Æ. ſc. militum: qui erant præfecti legionum. 29. I. & Æ. diſcedite. 30. I. circulos Æ. inſignia militaria, quæ dantur pro vulneribus in prœlio acceptis pro munere. 31. I. infirmorum. 32. I. quæ ſunt. 33. AE. dantur militibus, quia *nemo militat ſuis ſtipendiis.* 34. Æ. veſte candida indutis, unde & eccleſia canit; *Te martyrum candidatus laudat exercitus.* 35. I. ſine bona fama ingloriofos. 36. Æ. impedit. 37. Æ. rigidum ferrum & durum, flexum in catenas & vincula. I. duritia.

38. I.

Et 38 chalybs attrita colla gravibus ambit 39 circulis.
O 40 vetuſtatis ſilentis 41 obſoleta oblivio!
42 Invidentur iſta nobis, fama & ipſa extinguitur.
Chartulas blaſphemus olim nam ſatelles abſtulit,
Ne 43 tenacibus libellis erudita ſæcula,
Ordinem, tempus, modumque paſſionis proditum,
Dulcibus linguis per aures poſterorum 44 ſpargerent.
Hoc tamen ſolum vetuſta 45 ſubtrahunt ſilentia,
46 Jugibus longum catenis an capillum paverint:

38. I. ferrum. chalybs græc. ſiros. 39. Æ. catenarum anulis. 40. Æ. dicit Poëta, quod multa ſunt martyres perpeſſi, quæ ſcripta fuerunt de miraculis, quæ in eorum morte ſunt facta, ſed obliterata ſunt â ſatellitibus & miniſtris, ne proderentur in ipſorum confuſionem. 41. Æ. quæ facit res obſoleſcre & in deſvetudinem tendere. I. inveterata. 42. Æ. illi inviderunt nobis tantam gloriam; ideo conconcremaverunt ſcripta. 43. Æ. ſc. memoriæ rerum geſtarum. 44. Æ. divulgarent. 45. Æ. quanquam cetera obſoleverunt; hoc unũ miraculum quod ſtatim ſubjungit non potuit obliterari. 46. Æ non conſtat, quo mortis generi ſint affecti; mortui ſint in catenis, & nutrierunt longum capillum & barbam: reſtituimus autem ordinem verſuum qui e-

Quo viros dolore tortor, 1 quave pompa ornaverit.
Illa laus occulta non eſt, nec ſeneſcit tempore,
Miſſa quod ſurſum per auras evolarunt munera,
Quæ viam 2 patere cœli præmicando oſtenderent.
Illius fidem figurans, nube fertur 3 anulus:
Hic ſui dat pignus oris, ut ferunt, 4 orarium:
Quæ ſuperno rapta flatu lucis intrant 5 intimum.
Per poli 6 liquentis axem fulgor auri abſconditur,
Ac diu 7 viſum ſequacem textilis candor fugit:
Subvehuntur uſque in aſtra, nec videntur amplius,
Vidit hoc conventus adſtans: ipſe vidit carnifex;
Et manum repreſſit 8 hærens, ac ſtupore 9 oppalluit:
Sed tamen 10 peregit ictum, ne periret gloria.

rant confuſi, & turbabant ſenſum. 1. H. *quare pœna ornaverit*) *quave pompa* in præcipuis noſtris, & placet, tanquam de victimis agat. In Thuaneo, *quave pœna ornaverit*. 2. *l.* illis. 3. l. qui ſignat fidem ſine fine figurans. 4. l. ab ore, i. ſudarium. 5. l. ſecretum. 6. l. liquidi vel ſereni. 7. hominum 8. Æ. dubitans, an gladio percuteret, præpeditus ſtupore. l. dubitans. 9. H. nil mutandum. Stant pro hac lectione noſtri. Adi annotat. ad Pſychom. v. 410. 10. Æ. percuſſit, truncavitq; martyres, quod eſt contrarium ei, quod ſupra dixerat; ſed illic fortaſſe loquebatur de tormẽtis citra mortem,

hic

11 Jamne 12 credis, bruta quondam 12 Vaſconum gentilitas,
Quam ſacrum 13 crudelis error immolarit ſanguinem?
Credis, 14 in Deum relatos hoſtiarum 15 ſpiritus?
16 Cerne, quàm palàm feroces hic domentur dæmones:
Qui lupino capta ritu 17 devorant præcordia,
Strangulant mentes & ipſas, ſeque miſcent 18 ſenſibus.
Tunc, ſuo jam plenus hoſte, 19 ſiſtitur furens 20 homo;
Spumeas efflans ſalivas, 21 cruda torquens lumina,
22 Expiandus 23 quæſtione non ſuorum 24 criminum.

hic vero de mortis genere. 11. H. *credes* in Thuaneo. Mox *domentur dæmones* Puteanus & Cauchius, at in aliis pleriſque domantur. 12. Æ. qua Calagurris in Vaſconibus Celtiberis ſita. 13. Æ. quia per errorem hoc fecerunt; quia dicit Apoſtolus; *ſi Dominum gloriæ cognoviſſent, nunquam illum crucifixiſſent.* 14. I. pro, ad. 15. I. animas. Æ. horum martyrum animas, qui ſe Deo obtulerunt hoſtias immolatas. 16. Æ. ſi non credis hoc, crede ſaltem miraculis. 17. Æ. torquent homines, 18 Æ illos perturbando. 19. Æ. à dæmone poſſeſſus. 20 Æ. ponitur ante martyrum ſepulcra 21. Æ. oculos torvos. 22. Æ. ſc. dæmoniacus purgandus, & liberandus à dæmonis poteſtate. 23. examinatione. 24. Æ. quia illud crimen non eſt hominis,

 minis,

audiat, nec tortor 25 adſtat, 26 ejulatus flebiles:
Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur;
27 Creſcit & ſuſpenſus ipſe, vinculis latentibus.
His modis ſpurcum 28 latronem Martyrum virtus quatit:
Hæc coërcet, torquet, urit: hæc catenas incutit:
Prædo vexatus relictis ſe medullis exuit.
Linquit illæſam 29 rapinam: faucibus ſiccis fugit:
Ungue 30 ab imo uſque ad capillum ſalva reddit omnia,
31 Confitens ardere ſeſe: nam Gehennæ eſt incola.
Quid loquar, purgata longis 32 alba morbis corpora?

minis, ſed dæmonis. 25. H. *inſtat* in Nomſio *adſtat* jam præceſſerat. *Inſtat* etiam Cauchianæ ſchedæ. 26. Æ. ſc. dæmonum cum torquentur virtute martyrum ut inde exeant, cum non videatur tortor. 27. I. tumeſcit, Æ. extenditur ſuſpenſus. 28. Æ. dæmonem. 29. Æ. translatio eſt ſumta ex lupis, qui relinquunt rapinam incruentam & abeunt faucibus ſiccis. Virg. 2. Æneid. *Lupi ceu raptores, catulique relicti faucibus expectant ſiccis.* 30. Æ. pedum. 31. Æ. quia non poteſt diſſimulare. 32. Æ. pallida, qualia ſunt ægrotantium. Perſius: *atque albo ventre lavatur*, 33. Æ. febrem præcedens horripilium. I. febris. H. *Algidus cum decolores horror artus concutit*) *decolores* noſtri

duo

33 Algidus cum 34 decolores horror artus concutit:
Hic 35 tumor vultum relinquit, hic color verus redit.
Hoc bonum Salvator ipſe, quo fruamur, præſtitit,
Martyrum cum membra 36 noſtro conſecravit oppido:
37 Soſpitant quæ nunc colonos, quos 38 Hiberus 39 alluit.
State nunc, 40 hymnite, matres, pro receptis parvulis:
Conjugum ſalute læta vox maritorum ſtrepat:
Sic dies hæc feſta nobis, ſit ſacratum gaudium.

duo. vetuſtiores cum Weitzii Egmondano. Sic ex ſcriptis *unicolora anima* Hamartig. v. 821. 34. Æ. quia correptis frigore color mutatur. 35. Æ. pingue illud non ſolidum, ſed inane, quo ægrotantes tument. 36. Æ. Calagurri, ſed quomodo noſtro, ſi Prudentius Cæſarauguſtanus eſt? an noſtro. i. Hiſpano, an Celtibero, ad quod Calagurris à Cæſarauguſta non multum diſtat. 37. Æ. à morbis liberant. 38. I. fluvius Hiſpaniæ. 39. I. influit. 40. I. canite. Æ. *hymniſtæ*) hymnum cantantes pro ſalute filiorum & maritorum, hymniſtas dixit matres, ſicut in Pſychomachia *Sodomita libido*. H. *ſtate nunc hymnite matres*) ita ſcripti præſtantiores conſtanter nec muta. Cauchius conjiciebat perperam, *clara nunc hymniſtriarum*.

HYMNUS II.

In honorem paſſionis Laurentij beatiſſimi Martyris. 1.

ARGUMENTUM.

IN prima carminis parte Prudentius gratulatur Romæ, quod Laurentio duce expulerit Deos gentilium. Deinde à Xiſto martyrium ſibi prædictum narrat, & quomodo ſpe theſaurorum Eccleſiæ præfectum urbis deluſit: & tandem igni impoſitus animam exhalavit; tum demum iterum gratulatur urbi, & celebritatem, cum oſſa martyris commemorat. Æ.

ANtiqua 2 fanorum 3 parens,
Jam 4 Roma Chriſto 5 dedita,
Laurentio victrix duce
6 Ritum 7 triumphas 8 barbarum.

1. H. ſic Put. & Oxonius, qui & in inſcriptionibus horum hymnorum paſſim conveniunt porro. eoſque duximus ſequendos eſſe nobis, adeo quidem, ut ubi Puteaneus deficit, Oxonium ſimus expreſſuri. In Thuano, *incipit paſſio Laurentii beatiſſimi Martyris.* 2. l. idolorum, fana, dicta templa, ab eo quod eſt fano, i. vox i. à reſponſis, Æ. templorum diis dicatorum fabricatrix. 3. l. mater. 4 l. tu. 5. l. tradita. 6. Æ. religionem deorum falſam. 7. l. vincis H. *ritum triumphas*) ſic malo cum Put. & Ambroſ. & Aldo, quam cum cœteris.

9 Reges ſuperbos viceras,
Populoſque 10 frenis preſſeras:
Nunc 11 monſtruoſis idolis
Imponis imperij jugum.
Hæc ſola deerat gloria
Urbis 12 togatæ 13 inſignibus,
Feritate 14 capta gentium,
Domaret ut ſpurcum Jovem,
Non turbulentis 15 viribus
Coſſi, 16 Camilli, aut 17 Cæſaris;
Sed Martyris Laurentij,

ris noſtris *triumfans.* 8. gentilem 9. Æ. ſenſus eſt; quod prius ſub falſa regilione vicit orbem terrarum; nunc ſub Laurentio vincit Deos falſos. 10. l. legibus. 11. l. terribilibus. 12. l. nobili pacificatæ. Æ. ex Virgil.

Romanos rerum Dominos gentemque togatam.

13. l. ornamentis, cum abſolutum eſt; cum adjectivum glorioſis. Æ. victoriis de orbe toto partis. 14. Æ. poſt barbaros domitos & captos. 15. Æ. Cornelius Coſſus tribunus militum bello cum Vegentibus habito, Tolumnium eorum Regem occidit, ſpoliaque opima de eo Jovi Feretrio detulit ſecundus poſt Romulum. 16. Æ. M. Furius Camillus, qui Capitolium à Gallis Senonibus obſeſſum liberavit; de quo Virg. *referentem ſigna Camillum.* l. *Coſſi, Camilli,*) duorum ducum. Coſſus Afrorum lingua rugoſus, Camillus ingenuus. Coſſi, ducis: Camilli, conſulis. 17. Æ. qui ſingu-

18 Non incruento prælio.
Armata pugnavit Fides,
Proprij cruoris 19 prodiga:
Nam morte mortem diruit,
Ac 20 ſemet impendit ſibi.
21 Fore hoc Sacerdos dixerat
Jam 22 Xiſtus affixus cruci,
Laurentiumq; flentem videns
Crucis ſub ipſo 23 ſtipite.
Deſiſte 24 diſceſſu meo
Fletum dolenter fundere:
Præcedo, frater: tu quoque
Poſt hoc ſequêris triduum.
Extrema vox Epiſcopi
Prænunciatrix gloriæ.

larem obtinuit dictaturam. 18. Æ. quia fuſo ſanguine peperit ſibi victoriam. H. *incruento prælio*) ita noſtri ad unum omnes: male igitur *incruento* ex ſuis Giphanius, tanquam *incruens prælium* dixerit Prudentius paulo poſt. 19. Æ. ſic Horat.

Animæq; magnæ prodigum Paulum, ſuperante Pœno.

I. perditrix prodigus, qs. porro adigens, i. porro diſtribuens. 20. Æ. vitam præſentem, ut viveret vitam immortalem. 21. H. & v. 26. *fletum fundere*, omnes noſtri I. futurum eſſe. 22. Æ. Epiſcopus qui martyrio præceſſit Laurentium; appellaturque Xiſtus, non, ut vulgus ſcribit, *Sixtus* literis inverſis. 23. Æ. ubi Xiſtus pendebat. 24. Æ. quo â te divellor per mortem. quâ voce Poëta

Nihil feſellit: nam 1 dei
Prædicta 2 palmam præſtitit.
Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo paſſionem carmine
Dignè 2 retexens concinam?
Hic 3 primus è ſeptem viris,
Qui ſtant ad aram proximi,
4 Levita ſublimis 5 gradu,
Et 6 cæteris 7 præſtantior,
8 Clauſtris ſacrorum præerat,
Cæleſtis 9 arcanum domûs
Fidis gubernans clavibus,
10 Votaſque diſpenſans opes.

Poëta dicit ſe imparem ad deſcribendam tam grandem materiam. 1. I. coronam. H. ***Prædicta palmam præſtitit***) ***palam*** Thuan. contra metrum: ***palmam prætulit*** in Puteaneo & Nomſio. h. e. præ ſe tulit. 2. Æ. pangens & componens carmen. 3. Æ. ex conſvetudine primitivæ & incipientis Eccleſiæ, in quâ fuerunt electi ſeptem viri Levitæ, qui altari miniſtrarent: quorum princeps fuit Stephanus, ut legitur Act. cap. 6. 4. I. Levita interpretatur aſſumtus ſicut Diaconus miniſter 5. I. in miniſterio. 6. Æ. aut Levitis, collegis; aut cœteris in rebus, puta, martyrio. 7. I. nobilior. ſublimior, quia præſtat. 8. Æ. erat enim æditiuus & ærarii ſacri cuſtos. 9. Æ. theſaurum ſecretum Eccleſiæ, 10. Æ. Et hoc more primitivæ Eccleſiæ, ex communi victitantes. omnia namque vendebant, & ponebant ante

 pedes

11 Verſat famem 12 pecuniæ
Præfectus 13 urbi regiæ,
Miniſter 14 inſani ducis,
15 Exactor auri & ſangvinis.
16 Qua vi latentes eruat
17 Nummos, operta exiſtimans
Talenta ſub ſacrarijs,
18 Cumulosque congeſtos tegi.
Laurentium ſiſti jubet:
Exquirit 19 arcam 20 ditibus
Maſſis 21 refertam, & fulgida
22 Montes 23 monetæ 24 conditos.

pedes diſcipulorum. *I.* devotas, votivas. oblatas. 11. I. cogitabat. 12. I. cupiditatem deſiderium. 13. Æ. erat ab Imperatore urbi præpoſitus, cujusmodi poteſtatem habent, qui hodie dicuntur *Viceregen*. H. ſic duo vetuſtiores ex noſtris. *urbis* alii minus antiqui. 14. Æ. Imperatoris qui tamen præpoſuit. 15. I. quæſitor. Æ. *Exactor haurient ſangvinis*) lege. *exactor hauſti ſangvinis* i. qui acerbe exigebat vectigalia usque ad effuſionem ſangvinis. Juvenal.

Oſſa vides Regum vacuis exhauſta medullis.

16. Æ. repete à ſuperioribus: Et verſat. quâ vi. 17. I. *Numos*) à Numâ Cæſare. 18. Æ. auri & argenti. 19. I. ab arcendo viſum. 20. I. aureis. 21. I. plenam. 22. Æ. ut vulgo dicimus montones. 23. I. moneta dicitur eò quod monet mentem inſcriptione nominis Regis, ne paracaraximi, i. falſi numi, fiant. 24. I. abſconditos.

25. Æ.

25 Soletis, inquit, 26 conqueri,
Sævire nos juſto amplius,
Cum Chriſtiana corpora
Plus quàm cruente ſcindimus.
27 Abeſt atrocioribus
28 Cenſura fervens motibus:
Blandè & quietè efflagito,
Quod ſponte 1 obire debeas.
Hunc eſſe veſtris 2 Orgyis
Moremque & artem 3 proditum eſt,
Hanc diſciplinam 4 fœderis,
5 Libent ut auro Antiſtites.
argenteis 6 ſcyphis 7 ferunt
Fumare 8 ſacrum ſangvinem,
9 Auroque nocturnis 10 ſacris
Adſtare fixos cereos.
11 Tum ſumma cura eſt 12 fratribus,

25. Æ. hæc verba ſunt Præfecti blandientis Laurentio, dum pecunias extorqueat; & eſt ſenſus non ſumus adeo crudeles, ut vos Chriſtiani dicitis. 26. I. cauſari, deplorare. 27. *I.* abſit. Æ. non ſævit. 28. Æ. cenſor iratus. 1. Æ. exſequi; *obeo munus legationis* i. exequor. 2. Æ. ſacris; nam *orgia* ſunt omnia ſacra, ſed Bacchi præcipue. I. officiis. Orgia, miniſteria, miniſteriis vel ſacrificiis. 3. I. dictum eſt. 4. Æ. religionis. 5. I. ſacrificent. 6. *I.* vaſciculis. 7. I. dicunt homines. 8. Æ. non quod Chriſtiani ſangvinem hoſtiarum funderent, ſed quod hic ignarus religionis putat illos ita facere. 9. Æ. candelabris aureis. 10. I. officiis. 11. I. inſuper. 12. *I.* vobis. Æ. ejus.

Ut ſermo teſtatur loquax,
Offerre 13 fundis, venditis,
14 Seſtertiorum 15 millia.
16 Addicta avorum prædia
17 Fœdis ſub 18 auctionibus
Succeſſor 19 exheres gemit,
20 Sanctis egens parentibus.
21 Hæc 22 occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis:
Et ſumma pietas 23 creditur,
Nudare dulces liberos.
Deprome theſauros, malis
Suadendo quos 24 præſtigijs.

Æ. ejusdem religionis ſociis, ſicut diximus, factum fuiſſe in Eccleſiæ initio. 13. I. poſſeſſionibus, agris. 14. I. talentorum. Seſtertium, V. Sextarii, i. duo ſcrib. & ſemis. 15. Æ. ſubaudi, multa. 16. I. aſſignata. ab avis. addicta heredibus vel deputata, tradita. Æ. vendita, ut ſæpe in libris digeſtorum, unde eſt & titulus, *de in diem addictione*. 17. I. quæ vobis fœde augetis. Æ. quia ex eis liberi relinqvuntur exheredes. 18. I. venditionibus. 19. I. carens hereditate. 20. I. ironice. Æ. quos appellatis ſanctos. 21. Æ. ſc. quæ ex diſtractione illa bonorum rediguntur. 22. I. abſconduntur, occultantur. 23. Æ. à nobis Chriſtianis, cum ſit potius impietas. 24. Æ. artibus, quibus miſeros deludis, faciens illis apparere, quod non eſt: quæ ars planorum & circulatorum & præſtigiatorum eſt. I. maleficiis, doctrinis. Præſtigia dicuntur à præſtringendo

eo

25 *Exaggeratos obtines;*
26 *Nigrante quos claudis ſpecu.*
Hoc 27 *poſcit* 28 *uſus publicus,*
Hoc 29 *fiſcus, hoc* 30 *ærarium;*
Ut 18 *addita* 32 *ſtipendiis*
Ducem juvet pecunia.
Sic dogma 33 *veſtrum eſt, audio:*
34 *Suum quibuſque reddito.*

eò quod præmoneant hominem & conſtringant timore ſuis demonſtrationibus. H. *Præſtigiis* diſertim Puteaneus, quod in uno ſuo exſtare etiam Weitzius teſtabatur. Certe & Iſidorus *præſtigias* inde deducit, *quod celeritate manuum præſtringantur oculi, ita ut miracula videantur fieri.* Nam falluntur Manutius & Lambinus ad Ciceronem, qui *præſtinguere oculos* non *præſtringere* dicendum contendunt. quorum ſententiam vetuſti paſſim codices etiam Prudentiani retundunt. 25. l. accumulatos. 26. Æ. obſcuro & tenebroſo. 27. ſl. indiget. 28. Æ. quia reſpub. habet his opus. 29. l. ſacculus, in quo publica pecunia portabatur. Æ. hæc diſtant inter ſe; quoniam *Fiſcus* eſt ipſius principis; *Ærarium* Reip. pecuniæ deſtinatæ, 30. l. gazophilacium. 31. l. tradita. Æ. decreta & attributa ſtipendiis militum. H. *ut dedita ſtipendiis*) *addita* probe Puteaneus quomodo & Cauchium reſtituiſſe innuebat Torrentius. Cauchii ipſius ſchedæ, *debita* 32. l. publicis. 33. Æ. illud Salvatoris refert, cum dixit: *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt* Dei, *Deo.* 34. l. proprium.

35. Æ.

En Cæſar agnoſcit ſuum 95
Nomiſma nummis inditum.

35. Æ nummum, in quo impreſſa imago ſua, dixerat namque Salvator: *Cujus eſt imago hæc & circumſcriptio? dicunt ei, Cæſaris.* 1. imaginem. H. *en Cæſar agnoſcit ſuum Nomiſma nummis inditum*) ſic conſtantisſime libri veteres. Non eſt audiendus igitur Johannes Wouwerius qui ad Octavium Minucii Felicis *ſuum ænigma* caſtigabat: & per *ænigma* inſcriptionem Cæſaream nominis inditam nummis intelligebat. Etſi is adſentientem hic ſibi habuit celeberrimum & ſummum virum Gerardum Johannem Voſſium. Sequenti pagina memini occurrere, *is ipſe tantum non habet Argenteorum ænigmatum Auguſtus*, ubi *emblematum* male reponebant. Sed ipſa hæc repetitio odioſa omnino & intempeſtiva foret. Scio & illud hymni x. Cathemerinon *proprii ænigmata vultus*. Ubi *ſchemata* nobis obtrudebant, ex quo loco apparet τὸ *ænigma* haud quaquam ad averſam nummorum partem eſſe referendum, quod Giſelinus volebat. Illic enim de reſurrectione mortuorum agitur, quorum formam omnem reſuſcitantem fore aſſeverat, eandemque vultus imaginem, quæ vivis olim adhæſerat. Gloſſæ, quæ ſub nomine Iſidori circumferuntur, *ænigma, figura, ſive typus vel ſpecies*. Appoſite ad mentem Prudentii ἀπείκασμα ſive ἀπεικόνισμα nonnumquam ſignificare τὸ intelligendum, vel etiam alludo ad aliquid, Budæus contendit. Hac ſignificatione *ænigmata* pro ſimulatione rei vivæ dicta

Quod Cæſaris ſeu, Cæſari
Da: 36 nempe juſtum poſtulo.
Ni fallor, haud ullam tuus
1 Signat 2 DEUS pecuniam.
Nec 3 cum veniret, 4 aureos
Secum 5 Philippos detulit:
Præcepta ſed verbis dedit,
6 Inanis à marſuppio.
Implete 7 dictorum fidem,
8 Quæ vos per orbem 9 venditis:

dicta poſſunt videri. Νόμισμα autem apud Græcos cum monetam interdum deſignet, nummum non ſemper, ea diſtinctio & h. l. eſt admittenda. Legebam ego aliquando, *en Cæſar agnoſcit ſuum nomen nomiſmati inditum.* Nunc vero vulgatæ ſcripturæ controverſiam metere moveri non placet. 36, l. quippe. 1. L. vendicat, curat. 2. Æ. Dei tui imago in nullis numiſmatis eſt impreſſa. 3. Æ ad Evangelium prædicandum. 4. l. mancuſa Philippei macoſi. Sed hic Philippicos metri cauſa. Mancuoſa Philippis eſt civitas; de qua in Evang. *venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi.* 5. Æ. monetam, quam Philippus Macedonum Rex & Alexandri Pater percuti juſſit. Horatius:

Retulit acceptos regale numiſma Philippos.

6. Æ. vacuus; hoc enim multis in locis Salvator diſcipulis interminatur. 7. Æ. facite, quod dicitis. 8. H, *Quam* pleriſque. *Quæ* Put. & duo Torrentiani, *quæ* in Oxonio. 9. Æ. divul-

gatis,

Nummos libenter reddite :
Eſtote 10 *verbis divites.*
Nil aſperum Laurentius
11 *Refert ad iſta, aut turbidum ;*
Sed, ut paratus obſequi,
12 *Obtemperanter* 13 *annuit.*
Eſt dives, inquit, non nego,
Habetque noſtra Eccleſia
Opumque & auri plurimum :
Nec quiſquam in orbe eſt ditior.
Is ipſe 14 *tantum non habet*
Argenteorum 15 *ænigmatum*
16 *Auguſtus,* 17 *arcem poſſidens,*
Cui 18 *nummus omnis ſcribitur.*
Sed nec recuſo prodere
19 *Locupletis* 20 *arcam Numinis :*
Vulgabo cuncta & proferam

gatis, q. d. venditis falſa pro veris, niſi facitis, quod prædicatis l. ſpargitis. 10. Æ. non pecunia ; eo modo, quo Stoici dicunt, ſapientes divites eſſe. 11. l. reſpondet. 12. Æ. obedienter, 13. l. conſentit. 14. l. tam multum. 15. Æ. lege *emblematum*, i. vaſorum emblematis inſignatorum. l. figuras denariorum. Ænigma obſcura parabola. inde ænigma dicit nummorum, nam metallis inſenſatis, obſcuris, nomen Regis capitur & imponitur. 16. l. Octavianus ; 17. Æ. ſc. imperii. 18. Æ. cujus imago imprimitur & titulus circumſcribitur Juvenal. *ſcripto radiat Germanicus auro.* 19. Æ. Dei mei, qui locuples eſt. l. divitis. locuples talentum. 20. l. theſaurum Dei.

21. l.

Pretioſa, quæ Chriſtus tenet.
Unum ſed omns flagito,
Induciarum paululum.
Quo 21 fungar 22 efficaciùs
Promiſſionis 23 munere;
Dum tota 24 digeſtim mihi
Chriſti 25 ſupellex ſcribitur.
Nam 26 calculanda primitùs,
Tunc ſubnotanda eſt 27 ſummula.
Lætus tumeſcit gaudio
Præfectus, ac ſpes 28 devorat,
Aurum, velut jam conditum.
Domi maneret, 1 geſtiens.
Pepigêre tempus tridui:
2 Laudatus inde abſolvitur

21. l. utar. 22. Æ. operoſius, melius, perfectius
23. l. officio. 24. Æ. dirigendo nummorum
genera. v. 126. *induciarum paullulum*) in cer-
tam diem dilationem, qs. geſturus poſtea bellum
cum præfecto, *inducias* vocat. l. *digeſtim*) or-
dinatim, ordinabiliter, rationabiliter. 25. l. ſub-
ſtantia, theſaurus. 26. l. numeranda; ordinan-
da. 27. l. numerus. ſtipendium dicitur ſummula
à ſumendo. 28. Æ. concipit. Plautus in Aſina-
ria: *Mea dicta devorate*, i. avide accipite. Martialis
devorat draucos. H. *ac ſpem devorat ſpe devorat* o-
mnino rectius Rottendorphius ex noſtris & Pa-
latinus Weitzii cum Cauchio, ſic quoque conje-
ctante. Inveteratum mendum eſt, cum in Am-
broſiano quoque ac ceteris antiquiſſimis ſit oc-
currat. l. gaudens, exultans. 2. Æ. à præ-
fecto,

N

Laurentius, 3 ſponſor ſui,
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per urbem curſitat
Diebus, 4 infirma agmina,
Omneſque, qui poſcunt 5 ſtipem,
6 Cogens in unum & congregans.
7 Illic utrique 8 obtutibus
9 Orbes cavatos præferens,
Baculo regebat prævio
Errore 10 nutantem gradum;
Et 11 claudus 12 infracto genu,
Vel crure 13 trunco ſemipes,
Breviorve planta ex altera,
Greſſum trahebat imparem.
14 Eſt, ulceroſis artubus
Qui 15 tabe corrupta fluat:

fecto, quod tam benigne ſit pollicitus illos theſauros. 3 I. promiſſor. Æ. & ſponſor lucri, ſc. quod redditurus ipſe cum omni ſupellectile Eccleſiaſtica. 4. Æ. ſc. pauperum valetudinariorum. 5. I. eleemoſinam. 6. I. colligens. H. *cogens in unum congregat*) & *congregans* ſcripti 7. I. ſc. fuit. 8. I. viſibus. Æ. vacuos utriſque oculis, h. e. cœcos, quos ipſe ducebat. 9. I. orbes dicunt veſtigia aratri. Sed non hic, nam ſc. ſunt cavati oculi. 10. Æ. paſſum vacillantem. 11. Æ. tria claudicatis genera exponit, aut fracto, aut amputato, aut breviore crure. 12. I. valde fracto, genua habens ſed non utitur. 13. I. Syncope, 14. I. ſc. illic. 15. I. à tabe. Æ. pure ex

ulcere

Eſt, cujus 16 arens dexteram
17 Nervos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, aſſuetos ali
Eccleſiæ matris 18 penu,
19 Quos ipſe promus noverat.
20 Recenſet 21 exin ſingulos,

ulcere defluenti. 16. *A.* arida. 17. H. *nervos in ulnam contrahat*) *in unum* Rottendorphii liber. Æ. in brachiorum ambitum incurvet 18. Æ. alimentis, quæ in penario ſolent adſervari; ut in Digeſtis titulo de penu legata. I. ærario, cellaria. 19. H. *quos ipſe primus noverat*) abſque Puteaneo codice, longe illo optimo vetuſtiſſimoque foret, hic locus etiamnum mendoſus, ut in omnibus hactenus exempluribus circumferretur. *Promus* inſigniter is præfert & convenienter, quia de penu Eccleſiæ in proxime præcedentibus agebatur, in qua Diaconos arcæ præfuiſſe etiam ex Paulini Lib. 4. de vita B. Martini apparet, ubi hæc habes:

Protinus adſtanti Diacono, quem more priorum
Antiſtes ſanctæ cuſtodem legerat arcæ,
Imperat ut Domini ſumta nummiſque coëmtam
Apparet properans algenti in corpore veſtem.

20. Æ. recognoſcit. 21. I. mox, deinde, unde

Inculta viſu examina.

5 Fragor rogantum tollitur:
Præfectus horreſcit ſtupens,
Converſus 6 in Laurentium,
Oculisque turbatis minax.

Contra ille, quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid diſplicet?
Num 7 ſordida hæc, aut vilia?
Num 8 deſpuenda exiſtimas?

Aurum, quod ardenter 9 ſitis,
10 Effoſſa gignunt rudera;
Et de 11 metallis ſqualidis
12 Pœnalis 13 excudit labor.

5. Æ. clamor mendicantium. l. clamor. 6. l. contra. 7. Æ. q. d. hæc vaſa pretioſa ſunt. 8. l. condemnenda. 9. l. deſideras. 10. Æ. nam venæ auri & argenti eruderantur à metallariis. *eruderare* autem eſt purgare; & *rudera* ipſa purgamenta, quæ ex ſcrobibus effodiuntur. l. *rudera*) arizzi vel ſtercora. Rudera dicunt materiam ruinæ. H. *effoſſa gignunt rudere*) Schedæ Ambroſianæ vetuſtiſſimæ *offoſſa*: quod non auſim damnare, etſi inſolens. vide annotata ad Pſychomach. v. 40. ubi plura. In veterrimis Maronis exemplaribus *offugere, offulgere, offore, obvolvi aris*, & ſimilia. de quibus ad illum. 11. Æ. (quæ vulgus appellat mineralia. 12. Æ. eorum ſc. qui damnabantur in metalla effodienda l. durus. 13. l. fabricat. excoquit. H. *excudit labor*) *excludit* in Rottendorphio.

Ut ſermo teſtatur loquax,
Offerre 13 fundis, venderis:
14 Seſtertiorum 15 millia.
  16 Addicta avorum prædia
17 Fœdis ſub 18 auctionibus
Succeſſor 19 exheres gemit,
20 Sanctis egens parentibus.
  21 Hæc 22 occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis:
Et ſumma pietas 23 creditur,
Nudare dulces liberos.
  Deprome theſauros, malis
Suadendo quos 24 præſtigijs

Æ. ejusdem religionis ſociis, ſicut diximus, factum fuiſſe in Eccleſiæ initio. 13. I. poſſeſſionibus, agris. 14. I. talentorum. Seſtertium, V. Sextarii, i. duo ſcrib. & ſemis. 15. Æ. ſubaudi, multa, 16. *I.* aſſignata, ab avis addicta heredibus vel deputata, tradita. Æ. vendita, ut ſæpe in libris digeſtorum, unde eſt & titulus, *de in diem addictione*. 17. I. quæ vobis fœde augetis. Æ. quia ex eis liberi relinqvuntur exheredes. 18. *I.* venditionibus. 19. I. carens hereditate. 20. I. ironice. Æ. quos appellatis ſanctos. 21. Æ. ſc. quæ ex diſtractione illa bonorum rediguntur. 22. I. abſconduntur, occultantur. 23. Æ. à nobis Chriſtianis, cum ſit potius impietas. 24. Æ. artibus, quibus miſeros deludis, faciens illis apparere, quod non eſt: quæ ars planorum & circulatorum & præſtigiatorum eſt. I. maleficiis, doctrinis. Præſtigia dicuntur à præſtringendo

ed

25 *Exaggeratos obtines;*
26 *Nigrante quos claudis ſpecu.*
Hoc 27 poſcit 28 uſus publicus,
Hoc 29 fiſcus, hoc 30 ærarium;
Ut 31 didita 32 ſtipendiis
Ducem juvet pecunia.
Sic dogma 33 veſtrum eſt, audio:
34 *Suum quibusque reddito.*

eò quod præmoneant hominem & conſtringant timore ſuis demonſtrationibus. H. *Praſtrigiis* diſertim Puteaneus, quod in uno ſuo exſtare etiam Weitzius teſtabatur. Certe & Iſidorus *praſtrigias* inde deducit, *quod celeritate manuum praſtringantur oculi, ita ut miracula videantur fieri.* Nam falluntur Manutius & Lambinus ad Ciceronem, qui *præſtingvere oculos* non *præſtringere* dicendum contendunt. quorum ſententiam vetuſti paſſim codices etiam Prudentiani retundunt. 25. l. accumulatos. 26. Æ. obſcuro & tenebroſo. 27. l. indiget. 28. Æ. quia reſpub. habet his opus. 29. l. ſacculus, in quo publica pecunia portabatur. Æ. hæc diſtant inter ſe: quoniam *Fiſcus* eſt ipſius principis; *Ærarium* Reip. pecuniæ deſtinatæ. 30. l. gazophilacium. 31. l. tradita. Æ. decreta & attributa ſtipendiis militum. H. *ut dedita ſtipendiis*) *didita* probe Puteaneus. quomodo & Cauchium reſtituiſſe innuebat Torrentius. Cauchii ipſius ſchedæ, *debita* 32. l. publicis. 33. Æ. illud Salvatoris refert, cum dixit: *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt* Dei, *Deo.* 34. l. proprium.

35. Æ.

Quod Cæſaris ſcis, Cæſari
Da: 36 nempe juſtum poſtulo.
Ne fallor, haud ullam tuus
1 Signat 2 DEUS pecuniam.
Nec 3 cum veniret, 4 aureos
Secum 5 Philippos detulit:
Præcepta ſed verbis dedit,
6 Inanis à marſuppio.
Implete 7 dictorum fidem,
8 Quæ vos per orbem 9 venditis:

dicta poſſunt videri. *Νόμισμα* autem apud Græcos cum monetam interdum deſignet, nummum non ſemper, ea diſtinctio & h. l. eſt admittenda. Legebam ego aliquando, *en Cæſar agnoſcit ſuum nomen nomiſmati inditum.* Nunc vero vulgatæ ſcripturæ controverſiam metere moveri non placet. 36, l. quippe. 1. l. vendicat, curat. 2. Æ. Dei tui imago in nullis numiſmatis eſt impreſſa. 3. Æ ad Evangelium prædicandum. 4. l. mancuſa Philippei macoſi. Sed hic Philippicos metri cauſa. Mancuola Philippis eſt civitas; de qua in Evang. *venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi.* 5. Æ. monetam, quam Philippus Macedonum Rex & Alexandri Pater percuti juſſit. Horatius:

Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

6. Æ. vacuus; hoc enim multis in locis Salvator diſcipulis interminatur. 7. Æ. facite, quod dicitis. 8. H. *Quam* plerisque. *Quæ* Put. & duo Torrentiani. *quæ* in Oxonio. 9. Æ. divulgatis,

Pretioſa, quæ Chriſtus tenet.
Unum ſed orans flagito,
Induciarum paululum.
Quo 21 fungar 22 efficacius
Promiſſionis 23 munere;
Dum tota 24 digeſtim mihi
Chriſti 25 ſupellex ſcribitur.
Nam 26 calculanda primitùs,
Tunc ſubnotanda eſt 27 ſummula.
Lætus tumeſcit gaudio
Præfectus, ac ſpes 28 devorat,
Aurum, velut jam conditum
Domi maneret, 1 geſtiens.
Pepigere tempus tridui:
2 Laudatus inde abſolvitur

21. l. utar. 22. ſl. operoſius, melius, perfectius 23. l. officio. 24. Æ. dirigendo nummorum genera. v. 126. *induciarum paullulum*) in certam diem dilationem, qs. geſturus poſtea bellum cum præfecto, *inducias* vocat. I. *digeſtim*) ordinatim, ordinabiliter, rationabiliter. 25. l. ſubſtantia, theſaurus. 26. l. numeranda, ordinanda. 27. l. numerus. ſtipendium dicitur ſummula à ſumendo. 28. Æ. concipit. Plautus in Aſinari; *Mea dicta devorate*, i. avide accipite. Martialis *devorat draucos*. H. *ac ſpem devorat*] *ſpe devorat* omnino rectius Rottendorphius ex noſtris & Palatinus Weitzii cum Cauchio, ſic quoque conjectante. Inveteratum mendum eſt, cum in Ambroſiano quoque ac ceteris antiquiſſimis ſed occurrat. I. gaudens, exultans. 2. Æ. ſc. à præ-

Laurentius, 3 ſponſor ſui,
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per urbem curſitat
Diebus, 4 infirma agmina,
Omneſque, qui poſcunt 5 ſtipem,
6 Cogens in unum & congregans.
7 Illic utriſque 8 obtutibus
9 Orbes cavatos præferens,
Baculo regebat prævio
Errore 10 nutantem gradum:
Et 11 claudus 12 infracto genu,
Vel crure 13 trunco ſemipes,
Breviorve planta ex altera,
Greſſum trahebat imparem.
14 Eſt, ulceroſis artubus
Qui 15 tabe corrupta fluat:

fecto, quod tam benigne ſit pollicitus illos theſauros. 3 I. promiſſor. Æ. & ſponſor lucri, ſc. quod redditurus ipſe cum omni ſupellectile Eccleſiaſtica. 4. Æ. ſc. pauperum valetudinariorum. 5. I. eleemoſinam. 6. I. colligens. H. *cogens in unum congregat*) & *congregans* ſcripti 7. I. ſc. fuit. 8. I. viſibus. Æ. vacuos utriſque oculis, h. e. cœcos, quos ipſe ducebat. 9. I. orbes dicunt veſtigia aratri. Sed non hic, nam ſc. ſunt cavati oculi. 10. Æ. paſſum vacillantem. 11. Æ. tria claudicatis genera exponit, aut fracto, aut amputato, aut breviore crure. 12. I. valde fracto, genua habens ſed non utitur. 13. I. Syncope. 14. I. ſc. illic. 15. I. à tabe. Æ. pure ex ulcere

Eſt, cujus 16 arens dextera
17 Nervos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, ut ſveros ali
Eccleſiæ matris 18 penu,
19 Quos ipſe promus noverat.
20 Recenſet 21 exin ſingulos,

ulcere defluenti. 16. A. arida. 17. H. *nervos in ulnam contrahat*) *in unum* Rottendorphii liber. Æ. in brachiorum ambitum incurvet 18. Æ. alimentis, quæ in penario ſolent adſervari; ut in Digeſtis titulo de penu legata. I. ærario, cellaria. 19. H. *quos ipſe primus noverat*) abſque Puteaneo codice, longe illo optimo vetuſtiſſimoque foret, hic locus etiamnum mendoſus, ut in omnibus hactenus exempluribus circumferretur. *Promus* inſigniter is præfert & convenienter, quia de penu Eccleſiæ in proxime præcedentibus agebatur, in qua Diaconos arcæ præfuiſſe etiam ex Paulini Lib. 4. de vita B. Martini apparet, ubi hæc habes:

Protinus adſtanti Diacono, quem more priorum
Antiſtes ſanctæ cuſtodem legerat arcæ,
Imperat ut Domini ſumtu nummisque coëmtam
Apparet properans algenti in corpore veſtem.

20. Æ. recognoſcit. 21. I. mox, deinde, unde

Inculta viſu examina.
5 Fragor rogantum tollitur;
Praefectus horreſcit ſtupens,
Converſus 6 in Laurentium,
Oculiſque turbatis minax.
Contra ille, quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid diſplicet?
Num 7 ſordida haec, aut vilia?
Num 8 deſpuenda exiſtimas?
Aurum, quod ardenter 9 ſitis,
10 Effoſſa gignunt rudera;
Et de 11 metallis ſqualidis
12 Poenalis 13 excudit labor.

5. Æ. clamor mendicantium l. clamor. 6. l. contra. 7. Æ. q. d. haec vaſa pretioſa ſunt. 8. l. condemnenda. 9. l. deſideras. 10. Æ. nam venae auri & argenti eruderantur à metallariis. *eruderare* autem eſt purgare; & *rudera* ipſa purgamenta, quae ex ſcrobibus effodiuntur. l. *rudera*) arizzi vel ſtercora. Rudera dicunt materiam ruinae. H. *effoſſa gignunt rudere*) Schedae Ambroſianae vetuſtiſſimae *offoſſa*: quod non auſim damnare, etſi inſolens. vide annotata ad Pſychomach: v. 40. ubi plura. In veterrimis Maronis exemplaribus *offugere, offulgere, offore, obvolvi aris*, & ſimilia. de quibus ad illum. 11. Æ. quae vulgus appellat mineralia. 12. Æ. eorum ſc: qui damnabantur in metalla effodienda l. durus. 13. l. fabricat. excoquit. H. *excudit labor*) *excludit* in Rottendorphio.

Google

Torrens vel 14 *amnis turbidis*
Volvens 15 *harenis implicat*;
Quod 16 *terrulentum ac ſordidum*
Flammis neceſſe eſt decoqui.
17 *Pudor per aurum ſolvitur*:
Violatur auro 18 *integritas*:
Pax 19 *occidit*: *fides perit*:
Leges & ipſa 20 *intercidunt.*
21 *Quid tu* 22 *venenum* 23 *gloria*
Extollis, & 24 *magni putas?*
Si quaeris aurum verius,
25 *Lux eſt,* 26 *&* 27 *humanum genus.*

14. Æ. puta in Lydia Hermus & Pactolus, in Hiſpania Tagus & Minius. Juvenal.

Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur, aurum.

15. I. ſicut Pactolus & alii. 16. Æ. cum eſt in balnea, nam poſtea igni purgatur. 17. Æ. Ovid. 1. Metam.

Effudiuntur opes, irritamenta malorum,

Et Virg. 3. Æneid.

Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames.

I. caſtitas, verecundia. 18. virginitas. 19. I. deficit. 20. Æ. quia omnia corrumpuntur auro. 21. I. quare. 22. Æ aurum: quo vera gloria perit: aut more loquitur Chriſtianorum, qui gloriam appellant ſanctorum beatitudinem. I. *venenum*) avaris. 23. I, aurum dicit 24. I. pretii eſſe. 25. Æ. Chriſtus, qui eſt lux mudni, Joh. 8. *homines ab*

co

Hi ſunt 28 alumni 29 luminis,
Quos 30 corpus arctat debile,
Ne per ſalutem viſcerum
Mens 1 inſoleſcat 2 turgida.
3 Cum membra morbus 4 diſſicit,
Animus 5 viget robuſtior:
Membris 6 viciſſim fortibus
Vis ſauciatur 7 ſenſuum.
8 Nam ſanguis 9 in culpam 10 calens
11 Minus miniſtrat virium,
Si fervor 12 effœtus 13 malis
14 Elumbe virus 15 contrahat.
Si fortè detur 16 optio,

eo redemti, unde ſubdit: *hi ſunt alumni luminis.* de quo lumine Johannes præbuit teſtimonium Joh. 1. 26. I. etiam. 27. I. ſic aurum. 28. I. mendici, ſocii vel filii. 29. I. regni cœlorum. 30. Æ. juxta illud Apoſtoli 1. Cor. 12. *cum infirmor, fortior ſum.* 31. affligit. 1. I. ſuperbiat, ſine conſuetudine vivat, intumeſcat. 2. ſuperba. 3. I. quando. 4. I. ſecat, conſumit, lacerat, diſperdo, diſſitio. H. *cum membra morbus diſſecat*) *diſſicit* noſtri omnes & bene monitum jam Cathemerinon hymno I. v 97. 5. I. interius. 6 I mutuatim. Æ. rurſus & è diverſo. 7. I. mentium. 8. I. quoniam. 9 I. ad 10. Æ. *in culpam cadens*) incitans ad culpam cum calidus eſt. 11. Æ. habet non tantas vires ad peccandum. 12. Æ. debilitatus & exhauſtus I. infructuoſus, vacuatus 13. Æ. morbis. 14. Æ. quod enervat & debilitat. 15. I. colligat. 16. Æ. electio.

Magis probabo 35 *debilem,*
Quam quis meorum eſt 36 *pauperum.*
Hunc, qui ſuperbit 37 *ſerico,*
Quem currus inflatum vehit:
38 *Hydrops aquoſus lucido*
39 *Tendit* 40 *veneno intrinſecus.*
Aſt hic avarus contrahit
*Manus recurvas, & * 41 *volam*
Plicans 1 *aduncis unguibus*
Laxare nervos non valet.
Iſtum libido fœtida
Per 2 *ſcorta tractum publica*
Luto & 3 *cloacis inquinat,*
Dum ſpurca 4 *mendicat ſtupra.*

hydrops aquoſus lurido veneno, non diſplicet, etſi noſtri omnes *lucido veneno*. Horatius, *aquoſus albo corpore* languor. 34. I. facie. 35. Æ. ſc. eſſe. 36. l. ſc. ſit. 37. l. purpura. 38. I. hunc. Æ. aqua intercus. 39. Æ. extendit & inflat. 40. Æ. ſic Horatius dixit: *turgeſcit vitrea* pilis. Et Perſius: *ſplendida bilis*. 41. I. in mediam palmam, medietas palmæ. H. *manus recurvas & volam plicans*) *in volam* noſter Gronovius in Obſervat. Eccleſiaſt. ex Widmanniano Weitzii codice. Sic ſupra, *nervos in ulnam contrahat*. 1. *I.* ungulis curvis. 2. I. ſcortum, q. ſortum, ſortum eſt ſolea, ſicut enim ſolea maceratur in manu ſutoris: ſic pellicula meretricis ab adulteris. 3. I. lacubus, ſordibus. cloacæ ſunt loca, in quibus adunatur ſtercus civitatis. 4. Æ. interpellando pueros & puellas; & hujusmodi *procaces* à precando; & *petulanter* à

14 Strumas 15 retectum turgidas?
Quid 16 purulentum & lurida
Malignitatum vulnera?
Tute ipſe, qui Romam Regis,
Contemtor æterni DEI,
17 Dum dæmonum ſordes coles,
18 Morbo laboras Regio.
Hi, quos ſuperbus deſpicis,
Quos exſecrandos judicas
19 Brevi ulceroſos exuent
Artus, & incolumes erunt:
Cum carne corruptiſſima
Tandem ſoluti ac liberi,
Pulcherrimo vitæ ſtatu
In arce lucebunt Patris:
Non ſordidati aut debiles.

14. *I.* tumores, chelen. Æ. ſtrumoſos comparat invidis. Eſt autem, *ſtruma* ut inquit Celſus, *tumor glanduloſus, maxime circa fauces & alas & inguina.* 15. I. referam. 16. I. putrida, venenoſa, à pus puris. 17. H. *dum dæmonum ſordes colis*) *coles* maluerim cum Puteaneo. 18. Æ. ictetico, qui *aurigo* dicitur, ab auri colore; dictus *regius*, quod hujusmodi morbo laborantes delicate debeant & Regum more curari. I. elefantico. Regius morbus & arcuatus & ictericus & elephanticus. Regius ideo dicitur, quia non poteſt curari, niſi regiis cibis: aut quod regionem mortis pandat. Elephantinus, eo quod elephantino oſſe curetur. Arcuatus, eo quod colorem arcus cœleſtis habet. 19. I. tempore, ſtatim.

20. I.

Sicut videntur 20 *interim ;*
Sed purpurantibus ſtolis
Clavi & coronis aureis,
Tum 21 *ſi* 22 *facultas* 23 *ſubpetat,*
Coram tuis obtutibus
Iſtos potentes ſeculi
Velim 1 *recenſendos dari.*
2 *Pannis videres obſitos,*
Et 3 *mucculentis naribus,*
Mentum ſalivis uvidum,
4 *Lipposque palpebras* 5 *putri.*
Peccante nil eſt 6 *tetrius,*
Nil tam 7 *leproſum, aut* 8 *putridum:*
9 *Cruda eſt cicatrix criminum,*
Oletque, ut 10 *antrum Tartari.*
11 *Animabus* 12 *inverſa vice*

20. l. nunc usque dum hic eſt. Æ. nunc in hâc vitâ. 21. Æ. ſi detur tibi ad hoc copia. 22. l. poſſibilitas. 23. l. abundat. 1. Æ. recognoſcendos. l. numerandos. 2. Æ. Terentins: *Pannis annisq; obſitus*, i. pannoſos, qui nunc ſunt purpurati. 3. l. ſordidis. Muccus, Roz. Murcus, qui præciſum habet naſum. 4. l. ſc. oculos. 5. l. humida. Æ. qualis eſt in vinoſis. 6. l. nigrius. 7. l. leproſus à laterum pruritu. 8. H. *Aut putridum*) recte *putidum*, potiores tam noſtri quam Weitziani. *putris* præceſſerat modo, cujus primam ſolet corripere Prudentius, cum in *putidus* producatur. 9. Æ. non conſolidata, ſed purulenta & pure manans. 10. Æ ſulphur olet. 11. l. vacat. 12. l. una pars. Æ. è contrario, quia, ut inquit Ariſtoteles, 3. Ethic.

Pana

Corrupta 13 forma infligitur,
Quas pulcher adſpectus prius
In corpore oblectaverit.
14 *En ergo nummos aureos*
Quos 15 proximè ſpoponderam:
Quos nec favillis 16 obruat
Ruina, nec fur ſubtrahat.
Nunc addo 17 gemmas nobiles,
Ne pauperem Chriſtum putes:
Gemmas coruſci luminis,
Ornatur hoc templum quibus.
Cernis ſacratas virgines?
Miraris 18 intactas anus,
Primique poſt 19 damnum tori
20 Ignis ſecundi 21 neſcias.
Hoc eſt 22 monile Eccleſiæ:
His illa gemmis 23 comitur:
24 Dotata ſic Chriſto placet.

Pœna medicina quædam ſunt, quæ per contraria fieri debent, ut qui, dum viverent, erant ornatus ſtudioſi, in morte ſint deformati. Contrarium eſt, quod Virg. 6. Æneid. ſcribit: *quiſque ſuos patimur manes.* 13. l. imago. 14. l. habes, præſentatim. 15. l. nuperrime. 16. Æ. ad illud ſpectat, quod Salvator dicit Luc. 12. *Theſaurizate vobis theſauros, &c.* 17. Æ. virgines dicit & continentes. 18. Æ. poſt nuptias primas; aliàs *intacta* eſt virgo. Virg. 11 Æneid. *Cui pater intactam dederat primiſque jugarat ominibus.* 19. l. amiſſionem. 20. l. amoris. Æ. ſecundarum nuptiarum. 21. l. viduas. 22. l. ornamentum. 23. l. ornatur. 24. l. ornata.

Sic ornat altum 25 *verticem.*
26 *Eccum talenta; ſuſcipe,*
Ornabis urbem Romulam:
Ditabis & 27 *rem Principis,*
Fies & ipſe ditior.
28 *Ridemur, exclamat fremens*
Præfectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur?
1 *Et vivet inſanum caput?*
Impune tantas, 2 *furcifer,*
3 *Strophas* 4 *cavillo mimico*

nata. 25. Æ. caput. *Hæc eſt illa nova Hieruſalem, deſcendens de cœlo, quaſi ſponſa ornata viro ſuo*, de quo in Apoc. cap. 21. 26. I. ecce. 27. Æ. patrimonium. Horat.

Rem quocunque modo, rem ſi poſſis recte.

28. H. *Ridemur, clamat furens*) *fremens* Ambroſ. Thuan. Altin. Rottendorph. & tres Torrentiani cum Weitzii pleriſque. 1. Æ. q. d. & non occiditur? 2. Æ. ignominiæ cauſa ſic appellabantur ſervi. I exclamative. ſuccenſor ignis. 3. Æ. tergiverſationes. utitur Martialis ſæpe & ex noſtris Hieronymus. I. verſutias, fraudes, ſtrofa, fraus, quæ techna vocatur, unde ſtrofoſus fraudulentus vocatur. 4. H. *cavillo mimico*) Thuaneus *capillo*. Sed male. ſic apud Sedulium lib. 5. perperam circumfertur.

— *Jam jamque volant mendacia mille,*
In Dominum vanis hominum conflata labellis.

ub

Te 5 *nexuiſſe exiſtimas,*
Dum ſcurra 6 *ſaltas fabulam?*
7 *Concinna* 8 *viſa* 9 *urbanitas,*
Tractare noſmet ludicris?
10 *Ergon cachinnis venditus*
11 *Acroma feſtivum fui?*
12 *Adeone nulla* 13 *auſteritas,*

ubi *favillis* nonnullæ editiones habent, quod & à me in ſcriptis exemplaribus eſt inventum, cum *cavillis* ſit revocandum. Æ. cavillatione, quali utuntur Poetæ Comici & mimographi. l. deriſione vel deceptione. Cavillum, convitium cum joco. Illuſione vel deceptione deriſoria. *Mimico*) ſcurrili. 5. l. involviſſe. 6. l ſaltare facis, vel ſaltando dicis. Æ. nam erant poëmata, quæ ſaltabantur; ut Silenus Virgilianus, quem ipſe Virgilius ſaltaſſe dicit. 7. Æ. adeone viſus tibi ſum idoneus, ut mihi illuderes l. compoſita 8. l ſc. eſt. 9. l. eloquentia, conveniens urbanitas, i. pulcritudo. cinnum genus potionis ex diverſis mixturis compoſita. Inde concinna res, ex diverſis compoſita ſententiis. 10 H. *egon' cachinnis venditus*) *ergon'* in Ambroſiano. 11. Æ. *acroama*) ſive *acroma*, interpretatur auditio, ab acroaomæ, audio Nepos in vita Attici; *Nemo in convivio ejus aliud acroma audivit.* Suetonius in Auguſto, *acroamata & hiſtriones & triviales ex Circo ludos.* Sunt ergo *acroamata* fabulæ, quæ ad delectationem narrari ſolent. l. glorioſus ludus, acroma proprie lyrarum auditio; hic autem jocus accipitur vel carmen ſcænicum. 12. l. nonne adeo. Æ. adeone nos cenſores

Cenſura nulla eſt 14 *faſcibus?*
15 *Adeon'* 16 *ſecurem publicam*
Mollis retundit 17 *lenitas?*
Dicis, libenter 18 *oppetam:*
19 *Votiva mors eſt Martyri.*
Eſt iſta vobis, novimus,
Perſvaſionis vanitas:
Sed non 20 *volenti impertiam.*
Præſtetur ut mortis cita
21 *Compendioſus exitus:*
Perire 22 *raptim non dabo.*
Vitam tenebo, & differam
23 *Pœnis morarum jugibus.*

ſores debemus eſſe faciles, ut hæc talia patiamur? 13. l. ſeveritas, aſperitas. 14. H. Salmaſius *cenſuram* hic capiebat pro dignitate. Sic cenſura oris & vir cenſorius pro pulcro. Non aſſentior. pauló ante *Acroma feſtivum*, non *acroama* ſcripſi. Æ. conſulibus & prætoribus quorum inſignia ſunt faſces. l. honoribus. 15. l. in tantum. 16 Æ. quæ faſcibus virgarum adjungebatur 17. AE. clementia hebetat, ut non ſæviat in hujuſmodi deluſores. 18. Æ. moriar l. moriar oppetere q. terram petere. Nam viri fortes dum moriuntur, terram morte petunt ne vox audiatur. 19. l. deſiderabilis. AE. quæ à vobis optatur. 20. AE. ſc. tibi optanti mortem. 21. l. brevis, difficilior. AE. brevis. 22. velociter, ſed dabo ut lente pereas. 23. H. *Paucis morarum jugibus) moratam* malit vir ſummus Petrus Faber Semeſtrum lib. 3. cap. 8. ſed nil neceſſe:

24. AE,

by Google

Et mors 24 inextricabilis
Longos dolores protrahet;
Prunas 25 tepentes ſternite,
Ne fervor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret 26 abdita.
Vapor 27 ſeneſcens langueat:
Qui fuſus afflatu levi
Tormenta 28 ſenſim 29 temperet
30 Semiuſtulati corporis.
Bene eſt, quod ipſe ex omnibus
31 Myſteriarches 32 incidit:
Hic ſolus 1 exemplum dabit,
2 Quid mox timere 3 debeant.

24. AE. qui non extricabit, reſolvet animam à corpore, nam *extricare* eſt, explicare & diſſolvere: I. inſimibilis vel inſolubilis, indiſſolubilis. 25. Æ. ne ſc. vapore ignis ſtranguletur. 26. I. occulta, ſecreta. Æ. & ſic pereat. 27. I. deficiens. Æ. propemodum exſtinctus. 28. I. leniter. 29. Æ. non acuat. 30. I. ſemiuſti. ſemuſtulatus & ſemiuſtus, unum ſunt. Æ. *ſemuſtulatus)* ſemuſtus. Lucan. in 8.

Semuſta rapit reſolutaque nondum.

31. Æ. myſteriorum & ſacrorum princeps; ſicut *myſtarches* ſacerdotum. I. princeps miniſter myſterii princeps. & græcum eſt. 32. I. ſc. pœnam. 1. Æ. ſc. ceteris ejuſdem ſectæ. 2. H. *quid mox*) ita ſcripti. & poſt *conſtratum rogum* præſtantiores. neutrum à Weitzio debuit immutari ſupra *prunas tepentes ſternite* 3. I. ſc. alii.

Conſcende conſtmtum rogum:
Decumbe digno lectulo:
Tunc ſi libebit, diſputa,
Nil eſſe 4 *Vulcanum meum.*
Hæc fante Præfecto truces
Hinc inde tortores parant
7 *Nudare amictu Martyrem,*
6 *Vincire membra, &* 7 *tendere*
Illi 8 *os decore ſplenduit,*
Fulgorque circumfuſus eſt.
Talem revertens 9 *legifer*
De monte vultum detulit:
Judæa quem plebs aureo
Bove inquinata & 10 *decolor*
11 *Expavit, & faciem retro*
Detorſit 12 *impatiens DEI.*
Talemque & ille prætulit
Oris coruſci gloriam
13 *Stephanus per* 14 *imbrem ſaxeum*

4. Lignem. Æ. quem ego dico eſſe meum numen, & quem tu irrides. 5. I. deſpoliare. 6. I. ligare. 7. Æ. diſtendere funibus. 8. I. facies. 9. I. Moyſes. Æ. cum ſecundò legem ex monte detulit, ut legitur, Exod. 32. 10. Æ. degenerans. 11. Æ. *videntes*, inquit, *Aaron & filii Iſraël cornutam Moſi faciem timuerunt prope accepere.* 12. I. non ſuſtinens. 13. Æ. protomartyr, de quo Act. 6. *viderunt faciem ejus, tanquam faciem angeli.* Et cap. 7. *cum autem Stephanus eſſet plenus Spiritu S. intendens in cœlum vidit gloriam Dei, &c.*

Cælos apertos intuens.
15 Illuminatum 16 hoc 17 eminus
18 Recens 19 piatis fratribus, 379
Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat:
Aſt 20 impiorum cæcitas,
21 Os 22 oblitum noctis 23 ſitu,
24 Nigrante ſub 25 velamine 380
26 Obducta 27 clarum non videt,
28 Ægyptia plaga in modum 29

14. I. per denſitatem. Æ. cum lapidaretur, 15. I. manifeſtatum, manifeſtum. Æ. forte aliter legendum eſt; eſt tamen ſenſus, quod baptizati cernebant Stephanum, habentem faciem Angeli: aut legendum, quod baptizati à Laurentio illuminati cernebant illum fulgore circumfuſum eminus, i. à longe. 16. I. genus fuit. 17. I. è longe. 18. I. recenter. 19. I. baptizatis. Æ. per baptiſma, in initio naſcentis Eccleſiæ, cum per baptiſma Spiritus S. fiebant capaces. 20. Æ. qui torquebant Laurentium. 21. I. faciem. 22. I. circumdatum. AE. obſcuratum. 23. AE. qs. umbra & tenebris, in quibus eſt rerum *ſitus* i. ſqualor. *I.* tenebris. 24. I. nigro. 25. Æ. ſub umbra 26. AE. opperta. 27. I. claritatem. 28. AE. de qua in Exod. cap. 10. *tribus diebus in tenebris nemo vidit fratrem ſuum; ubicunque habitabant filii Iſrael lux erat.* Sic in Laurentii martyrio baptizati fideles videbant illum fulgentem, tortores autem nihil tale videbant, ſed quaſi nube obductum.

Quæ, cum tenebris 29 barbaros
Damnaret, Hebræis diem
30 Sudo exhibebat lumine.
31 Quin ipſa 32 odoris 33 qualitas,
Aduſta quam reddit cutis,
Diverſa utroſque permovet:
His 34 nidor, illis 1 nectar eſt.
Idemque 2 ſenſus diſpari
Variatus 3 puno, aut 4 afficit
Horrore nares 5 vindice,
Aut mulcet 6 oblectamine.
Sic ignis æternus DEUS:
Nam 7 Chriſtus ignis verus eſt:
Is ipſe 8 complet lumine

29. Æ. ut in Pſalmo: in exitu Iſraël de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro. 30. I. ſereno. ſudum dicimus, q. ſub udum ſerenitas, quæ poſt pluvias ſit. Æ. ſereno, Virg. Æneid. 8. *per ſudum rutilare videt.* dictum *ſudum*, i. ſine humido. 31. I. inſuper. 32. Æ. quia à Chriſtianis judicatur *nectar odoratum*, à tortoribus *nidor*, qui ex concoctis cibis evaporatur. 33. I. ſc. Laurentii. 34. I. fœtor. 1. I. dulcedo. Omnis ſvavitas odoris dicitur nectar, odor ſvavis. 2. Æ. ſc. odoratus. 3. I. odore. Æ. quia in aëre fundatur odor. 4. I. affligit, afflixit. 5. Æ. ultrice in tortores, aut oblectamine in Chriſtianos. I. vindicante. 6. I. delectatione. 7. Æ. de quo Malach. 3. *ipſe enim quaſi ignis conflans & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi.* 8. Æ. *complet lumine & urit* I. qui

tamen

Juſtos, & urit noxios.
Poſtquam vapor 9 diutinus
Decoxit exuſtum latus,
10 Ultrò 11 è cataſta judicem
Compellat affatu brevi.
Converte partem corporis
Satis crematam jugiter,
Et 12 fac periclum, quid tuus
13 Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inverti jubet.
14 Tunc ille: Coctum eſt, devora;
Et experimentum cape,
Sit 15 crudum an aſſum ſuavius.
Hæc 16 ludibundus dixerat:
Cœlum deinde ſuſpicit,
Et congemiſcens obſecrat,
Miſeratus 17 urbem Romulam:
O Chriſte, 18 numen unicum.

tamen ſunt contrarii effectus, ex eadem cauſa profecti. 9. I. longus. 10. I. ſponte. 11. I. è craticula; qui in caſtata erat. Æ. ut ſupra ex tormento. 12. Æ. experire. I. inquiſitionem. ſeparationem. 13. I. dicitur ignis. 14. I. ſc. ait. 15. Æ. quod utrumque erat in Laurentio. 16. Æ. per ludum jocumque hæc dicebat. I. ſimilis ludenti. 17. Æ. à Romulo conditam Horat. in Carmine ſeculari:

Romulæ genti date remque prolemque.

18. Æ. quia Pater & Filius & Spiritus S. unus Deus ſunt. H. *ô Chriſte numen unicum*) *nomen* in Put. & Ambroſ. ſic ſequenti hymno Eulaliæ:

O 19 ſplendor, ó 20 virtus Patris,
O factor orbis & poli,
Atque auctor 21 horum mœnium:
Qui ſceptra Romæ in vertice
Rerum locaſti, ſanciens
Mundum 22 Quirinali toga
Servire, & armis cedere:
Ut diſcrepantum gentium

Quam juvat hos apices legere,
Qui tua, Chriſte, tropæa notant:
Nomen & ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eluvie.

19. Æ. Hebr. 1. *qui cum ſit ſplendor gloriæ paternæ.* 20. Æ. fortitudo, Eſ. 64. & brachium domini, cui revelatum eſt. 21. Æ. quorum Romulus dicitur eſſe conditor; quia ideo feciſti ut Roma eſſet caput orbis, ut omnes gentes obedirent unis legibus. Nam quod Virg. 1. Æneid. ſcribit:

His ego nec metas rerum nec tempora pono,

ad imperium Eccleſiæ potius, quam ad ſeculare pertinet. 22. l. Romanæ. Æ. quia Romulus poſt conſecrationem Quirinus eſt cognominatus; & Romana gens *togata* à Virgilio dicitur, ut:

Romanos rerum Dominos gentemque togatam.

23. Æ.

Mores & 23 obſervantiam,
Linguaſque, & 1 ingenia, & ſacra,
Unus domares legibus.
En omne ſub regnum 2 Remi
Mortale 3 conceſſit genus:
4 Idem loquuntur diſſoni
Ritus, id ipſum ſentiunt.
5 Hoc deſtinatum, quo magis
6 Jus Chriſtiani nominis,
7 Quodcunque terrarum jacet,
Uno illigaret vinculo.
Da, Chriſte, Romanis tuis
Sic Chriſtiana ut civitas:
Per quam dediſti, ut 8 ceteris
9 Mens una ſacrorum foret.
10 Confœderantur omnia

23. Æ. religionem. 1. Æ. quæ apud diverſas nationes varia ſunt & ad diverſa ſtudia inclinata. 2. Æ. pro Romuli; nam & ille particeps regni fuit, I. imperatoris Romanorum. 3. I. convenit. ſc. Dominus 4. Æ. *idem loquuntur & ſentiunt*) quia idem credunt & confitentur, ſc. fidem Chriſtianam; vel potius ad linguam Patriam referendum, & ad leges Romanorum. 5. Æ. à Deo, ut, quemadmodum omnes tenentur uno imperio, teneantur etiam una religione. 6. l. lex 7. H. *Quodcunpue terrarum jacet*) ſic vetuſtiores. In Oxonio *quacunque* in aliis compluribus minoris rei *quocunque*. Mox *ſit Chriſtiana ut civitas*, noſtri. 8. I. gentibus. 9. Æ. quia cum imperio propagata eſt religio Chriſtiana. I. fides. 10. I. conjungantur.

Hinc inde membra in 11 *ſymbolum,*
12 *Manſueſcit* 13 *orbis ſubditus:*
Manſueſcat & ſummum 14 *caput.*
15 *Advertat,* 16 *abjunctas plagas*
Coire in 17 *unam gratiam:*
Fiat 18 *fidelis* 19 *Romulus;*
Et ipſe jam credat 20 *Numa.*
Confundit 21 *error Troicus*
Adhuc 22 *Catonum* 23 *curiam,*
Veneratus 24 *occultis focis*

tur. H. *Confœderentur*) *confœderantur* Puteanus cum Oxonio. & mox *manſueſcit orbis* quibus & Aldina editio ſubſcribit. Tum *abjunctas plagas* noſtri omnes, ut & *veneratus*, non *adjunctas plagas* & *veneratur* lib. 2. in Symmach. *quadrupes abjuncta eſt bipedi*. monuit jam Giphanius. 11. Æ. in convenientiam. Nam *ſymbolum* eſt, in quo plura conveniunt. I. unitatem, fidem Catholicam. concilium, unam fidem. 12. I. mitis fiat. 13. Æ. non totus, ſed Eccleſia Orientalis & Græca; unde incepit religio noſtra. 14. Æ. Roma. Virg. *quæ alias inter caput extulit urbes*. 15. Æ. Roma videat. I. ſentiat, intelligat. 16. I. ſeparatas. Æ. disjunctas regiones, 17. Æ. amorem religionis convenire. 18. I. credulus. 19. Æ. *Romulus & Numa*) per quos intelligit Romanorum principes. 20. I. conſul, i. Sabini. 21. Æ. Romani, quia à Trojanis acceperunt religionem, h. e. Veſtam & penates & palladium. 22. I. conſulum, conſiliariorum vel ſapientum, legis doctorum. Æ. nobilium Romanorum, quales fuerunt Catones. 23. I. familiam. 24. Æ. ignem.

25 Phrygum 26 Penates exſules.
27 Janum bifrontem & 28 Sterculum
Colit Senatus, (horreo
Tot monſtra Patrum dicere,)
Et feſta Saturni ſenis.
Abſterge, Chriſte, hoc dedecus,
Emitte 29 Gabriel tuum,
Agnoſcat ut verum DEUM
30 Errans Juli cæcitas
Et jam tenemus obſides
Fidiſſimos hujus ſpei:
Hic nempe jam regnant duo
Apoſtolorum Principes:

ignem veſtalem qui in abditis ſervabatur. Virg. 2. Æneid.

Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

25. I. Trojanorum. 26. Virg. *victosque penates.*
27. Æ. Ovid. 1. Faſt.

Jane bifrons anni tacite labentis origo,
Solus de ſuperis, qui tua terga vides.

28. I. adjectivum, i. cloacinium. Æ. Macrobius in primo Saturnal. *Cyrenenſes mellis & fructuum repertorem Saturnum exiſtimant: hunc Romani ſterculum vocant.* 29. fortitudinem tuam. Æ. recte non eſt auſus declinare ſub hac terminatione. 30. I. *errans Julia cæcitas*) Roma, Romana Aſcanii. Æ. eorum, qui ab Aſcanio Julo, Æneæ filio, deſcendunt, â quo Julius Cæſar ducebat originem Virg.

1 Alter 2 vocator Gentium;
Alter, 3 cathêdram poſſidens
Primam, 4 recludit 5 creditas
6 Æternitatis januas.
Diſcede, adulter Jupiter,
Stupro 7 ſororis 8 oblite:
Relinque Romam liberam,
9 Plebemque jam Chriſti fuge.
Te Paulus hinc 10 exterminat,
Te ſanguis 11 exturbat Petri:

Julius â magno demiſſus nomen Julo.

H. *errans Juli cæcitas*) ſic noſtri omnes etiam ſchedæ Ambroſianæ, niſi quod in uno Rottendorphio. *Julica*. quod & Weitzius in duobus ſuis invenit in uno *Julia*. alii ex ſuis monent *jula*, non male, ſed vetuſtiſſimos ſequor. *Julum* poſuit pro Romanis, tanquam conditorem nominis Romani. *Jula* Cauchius eſt amplexus, ut *urbs Romula* pro *Romulea*. 1. l. unus 2. prædicator. Æ. ſc. Paulus, qui præ ceteris prædicator gentium dicitur. 3. H. ſic Put. Thuan. Oxon. Rottendorph. Nomſius cum Aldo. In tribus Torrentianis & Altinio *primus*. etiam in Ambroſiano ſed τῷ u erat a ſuperſcriptum quod vult *primas*. in eodem *créditus*. 4. Æ. & l. aperit. 5. l. ſc. ſibi. 6. Æ. cœlorum & vitæ æternæ 7. Æ. Junonis, quæ jovis dicitur & ſoror & conjunx. 8. l. vocativi caſus. 9. l. Chriſtianitatem. 10. l. depellit. extra terminum minat. 11. Æ. ejicit. Ovid. 15. Metam. *exturbare animas* poſuit pro *ejicere*.

Tibi id, quod ipſe 12 *admoveras*
13 *Factum Neronis*, 14 *officit.*
Video futurum 15 *Principem*
Quandoque, qui ſervus DEI
Taetris ſacrorum ſordibus
Servire Romam non 16 *ſinat.*
Qui templa claudat vectibus,
17 *Valvas eburnas obſtruat,*
18 *Nefaſta* 19 *damnet limina,*
20 *Obdens aënos* 21 *peſſulos.*
Tunc 22 *pura ab omni* 23 *ſanguine*
Tandem nitebunt 24 *marmora:*
Stabunt & 25 æra innoxia,
Quæ nunc habentur idola.
26 *Hic finis* 27 *orandi fuit,*

12. Æ. molitus eras, quod ceſſit in perniciem tuam. 13. Æ. qui Petrum & Paulum martyrio coronavit. 14. I. valde nocet, obeſt. 15. I. Conſtantinum vult dicere. Æ. Conſtantinum intelligit, *cujus edicto*, ut inquit Hieronymus, *gentilium templa ſubverſa ſunt.* 16. I. non conſentit. 17. I. feneſtras: feras. 18. H. *Nefanda damnet limina*) omnes noſtri cum Aldo *Nefaſta.* tum *ahenos peſſulos.* mox *ſtabunt ut æra innoxia.* Altin. Nomſ. & Rottendorph. 19. I. claudat Conſtantinus. 20. I. opponens, contra dans. 21. I. vectes. Æ. januarum repagula. 22. I, Deo dicata. 23. I, inquinamento. 24. Æ. templorum ſc. idola, i. ſanctorum imagines, quia idola Deorum noxia erant. 25. I, idola. 26. I. tunc, 27. ſc. ſancti Laurentii,

28. I.

Et finis idem 28 vinculi
Carnalis: 29 erupit volens
Vocem ſecutus ſpiritus.
Vexêre corpus ſubditis
Cervicibus quidam Patres:
Quos mira 30 libertas viri
31 Ambire Chriſtum ſuaſerat.
32 Repens 33 medullas 34 indoles
Afflarat, & coêgerat
Amore ſublimis DEI
Odiſſe 1 nugas priſtinas.
2 Refrixit ex illo die
Cultus Deorum turpium:
Plebs 3 in ſacellis 4 rarior:
5 Chriſti ad 6 tribunal 7 curritur.

28. H. corporis. Æ. quo anima in corpore tenetur. 29. Æ. prorupit; pro ſimplici compoſitum. 30. I. fiducia Laurentii. Æ. Laurentii. nam patres illi cum vidiſſent martyrem tantâ libertate apud urbis præfectum fuiſſe uſum, cœperunt & ipſi Chriſtum quærere. 31. I. deſiderare. 32. H. *Repens medullas indoles) replens* in Ambroſiano, Rottendorphio, tribus Torrentianis & Cauchio. I. repentina. 33. *I.* viros. Æ. illorum patrum inflammarat. 34. Æ. probitas illa martyris. I. nobilitas. 1. Æ. vanitates gentilicas. I. idola, 2. *I.* gelavit. 3. I. templis Deorum. Æ. Deorum gentilium. 4. Æ. cum antea eſſet frequentior. 5. H. *Chriſti ad tribunal curritur) curſitat* ex conjectura Cauchius, ut ad plebem referatur, aliter ſcripti omnes, mo-

net

Sic 8 dimicans Laurentius
Non 9 enſe præcinxit latus?
Hoſtile ſed ferrum retro
10 Torquens in 11 auctorem tulit.
12 Dum dæmon invictum DEI
Teſtem 13 laceſſit prælio,
Perfoſſus ipſe concidit,
Et ſtratus 14 æternùm jacet.
Mors illa ſancti Martyris,
Mors vera templorum fuit:
Tunc 15 Veſta Palladios 16 lares
17 Impunè ſenſit deſeri.
18 Quidquid 19 Quiritum ſueverat

net idem Cauchius, ad tribunalia baſilicarum reſpici à Poëta. 6. I. ad Eccleſiam: 7. Æ. plerique omnes currunt. 8. I. pugnans. 9. I. gladio. 10. Æ. pro retorquens, nam moriens hoſtem ſuperavit; ſic enim indies creſcebat Eccleſia. 11. I. diabolum. 12. I. usque. 13. I. provocat. 14. I. æternaliter. in æternum. Æ. æternaliter, nomen pro adverbio Virg. 6. Æneid. *ſedet æternumque ſedebit.* Æ. ignis Veſtalis. Ovid.

Nec aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam.

I. Dea ignis. 19. I. ignes. Æ. templum ubi erat Palladium. 17. Æ. quia ſi negligentia virginum Veſtalium ignis extingueretur, capitale erat illis: ſed tunc impune ille ignis extinctus eſt. 18. H. *Quidquid Quiritum ſueverat ornare nanias Numa*) feliciter admodum ſeſe in hoc loco verſatum eſſe opinatur Giſelinus, qui ſic caſtigarit, cum *res ſacras*

Digitized by Google

Orare 20 ſimpuvium 21 Numa,
Chriſti frequentans atria
Hymnis 22 reſultat Martyrem.

Ipſa & Senatûs 23 lumina,
Quondam 24 Luperci & 25 Flamines,

eras ante haberent libri editi. Sed omnino ſcribendum eſt *Orare ſimpuvium Numa,* quod diſertim præferunt ex noſtris Puteaneus optimus, Nomſianus & Torrentiani duo. In Thuaneo quoque *ſimpuvium.* Aldus & multæ editiones *res vanas* in Oxonio *ornare res impias Numa,* ſed in quo ſubjungitur hic verſus *Orare ſimpuvium Numa. res impias* in Rottendorphio quoque. Primus Giphanius ad Lucretium publice correxit, *Ornare ſimpuvium Numæ;* nec aliter Cauchius, qui *orare* tamen merito præferebat, & *ſimpuvium* derivabat παρὰ τὸ συμπίνειν Salmaſius *ſimpulum* hoc loco videbatur velle, quod in Puteano reperiſſet *ſimpuium* optimeve tam Cauchius quam Giphanius monent illa Juvenalis Prudentium reſpexiſſe ex Sat. V. *ſimpuium ridere Numæ, nigrumque Catinum.* verius tamen cum ſcriptis *orare* quam *ornare.* 19. l. Romanorum. 20. l. *ſimpubium)* combarbationem, nam ſimulacrum illius barbatum fuit. barbati in pictura. 21. l. Conſulis, Cæſaris. Æ. qui religionem & ſacra tradidit Romanis. 22. Æ. reſultando concinit. l. laudat. 23. Æ. ex ſenatoribus illuſtriſſimi. l. principes, principalia. 24. Æ. ſacerdotes Panos, Dei paſtorum. l. idoli. ſacerdotes Panis dicti, quod lupos ab ovibus arceant.

Hi

Apoſtolorum & Martyrum.
Exoſculantur limina.
Videmus illuſtres 26 *domos,*
Sexu 27 *ex utroque nobiles*
Offerre votis 28 *pignora*
Clariſſimorum 29 *liberûm.*
Vittatus olim 30 *Pontifex*
31 *Adſcitur in ſignum Crucis,*
32 *Ædemque, Laurenti, tuam.*
33 *Veſtalis intrat* 34 *Claudia.*
O 35 *ter quaterque & ſepties*

Hi vero paſtores ſunt. Lupercal vero templum Panis, ita appellatum, quod ei ſolemnia ludicra celebrantur. unde lupercalia proſtibula dicuntur. 25. Æ. ſacerdotes collegiorum. l. ſacerdotes Deorum. Flamen eſt dictum q. Filamen, eo quod filo caput cingebant antiqui. 26. l. familias. 27. l. virorum & mulierum. Æ. ex patre & matre fulgentes ſangvine. 28. l. pueros. Æ. pro, liberorum, i. ipſos liberos, qui ſunt pignora parentibus. 29. l. hominum. 30. l. ſacerdos. Æ. qui fuit apud gentiles in ſumma veneratione. 31. l. adquiritur. 32. l. Eccleſiam. 33. l. quæ fuit ſacra in veſtibus. Æ. per quam intelligit quamlibet virginem ſacerdotem ex collegio Veſtæ. Hæc eſt illa Claudia, quæ cum accuſaretur pollutæ caſtitatis, purgans innocentiam ſuam, cingulo traxit navem, quæ neque velo, neque remis promoveri poterat. 34. l. Virgo Veſtæ. quædam famula Veſtæ, Claudii filia fuit. familia. 35. Æ. ex Virg. 1. Æneid, *ô terque quaterque beati.* ſed

ſepties

Beatus urbis 36 incola;
Qui 1 te, ac tuorum 2 comminus
3 Sedem celebrat oſſium:
Cui 4 propter 5 advolvi licet,
Qui 6 fletibus ſpargit locum,
Qui pectus in terram premit,
7 Qui vota fundit murmure.
Nos 8 Vaſco 9 Hiberus 10 dividit

ſepties conflatur ex ternario & quaternario; qui numerus ex certa quâdam ratione perfectus eſt. 36. l. Romani cives. 1. Æ. ô Laurenti. 2. l. prope. Æ. prope, & in eadem urbe 3. l. ſepulchrum. H. *ſedem celebrat oſſium*) *oſſuum* vetuſtiores bene. Ita dixit pecua alibi, ut mirus eſt imitator antiquitatis. ſic & hymn. 5. v. 111. reſtituimus. 4 Æ. prope Virg. in Bucol.

Propter aquæ rivum viridi procumbit in herba.

l. juxta 5 proſternere. 6. l. plorat. 7. l. *murmure*) oratione, ſuſurratione. H. *qui vota fundit murmure*) murmuræ in Puteaneo ſcribendum *vota murmura*, ſic ſupra. *votáſque diſpenſat opes.* quod & ibi perperam immutarat. paulo poſt *Vaſco Hiberos* malebat Cauchius. quomodo ex noſtris Altinius. 8. Æ. ſenſus eſt: ille dicitur felix, cui licet Romæ viſitare cineres beati Laurentii. *ſed nos*, Hiſpanos. Iberus Vaſco, i. fluvius, qui Vaſcones alluit. 9. l. fluvius Hiſpanicus. 10. Æ. ſeparat nos; non quòd *Iberus* appelletur *Vaſco* cum præterfluit Cæſarauguſtam

11 Binis remotos 12 Alpibus,
Trans 13 Cottianorum juga,
Trans & Pyrenas 14 ninguidos,
15 Vix fama nota eſt, abditis
Quàm plena ſanctis Roma ſit,
Quàm dives 16 urbanum ſolum
Sacris ſepulchris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
Nec ſangvinis veſtigia
Videre 17 cominus poſſumus;
18 Cælum 19 intuemur 20 eminus.
21 Sic, ſancte Laurenti, tuam
Nos 22 paſſionem quærimus:
Eſt aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.

guſtam urbem, ſed quod ortus in Vaſconibus fluit per illos, & deinde per Celtiberos. 11. l. montibus. 12. Æ. *binis alpibus*) quod ipſe declarat; *trans Alpes Cottianas & trans Pyreneum* dictæ ſunt aut Cottiæ alpes è Coctio Gallorum Rege, qui cum Auguſto amicitiam fecit. *Cottianæ* dicuntur à Cornelio Tacito. 13. l. alpium duæ alpes Cotianæ & Pyreneæ. Cotianorum, Scotorum. 14. l. à nive. Æ. nivoſos, nam *ninguis* pro nix dicebant antiqui, & inde ninguidus a, um, Sidonius: *Jani Numaque ninguidos menſes.* 15. Æ. neſcitur. 16. l. civile. Æ. *urbis*, quæ per excellentiam ſic dicitur. 17. l. præſentialiter, manifeſte. 18. Æ. ubi eſt certior ſedes Martyrum. l. ad Deum. 19. l. operibus propinqvamus. 20. l. longius. 21. l. paſſionis diem. 22. Æ. ſc. intuentes cœlum.

Illic 23 inenarrabili
24 Adlectus 25 urbi 26 municeps,
Æterna in arce curia
Geſtis coronam 27 civicam.
28 Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem 29 virum,
Quem 30 Roma cœleſtis ſibi
31 Legit perennem Conſulem.
Quæ ſit 32 poteſtas 33 credita,
Et muneris quantum 34 datum,
Probant 35 Quiritum gaudia,
Quibus rogatus 36 adnuis.
Quodquiſque ſupplex 37 poſtulat,
Fert impetratum proſpere:
1 Poſcunt, 2 jocantur, indicant,

ſum. 23. Æ. cujus opulentia narrari non poteſt. 24. I. electus, advocatus. 25. Æ. Jeruſalem cœleſti, de qua in Apocal. cap 21. 26. I. telonearius miniſter vel civis. 27. I. angelicam vel domeſticam cœleſtium civium, cœleſtem. Æ. quæ dabatur illi, qui civem in prœlio ſervaſſet: ſed quia Laurentius multos hoc modo reduxit ad Chriſtum merito donatur corona civica. 28. I. mihi cernitur. 29. I. Laurentium. 30. Æ ſicut Hieruſalem cœleſtis. *I.* Hieruſalem. 31. *I.* elegit. 32. Æ. quod in vita aliorum martyrum facit, & in hoc facit, ut enarret hujus martyris quemadmodum & aliorum, poteſtatem. 33. I. ſibi. illi. 34. I. ſc. illi. 35. I. militum. Æ. conſequentium petita. 36. *I.* ſubvenis vel conſentis, adjuvas. 37. I. orat. 1. H. *poſcunt licenter*) in omnibus noſtris Altinio excepto

jocan-

Et triſtis haud 3 ullus redit.
Ceu præſto ſemper 4 adſies,
Tuoſque 5 alumnos urbicos
6 Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter, ô Chriſti decus,
Audi Poëtam *ruſticum,*
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua.
Indignus, agnoſco & ſcio,
7 Quem Chriſtus ipſe exaudiat:
Sed per patronos Martyras
Poteſt 8 medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
9 Chriſti reum Prudentium:
Et ſervientem 10 corpori,
Abſolve vinclis ſæculi.

jocantur, etiam in Ambroſiano & Torrentianis tribus nec auſim obniti. prave *litantur* Altinius. *licenter* ex Fuldenſi Weitzius, quem vide mox *Martyras* vetuſtiores, vide Romani v. 416. 2. Æ. *litantur* pro *litant*, h.e. impetrant quod poſcunt. 3. I. ſc. hominum. 4. I. pro adſis. Æ. antiquum, pro adſis. 5. I. filios. Æ. tuos cives. 6. I. ſatiante Æ. more matrum, quæ filos lactant. 7. Æ. quia peccatores Deus non exaudit Joh. cap. 9. 8. Æ. peccatorum veniam. 9. Æ. quem Chriſtus poteſt accuſare peccatorum. Cicero pro Milone; *reus Milonis lege Plotia fuit Clodius*. 10. I. peccato, Æ, dum eſt in hoc ſeculo.

HYMNUS III.

In honorem paſſionis Eulaliæ beatiſſimæ Martyris.

ARGUMENTUM.

PRincipio commendat illam à nobilitate patriæ, deinde à nobilitate generis, & quod ab ineunte ætate dedit ſpecimen futuræ religionis: deinde proſequitur ordine beatæ martyris paſſionem, tum demum proſequitur miracula, quæ in morte illius viſa ſunt & celebritatem omnium ad ejus tumulum.] Æ.

1. GErmine nobilis 2 Eulalia,
Mortis & 3 indole nobilior,
4 Emeritam ſacra virgo ſuam,
Cujus 5 ab ubere progenita eſt,

1. I. generatione: 2. I. interpretatur boniloqua, Euſebia, bona cultura. Theoſebia Dei cultura. 3. I. ingenioſa vel bona ſpe. ſpe vel virtute. Indoles eſt imago quædam propriæ virtutis. Æ. virtute; id, quod præcedit, pro eo, quod ſequitur: nam indoles virtutem præcedit. H. *mortis at indole*) *& indole* ſcripti. male in nonnullis recentioribus, *Mentis & indole.* Cauchius conjectabat, *Moris at indole.* Sed Statio, *ingenium crudele necis*, 4. I. emerita, civitas Hiſpaniæ, dicta quod ibi emeriti, i. veterani milites erant 5. Æ. fertilitate, Virg. 1. Æneid.

Oſſibus ornat, amore colit.
Proximus 6 occiduo locus eſt,
Qui 7 tulit hoc decus egregium,
Urbe potens, populis locuples:
Sed mage ſanguine Martyrij,
Virgineoque potens 8 titulo.
9 Curriculis tribus atque novem
Tres 10 hiemes quater attigerat,
Cum crepitante 11 pyra trepidos
Terruit 12 aſpera carnifices,
Supplicium ſibi 13 dulce 14 rata.
Jam dederat prius 15 indicium,
Tendere ſe 16 Patris ad ſolium;

Potens armis atque ubere glebæ.

6. Æ. occidenti ſoli, nam Emerita non multum diſtat à *ſacro promontorio*, quæ eſt totius Europæ locus maxime omnium occidentalis. I. in fine. 7. I. genuit. detulit. 8. I. ſepulchro. 9. I. annis. Æ. *Curriculis tribus atque novem*) Solis duodecim revolutionibus, h. e. duodecim annis. 10. Æ. *attigerat quatuor hiemes*) duodecim annos; accipiendo partem annorum pro toto anno. 11. I. ſonante pyra. pyra ignis dicitur genus, qui, antequam ſuccendatur, rogus vocatur, Æ. lignorum ſtrue incenſa. *crepitat* autem *ignis* cum ligna comburuntur, quod ajunt, ut inquit Ariſtoteles, *Veſtam ridere*; & notat, quo mortis genere paſſa eſt martyrium. 12. Æ. in ſe ipſam talia perpetrando. 13. Æ. rem dulcem. Virg. *dulce ſatis humor.* 14. I. arbitrata. 15. I. indolem, ut ſupra dixit. 16. Æ. ad regnum cœleſte in quo

Nec ſua membra dicans 17 *toro ;*
Ipſa 18 *crepundia reppulerat,*
Ludere neſcia 19 *puſiola.*
20 *Spernere* 21 *ſuccina*, 22 *flere roſas*,

Dei ſedes eſt. I. omnipotentis. 17. I. conjugio. Æ. ſubaudi ; fore ; i. dederat indicium ſe nemini nuptum iri. 18. Æ. diximus, fuiſſe crepitacula, quæ puſionibus & puellis dantur ad cohibendos fletus, & in quibus ludunt. I. monilia ornamenta, gemmas. inſignia vel indicia, quæ expoſitis infantibus adhibentur. jocalia ornamenta. 19. Æ. puellula ; nam *puſio* parvus eſt puer. I. parvula, juvencula puella. diminutivum â puſione, qui eſt communis generis, & ſignificat puerum vel puellam fortiorem jam. inde puſiolus & puſiola, diminutiva. puſiola, puſilla. puſio dicitur primus natu. 20. I. ſc. cœpit. ſpernebat, i. abominabatur. H. *ſpernere ſucina, flere roſas*) ita ſcripti potiores. niſi quod in Ambroſiano & Oxonio, *flore roſas.* Weitzius *flare* ex Bongarſiano, quod Salmaſius amplectebatur, & in margine editionis Sichardianæ exſtabat. vere, ut opinor. mox *modeſta gradum* Nomſius & Rottendorphius noto Græciſmo. 21. Æ. quæ Græce dicuntur *electra*, vulgo *ambar* gummi arborum notiſſimum. I. gemmæ fulvi coloris, quæ ex lacrymis arborum fluunt, & in lapidem dureſcunt. Et ſunt ſucina, â ſucô dicta, Oſcula in ore infantum. 22. Æ. cum fletu abjicere, cum aliæ ſoleant flere, ut dentur. I. flabat jocunditates mundanas.

23. Æ.

23 Fulva 24 monilia 25 reſpuere :
Ore 26 ſevera, 27 modeſta gradum,
Moribus & nimium 28 teneris
29 Canitiem meditata ſenum.
Aſt ubi ſe 30 furiata lues
Excitat in famulos Domini,
Chriſticolasque 31 cruenta jubet
Thura cremare, jecur pecudis
Mortiferis 32 adolere Deis :
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus, 33 ingeniique 34 ferox
35 Turbida frangere bella 36 parat,
Et, rude pectus 37 anhela DEO,
Femina provocat arma 38 virûm.
Sed pia cura 39 parentis 40 agit

23. Æ. aurea, à colore. I. aurea. 24. I. ſplendida ornamenta in vertice mulierum. 25. I. *reſpuere*) bat.. 26 I. facie ſtricta, ſobria. 27. I. quieta. 28. Æ. juxta illud Sap. 2. *cani hominis ſapientia illius*. 29. I. morem imitata eſt. 30. perſecutio in Chriſtianos. I. perſecutio. mortalitas vel morbus. 31. Æ. cruorem minitans, niſi ſacrificent thura & jecora Deis. 32. I. incendere aliter creſcere. 33. H. *ingeniique ferox*) *ingeniumque* Thuan. non placet. 34. I. fertilis. 35. Æ. perturbationem aliis afferentia, i. parabat ſe martyrio patiendo, ſed hoc volebant parentes prohibere occultando illam in agro. 36. Æ. ordo eſt, & rude pectus, & ferox ingenio, parat frangere, i. ſuperare. 37. I. ſpirans. 38. I. Syncope, pro virorum. Æ. i. inſtrumenta quæ ſæviant in ipſam. 39. I. matris. 40. I. operatur.

Virgo animoſa domi ut lateat,
Abdita 41 rure, & ab urbe procul:
Ne 42 fera ſanguinis in pretium
Mortis amore ruat.
Illa peroſa 43 quietis opem
44 Degeneri tolerare mora,
Nocte fores ſine 45 teſte 46 movet,
47 Septaque clauſtra fugax aperit:
Inde per 48 invia carpit iter.
49 Ingreditur pedibus 50 laceris
51 Per loca ſenta ſitu & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox 52 ſileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
1 Sic habuit generoſa 2 Patrum
Turba columniferum radium:
Scindere 3 qui tenebroſa potens
Nocte viam 4 face perſpicuâ
Præſtitit, intereunte 5 Chao.

41 I. in pago. 42. Æ. efferata amore martyrii. 43. Æ. pacis & tranquillitatis. 44. Æ. quia videbatur ſibi degenerare, ſi non rueret in martyrium. 45. I. vidente. 46. I. aperit. 47. Æ. domus ſepimenta, quibus erat clauſa. 48. I. loca ſine via. 49. Æ. vadit. 50. I. laceratis. 51. Æ. loca ſpinoſa & inculta. Virgilii eſt in 6 Æneid. 52. Æ. ſit noctis ſilentium. Virgil. *per amica ſilentia noctis.* 1. Æ. Exod. cap. 13. *Dominus*, inquit, *præcedebat filios Iſraël, ad oſtendendam viam; per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* 2. Æ. filiorum Iſraël. 3. I. radius. 4. I. luce. 5. I. chaos confuſio rerum.

Æ. dis-

Non aliter pia virgo, viam
Nocte 6 *ſecuta*, 7 *diem meruit*,
Nec tenebris adoperta fuit,
8 *Regna Canopica cum fugeret*,
Et ſuper aſtra pararet iter.
Illa gradu 9 *cita* 10 *pervigili*,
Millia multa prius 11 *peragit*,
Quàm plaga pandat 12 *Eoa* 13 *polum*:
Mane 14 *ſuperba* 15 *tribunal adit*,
16 *Faſcibus adſtat & in mediis.*
Vociferans: 17 *Rogo, quis furor eſt*
Perdere præcipites 18 *animas*,
Et 19 *male prodiga corda ſui*
20 *Sternere* 21 *ruſlibus ſcopulis*,

Æ. diſſipatis tenebris. 6. l. dum ſequebatur. 7. Æ. diei lucem. 8. l. Ægyptiaca, i. mundana. Æ. Ægyptia; nam *Canopus* civitas Ægypti, quæ nunc Damiata dicitur, ſed per *regna Canopia* intelligit regna mundi hujus, quæ martyr fugiebat, ut Hebræi Ægyptia. H. *regna Canopica*) *Canopia* in eodem Thuaneo. 9. l. velox. 10. Æ. quia totam noctem vigilaverat. 11. l. percucurrit. 13. Æ. cœlum aperiat ſol oriens. Virg.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

14. l. nobilis. 15. Æ. ubi erat judex. 16. l. honoribus, poteſtatibus, vel pompis Æ. lictoribus; qui faſces præferebant magiſtratibus. 17. l. interrogo, ad paganos dicit. 18. Æ. ſc. veſtras, præcipitando illas ad inferos. 19. Æ. quia male impenditis mortem. 20. l. flectere ad orationem. 21. Æ. viſcera

Omnipatremque negare DEUM?
Quæritis, ô miseranda 22 manus,
23 Christicolum genus? en ego ſum
Dæmoniciis inimica ſacris:
Idola protero ſub pedibus:
Pectore & ore DEUM fateor.
24 Iſis, Apollo, Venus nihil eſt,
25 Maximianus & ipſe nihil:
Illa nihil, quia facta manu:
Hic, manuum quia facta colit:
26 Frivola utraque, & utraque nihil.
Maximianus opum Dominus,
Et tamen ipſe 27 cliens lapidum,
28 Proſtituat voveatque ſuis
Numinibus caput ipſe ſuum:

veſtra radentibus. l. raſis lapidibus, i. dolatis per imagines, 22. l. multitudo, 23. Æ. & l. chriſticolarum. 24. l. Dea Ægyptiorum. Æ. qui ſunt ex magnis & conſentientibus Deis. 25. Æ. qui particeps imperii cum Diocletiano fuit, anno ſalutis circiter trecentiſſimo, quo tempore perſecutio valida in Chriſtianos fuit. 26. l. vana vel mendacia. H. *frivola utraque & utraque nihil*) Gauchius malebat *frivolum utrumque & utrumque nihil.* Sed Prudentio multũ licuiſſe in his talibus paſſim apparet ex noſtris hiſce caſtigationibus. 27. AE. cultor idolorum. Nam *cliens* à colendo dicitur. l. ſervus vel ſocius. Servitor, amicus minor. 28. AE. verbum turpe, ſumtum ab illis, qui ſe proſtituunt libidini publicæ; & in ſacris literis verbum eſt frequens mœchari, de iis, qui idola colunt. l. tradat

vel

Pectora cur 29 generoſa 30 quatis?
31 Dux bonus, arbiter egregius,
1 Sangvine paſcitur innocuo,
Corporibusque 2 piis 3 inhians,
Viſcera ſobria dilacerat,
Gaudet & 4 excruciare 5 fidem.
Ergo age, tortor, adure, ſeca,
Divide membra 6 coacta luto.
Solvere 7 rem fragilem facile eſt.
Non 8 penetrabitur interior
9 Exagitante dolore animus.
10 Talibus 11 excitus in Furias
Prætor, ait: Rape præcipitem,
12 Lictor, & 13 obrue ſuppliciis:
14 Sentiat eſſe Deos patrios,
Nec leve Principis imperium.

vel turpiter ſe inclinet. 29. l. Chriſtiana. AE. qualem me profiteor. 30. l. & AE. perſequitur. 31. l. & AE. per Ironiam eſt legendum. 1. AE. martyrum. 2. AE. religioſis. 3. l. appetens vel nimis cupiens. AE. ſumtum à pullis hirundinis, qui cibis inhiant, i. avide cupiunt. Seneca Herc. Fur.

Nullo fine beatus componit opes gazis inhians.

4. l. extorquere. 5. AE. fideles Chriſti anos. 6. AE. compoſita & compacta. l. conjuncta. 7. AE. corpus cito frangibile. 8. l. interficitur. 9. l. fatigante. 10. l. verbis. 11. l. commotus, exitiabilis. 12. l. carnifex, à ligando. 13. AE. onera vel laceſſe. 14. AE. nunc cum dolore. Eſt hic ſenſus: Terent.

15 *Quam ceperam tamen, ante vocem*
16 *Si potis es, revocare tuam,*
17 *Torva puellula,* 18 *nequitiam!*
Reſpice, gaudia quanta 19 *metas:*
Quæ tibi fert 20 *genialis honor.*
Te lacrymis labefacta 21 *domus*
Perſequitur, generisque tui
Ingemit anxia 22 *nobilitas,*
23 *Flore quod occidis in tenero,*

Terent. *ſentiet, qui vir ſiem.* 15. l. in quantum. 16. l. ſi poſſibile eſt. H. *ſi potis eſt revocare tuam torva puellula nequitiam*) *revocare viam nequitia* contra ſcriptos Giſelinus, ſed & vetuſtiores noſtri, *ſi potis es,* nec aliter Thuanus & Weitziani duo, quomodo & libri primi contra Symmachum præfatione vetuſtus codex. *Hujus, ſi potis es, jam miſereſcito,* ubi tamen reliqui *potis eſt,* quod Giphanius ad Lucretium tuetur vocabulo, *virdant,* exemplo Terentii & veterum, apud quos frequenter occurrit. *ſi poteſt, ſi poterit.* ſed tunc potius dicendum foret, *ſi pote eſt.* 17. l. aſpera, vel minax vel contumax. 18. Æ. peccatum ſi malum. 19. Æ. colligas; unde *meſſores* dicti. 20. Æ. nuptiæ; *lectus genialis in aula eſt.* apud Horatium. Eſt enim genius generationis Deus. l. nuptialis lectus nuptialis, vel honor, gradus. 21. Æ. aut parentum familia. 22. Æ. aut parentum, aut omnium nobilium. 23. H. *flore quod occidis in tenero*) *ſole* Puteanus. quod non eſt de nihilo ſimilem ex hamartigenia adſcripſerat locum Salmaſius, *ut pueros ſol primus agit.*

24. H.

24 Proxima dotibus & 25 thalamus.
Non movet aurea 26 pompa tori,
Non pietas veneranda 27 ſenum,
Quos 28 temeraria 29 debilitas?
30 Ecce 31 parata 32 miniſteria
Excruciabilis 33 exitij.
Aut gladio 34 feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data famiſicis,
Flebiliterque 35 ululanda tuis,
In cineres reſoluta 36 flues,
37 Hac, 38 rogo, quis labor eſt fugere?
Si modicum 39 ſalis 40 eminulis

24. H. *proxima dotibus & thalamo*) *thalamis* Put. & Oxon. forte *thalami*, mox in eodem Oxonio *excruciatilis exitii.* 25. I. conjugio. 26. Æ. thalami, jam tibi parati ad nuptias. 27. Æ. patris & matris. 28. I. præſumtrix. 29. I. deludis, excrucias, fœdas, infirmitas. 30. I. aſpice. 31. I. ſc. ſunt. 32. Æ. pro miniſtris; ſicut ſervitia pro ſervis. Apulejus: *tunc me velut quandam victimam publice miniſteria perducunt.* 33. I. periculi vel morbis. 34. Æ. *feriere, laniabere*) Synecdoche per verbum paſſivum. 35. Æ. more fœminarum, quæ in fletu ululant. Virg. *& virgineo ululatu.* 36. I. cremaberis. 37. Æ. tanta mala quæ tibi ſunt parata. 38. I. interrogo. 39. Æ. propter molam, quæ ſole ſpargebatur, Virg. *& ſalſæ fruges & circum tempora vittæ.* 40. I. longe præminentibus, ab eminus diminutivum. Æ. eminentibus & ſummis. Varro de re ruſt. de canibus:

ſpina

Thuris & exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis;
Pœna gravis procul 1 abfuerit.
Martyr ad iſta 2 nihil: ſed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacit: ſimulacra dehinc
Diſſipat, 3 impoſitamque molam
Turibulis pede 4 profubigit.
Nec mora: carnifices gemini
5 Juncea pectora dilacerant,
Et latus ungula virgineum
Pulſat utrinque, & 6 ad oſſa ſecat,
Eulalia numerante 7 notas.

ſpina neque tenuinula neque curva. & eſt ſenſus: pœna gravis aberit à te, ſi ſummis digitis velis tangere modicum ſalis & exiguum thuris, ad ſacrificandum ſc. diis. 1. H. *abfuerit*) *afuerit* duo veterrimi codices, & ſic apud Maronem, Gellium, alios paſſim in antiquiſſimis exemplaribus, de quo nos ad ipſum Maronem. 2. l. reſpondit. 3. Æ. quæ erat parata ad ſacrificium. 4. Æ. proculcat. Virg. 3. Georg. *& pede proſubigit terram.* l. ſubvertit. Subigo multa ſignificat: 1. acuo; ut ſubigunt in cote ſecures. 2. compello; ut, ſubigitque fateri. 3. fodio vel conculco; ut pede ſubigit terram. 5. l. tenera juvenilia propter viriditatem. Æ. pulchre deducta & compoſita, Terent. Eunuch. *Reddunt curatura junceam.* 6. l. uſque ad. 7. l. figuras, maculas vel cicatrices. Æ. ſigna, quæ faciebant ungulæ.

8 Scriberis ecce mihi, Domine,
9 Quàm juvat 10 hos apices legere,
Qui tua, Christe, tropæa 11 notant?
Nomen & ipſa 12 ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis 13 eliciti.
Hæc ſine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.
Dirus abeſt dolor ex animo:
Membraque picta cruore novo
Fonte cutem 14 recalente lavant.
Ultima 15 carnificina dehinc;
Non 16 laceratio vulnifica,
17 Crate tenus nec arata cutis:
Flamma ſed undique lampadibus
In latera ſtomachumque furit.
18 Crinis odorus ut 19 in jugulos

8. Æ. alluſit ad *notas* quæ aliquando ſignificant literas, ideo dicit, *Domine, ſcriberis mihi* i. in me. 9. l. in quantum, jucundum eſt. 10. Æ. qui literis imponi conſueverunt, in literis præſertim Hebræis & Græcis. l. martyrii. 11. Æ. per notas repræſentant. 12. AE. Chriſtum. 13. AE. ex vulneribus meis expreſſi. Lucanus in 9. *virus & elicitum.* l. expreſſi vel extracti. 14. AE. recentante ſangvinem. Virg. 3. Georg. *lavit ater corpore ſangvis.* 15. AE. ignis, quod fuit ultimum tormentum. l. locus vel excruciatio. 16. AE. ut antehac. 17. AE. quæ non penetrabat niſi usque ad coſtas, quæ ſunt quaſi quædam *crates* ipſius corporis. 18. non tunc, ſed qui ſolebat odoribus ſuffiri Virg.

Am-

Fluxerat, involitans 20 *humeris,*
Quo pudibunda pudicitia
Virgineusque lateret honor,
21 *Tegmine verticis oppoſito.*
22 *Flamma crepans* 23 *volat in faciem,*
Perque comas 24 *vegetata caput*
Occupat, exſuperatque 25 *apicem*
Virgo, citum cupiens obitum,
Appetit & bibit ore rogum.
1 *Emicat inde columba* 2 *repens,*
Martyris os nive candidior
Viſa relinquere, & aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ

Ambroſiæque comæ divinum vertice odo-
rem ſpiravere.

H. *Crinis odoris & in jugulos*) *ut in jugulos fluxerat*: probe Pur. Thuan. Alt & Rottendorphius cum Aldo & priſcis editionibus, quod immutari non debuit. Mox *involitans humeros* Palatinus. Simili prorſus modo ſcribendum quoque infra videtur. 19. AE. in partem colli anteriorem. 20. AE. in humeros; & eſt ſenſus. quod virgo deduxit capillos in faciem & humeros, ut abſconderet pudorem ſuum, cum moreretur. 21. AE. capillis. 22. AE. Virg. 1. Georg.

Atque levem ſtipulam crepitantibus ure-
re flammis.

23. AE. quia capilli ſunt igne correpti. 24. AE. nutrita. 25. AE. ſc. capitis. Virg. 2. Æneid. *fundere lumen apex.* 1. I. ſalit. 2. I. ſubita. Æ. pro

3 Lacteolus, celer, 4 innocuus.
Colla fluunt abeunte animâ,
Et rogus igneus emoritur:
Pax datur artubus exanimis,
5 Flatus in æthere 6 plaudit ovans,
7 Templaque celſa petit volucer.
8 Vidit & ipſe 9 ſatelles avem
Femina ab ore 10 meare palam,
Obſtupefactus & attonitus
Proſilit, & 11 ſua geſta fugit:
12 Lictor & ipſe fugit pavidus.
Ecce, nivem glacialis hiems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit ſimul Eulaliæ,
13 Axe jacentia ſub gelido,
Pallioli 14 vice linteoli.
15 Cedat amor lacrymantum hominum,
Qui celebrare ſuprema ſolent;

pro, repente; ſicut recens pro recenter 3. AE. candidus. 4. I. ſicut columba eſt. 5. AE ſpiritus. 6. I. ludit, jocatur. 7. AE. cœlum, quod propriè *templum* dicitur; nam hæc noſtra in terra per translationem dicuntur templa. 8 H. *vidit ut ipſe ſatelles avem*) non *vidit & ipſe*. 9. I. miniſter, vel ſequax. 10. AE. volare. 11. AE. cæde, quàm virgini fecerat. 12. AE. qui præferebat prætoris inſignia 13. AE. ſub cœlo; pars pro toto; ut, *intonuere poli.* Nam *polus* & *axis* partes ſunt cœli. 14. Æ. ad ſimilitudinem pallii lintei I. in ſimilitudine. 15 AE. ſenſus eſt, quod exequiæ virginis hujus magis honorificæ

Flebile cedat & officium :
Ipſa elementa, jubente DEO,
Exſequias tibi, virgo, ferunt.
Nunc locus 16 *Emerita eſt tumulo*
17 *Clara colonia Vettoniæ :*
Quam memorabilis 18 *amnis Ana*

ſunt, quam eorum, qui in funere deflentur. 16. AE. colonia Romanorum in provincia Luſitaniæ Vectoniæ, nam Vectones populi ſunt Luſitaniæ, de quibus Lucan. lib 4. *Vettoneſque leves* 17. H. *Clara colonia Vettoniæ*) ſic vetuſtiores, non *Vectoniæ*. Græcis hic populus Οὐέττωνες ut plurimum dicuntur. de Ana Emeritam prætereunte quod ſubjungit, revocat mihi in memoriam locum Auſonii ex optimo Voſſianæ bibliothecæ exemplari à me caſtigatum in epiſtola ad Paulinum, cujus initium, *Excuſſimus, Pauline, jugum.* Locus ſic ſe habet :

Et quod terrarum cœlique extenditur inter
Emeritenſis Ana lateque fluenta Garumnæ,

ita, inquam, Voſſianus codex ; cum in vulgatis circumferatur *Emeritaque amnes*. mox in noſtro duo vetuſtiſſimi codices cum Nanſio. *Mænia pulchra lavit*, non *lavat* idque ἀρχαϊκῶς & Maroniano more. Sic Hymno V. *Arvina canterem lavit*. l *Vettonis*) provincia Hiſpaniæ. 18. l. fluvius. Æ. fluvius, qui dividit Beticam à Luſitaniâ, & inde nobilis

Præterit, & 19 viridante 20 rapax
Gurgite mœnia pulchra 21 lavit.
22 Hic, ubi marmore 23 perſpicuo
Atria 24 lumina 25 alma nitor
Et peregrinus & indigena,
Relliquias cineresque ſacros
Servat humus veneranda 1 ſinu.
Tecta coruſca 2 ſuper rutilant
De laquearibus aureolis,
3 Saxaque cæſa 4 ſolum variant:
Floribus ut 5 roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
6 Carpite purpureas violas,
Sanguineosque crocos metite;

nobilis. 19. Æ. propter arbores aut herbas adjacentes ripis, quod illius fluminis eſt proprium. I. irrigante. 20. I. velox turbiter. 21. I. *Luit*) lavit. 22. AE. ordo eſt: hic humus veneranda, propter virginis martyrium. 23. Æ. pellucenti & ſplendido. 24. Æ. illuſtrat. H. *Atria luminat alta nitor*) *alma* omnes noſtri cum Aldo. 25. Æ. templa. 1. Æ. gremio reliquias & cineres ſacros. 2. I. de ſuper. Æ. de laquearibus: ordo eſt: *deſuper rutilant.* 3. Æ. ſecta in pavimenta vermiculata, variata arte muſivâ, qualia nunc Emeritæ multa conſpiciuntur. 4. I. pavimentum. 5. I. à roſâ, ſicut rorulenta à rore. Æ. plena roſis; nam erant in pavimento lapillis formatæ roſæ, & violæ, & hujuſmodi flores. 6. Æ. hoc ad laudem picturæ pertinet. quod flores picti erant quam ſimillimi veris; quare invi-

 tat

7 Non caret his 8 genialis hiems :
Laxat & arva tepens glacies ,
Floribus ut 9 cumulet calathos.
Iſta 10 comantibus è folijs
Munera, virgo puerque, date :
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram 11 pede dactylico ,
12 Vilia, marcida, 13 feſta tamen.
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus 14 altar & impoſitum :
Illa DEI 15 ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populosque ſuos
Carmine 16 propitiata 17 fovet.

tat ad carpendos illos. 7. I. quia & in hieme ibi ſunt. 8. I. nobilis. Æ. ex Virg. 2. Georg. *invitat genialis hiems* i. voluptuoſa, ex eo, quod tunc omnes vacant ocio : vel potius disjungendus locus à ſuperiori, invitatque ad carpendos flores, quos ſpargunt in templo Divæ Eulaliæ : & tunc ſequitur, *non caret his hiems* ; quia Emerita in tali ſitu cœli eſt, qui propter aëris clementiam per mediam hiemem flores parturit. Ideo dicit, *glacies tepens*, i. hiems tepida & clemens. 9. Æ. impleat caniſtra. 10. I. conſtantibus. Æ. florentibus. 11. Æ. cujusmodi eſt præſens ode. 12. Æ. parvi æſtimanda. 13. I. feſtiva. Æ. feſto virginis convenientia. 14. Æ. altare, ſicut *cochlear* & *cochleare* declinatur. 15. I. poſita. 16. Æ. propitia & benevola facta. I. placata. 17. I. nutrit.

HYMNUS IV.

In honorem Sanctorum decem & octo Martyrum Cæſarauguſtanorum.

ARGUMENTUM.

CElebrat Poëta patriam ſuam, narrando duodeviginti martyres, & Vincentium & Encratem, duoſque Confeſſores Gajum & Clementium ejusdem civitatis indigenas. Æ.

1. BIs novem 2. noſter populus ſub uno
Martyrum ſervat cineres ſepulchro:
3. Cæſarauguſtam vocitamus urbem,
4. Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus Angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot 6. ſinu 7. geſtans ſimul offerenda
Munera Chriſto.
8. Cum DEUS dextram quatiens coruſcam
9. Nube ſubnixus veniet rubente,

1. Æ. duodeviginti. 2. Æ. qui ut in Prudentii vita diximus, Cæſarauguſtanus fuit. 3. I. una civitas, à Cæſare Auguſto, ipſius conditore. 4. I. ſc. credita. Æ. tanto pretio æſtimanda. 4. Æ. quippe tanta ſanctorum præſentia eſt munita. 6. Æ. translatio, ſumta ab iis qui plenos muneribus ſinus offerunt. 7. I. dum geſtat 8 I. quando. 9. I. in nube enim, in qua Cœlum aſcendit, credimus venire ad judicium. Æ. ad illud reſpicit, quod ſcribit Evangeliſta: *videbitis Filium hominis venientem*

 in

Gentibus 10 juſtam poſiturus æquo
Pondere libram:
Orbe de magno caput 11 excitata
Obviam Chriſto 12 properanter ibit
13 Civitas quæque, 14 pretioſa portans
Dona 15 caniſtris.
16 Afra Carthago tua promet oſſa
Ore facundo, 17 Cypriane Doctor:
18 Corduba 19 Aciſclum dabit & 20 Zoëllum,

in nubibus cœli. 10. Æ. juſtitiam, quæ libræ omnia adæquanti convenit. 11. I. elevata, erigens caput. Æ. habens caput excitatum, ponit de acſi civitas una ſit perſona. 12. I. celeriter. 13. Æ. quia omnes venturi ſunt ad judicium. H. *civitas omnis*) *civitas quæque* ſcripti & recte quod & Cauchio probatur. Hymno XII. v. 141. Cathemerinon jam oſtendimus ſolemne Prudentio eſſe ut ſyllaba brevis ob ſequentes duas conſonantes reddatur longa. infra hymno V. v. 214. ex ſcriptis, *dente frequenti exaſperat*. Et dubito, annon & poſt verſum 39. pari modo quoque ſit ſcribendum *obvia Chriſto rapiens*. Cæterum à Thuaneo codice aberant hi duo verſus. 14. Æ. martyres indigenas: & quod dixit in genere, explicat per partes. 15. I. ſarcofagis. 16. I. Africana. Æ. ad differentiam Carthaginis Spartariæ ſive novæ, quæ eſt in Hiſpania. 17. Æ. qui fuit Carthaginenſis & ſolam hanc poſuit ex urbibus peregrinis, cum reliquæ omnes ſint in Hiſpania. 18. Æ. civitas Beticæ nobiliſſima. 19. Æ. cujus feſtum Eccleſia celebrat 15. Kalend. Decembris. 20. Æ. hujus quoque feſtum celebrat 5. Kalend. Julij.

21 treſque coronas.
Tu 22 tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto, genitrix piorum
23 Tarraco: 24 intexit 25 cui 26 Fructuoſus
27 Sutile vinclum.
28 Nomen hoc gemmæ 29 ſtrophio illigata
eſt;
Emicant juxta lapides 30 gemelli,
Ardet & ſplendor 31 parilis duorum
Igne coruſco.
Parva 32 Felicis decus exhibebit

Julii. ſed nomine paululum immutato *Zoilum* pro Zoëllo nuncupans, cum alioqui Zoilus nomen ſit magis celebre. 21. I. ſc. aliorum martyrum. Tres martyres. i. Fauſtum. Januarium, Martialem. Æ. alios tres martyres, quorum nomina non ſunt mihi comperta. 22. Æ. Augurio & Eulogio & Fructuoſo, de quibus peculiarem Oden paulo poſt cantaturus eſt. 23. Æ. civitas Hiſpaniæ citerioris. 24. Æ. pro intexuit aut intexet. 25. Æ. Tarraconi. 26. qui fuit Tarraconenſis Epiſcopus. 27. coronam contextam. 28. opinor legendum eſſe, *nona gemma.* H. *nomen hoc gemmæ ſtrofio illigatum eſt) illigata* Thuaneus & Nomſius cum Puteaneo & Ambroſiano rectius utique. 29. Æ coronæ. Virg. in Copa, *Neſte caput ſtrophio.* I. ornamento. cingulo. ſtrofium, cingulum, ab eo quod eſt ſtrofæ, i. convertere. 30. I. duo diaconi. Æ. Augurius & Eulogius, qui fuerunt Levitæ Fructuoſi 31. Æ. quia ambo erant ejuſdem ordinis. 32. Æ. quo

Artubus ſanctis locuples 33 Gerunda:
34 Noſtra geſtabit Calagurris 35 ambos,
36 Quos veneramur.
37 Barcinon claro 38 Cucufate 39 freta
Surget, & Paullo ſpecioſa 40 Narbo:
Teque præpollens 41 Arelas habebit,
Sancte Geneſi.
42 Luſitanorum 43 caput oppidorum
44 Urbs, 45 adorata cineres puellæ
Obviam Chriſto rapiens, 46 ad aram
Porriget ipſam.
47 Sanguinem Juſti, cui Paſtor hæret,

quo nomine & alii quoque martyres fuerunt. 33. Æ. civitas quoq; Hiſpaniæ citerioris, conventus Tarraconenſis, ubi *concilium* fuit celebre, quod *Gerundenſe* dicitur. 34. H. *noſtra præſtabit*) imo *geſtabit* cum ſcriptis. 35. Æ. Emeterium & Chaledonium de quibus ſupra ſcripſit oden. I. duos. 36. I. martyres quos ſc. dixit Emeterium & Cheledonium. 37. Æ. civitas etiam ejuſdem provinciæ colonia Romanorum, Faventia nominata. I. *Parcinon*) civitas. 38. I. I. martyre. H. *Cucufate freta*) *feta* in uno Torrentiano deinde *Barchinon* codices vetuſtiores 39. I. confiſa. 40. I. civitas, à quâ dicta eſt *provincia Narbonenſis*, nunc eſt Narbona. 41. I. civitas. 42. I. à patria, Luſitania provincia. 43. I. quæ eſt caput. 44. Æ. Emerita, quæ eſt caput Luſitaniæ, hæc eſt civitas metropolis. 45. Æ. Eulaliæ, quam omnes venerantur. 46. Æ. quaſi munus offerendo Chriſto ad aram 47. Æ. Complutum, civitas eſt Tarraconenſis provinciæ, fortaſſe

48 Ferculum duplex, geminumque donum
Ferre 49 Complutum gremio 50 juvabit
Membra 51 duorum.
Ingeret 52 Tingis 53 ſua 54 Caſſianum,
Feſta 55 Maſſylûm 56 monumenta Regum:
1 Qui cinis gentes domitas coëgit
Ad 2 juga Chriſti.
Singulis 3 paucæ, tribus ac duobus
Forſan & quinis aliquæ placebunt
Teſtibus Chriſti, prius 4 hoſtiarum

---

forraſſe Æſcola, quia id omnes opinantur; & eſt ordo, juvabit ferre ſangvinem Juſti & paſtoris, appoſitive. 48. Æ. donum ſive vaſculum, in quo fertur donum. Nam utrumque ſignificat *ferculum*. 49. I. civitas, oppidum. 50. I. delectat, ferre. 51. I. martyrum. 52. I. civitas Cotiæ. Æ. civitas Mauritaniæ Bochi; quæ quondam fuit Hiſpaniæ contributa: quanquam terminis Hiſpaniæ non contineatur. 53. I. propria. 54 Æ. Tingitanus hic non videtur eſſe is, de quo paulo poſt exponetur martyrium; & per appoſitionem ad Caſſianum ſubdit, *monumenta*. 55. Æ. pro, Maſſylorum, qui ſunt populi in eo tractu. Virg. 4 Æneid. *Maſſylique ruunt equites.* 56. I. recordationes. 1. Æ. non cinis, ſed ille, cujus erat cinis, i. Caſſianus. 2. I fidem. 3. Æ. ſubaudi, civitates, placebunt ſingulis aut duobus, & aliquæ quinque teſtibus, i. martyribus: nam *martyr* teſtis interpretatur. I. urbes 4. Æ. talibus hoſtiis quæ ſunt pignora quædam ad propitiandum Deum.

5. I.

Pignore 5 functa.
Tu decem ſanctos 6 revehes & octo,
Cæſaraugusta 7 ſtudioſa Chriſti,
Verticem flavis 8 oleis revincta
9 Pacis honore.
Sola in occurſum 10 numeroſiores
Martyrum turbas Domino *paraſti;*
Sola prædives 11 pietate multâ
Luce fruêris.
Vix 12 parens orbis populoſa 13 Pœni,
Ipſa vix Roma 14 in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
15 Sanguis 16 excluſit genus 17 invidorum
Dæmonum, & 18 nigras pepulit tenebras
Urbe piatâ.

5. I. uſæ. 6. I. referes. 7. H. *Chriſti*] *Chriſto* Put. Oxon. Altin. cum tribus Torrentianis & Palatino Weitzii. 8. Æ. quia oleis abundat, quæ ſunt pacis inſignia Virg. 3. Georg.

Et pinguem pacis nutritor olivam.

Ideo ſubdit, *honori pacis.* 9. H. *pacis honore*] *honora* opinor: mox *Martyrum turmas* Nonnſius. 10. I. plurriores. 11. Æ. religione. 12. Æ. Carthago, civitas Aphricæ Metropolis I. Cartago, mater. 13. I. Africani. 14. Æ. q.d. in arce dominationis; in quâ multi martyres paſſi ſunt. 15. Æ. ſc. martyrum. 16. Æ. ex omnibus portis, qui erant intra urbem. 17. Æ. quia dæmonum propria eſt *invidia.* 18. Æ. offucias, quas dæmones

Nullus 19 umbrarum latet intus horror;
Pulſa nam 20 peſtis 21 populum refugit.
Chriſtus in totis habitat plateis:
Chriſtus ubique eſt.

22 Martyrum credas patriam coronis
23 Debitam ſacris, chorus unde ſurgens
Tendit in cælum niveus 24 togatæ
Nobilitatis.

25 Inde, 26 Vincenti, tua palma nata eſt,
27 Clerus hic tantum peperit triumphum:
Hic Sacerdotum domus 28 infulam
29 Valeriorum.

30 Sævus antiquis quotiens procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem,

dæmones objiciunt hominibus. 19. Æ. dæmonum. Æ. larvarum & hujusmodi phantaſmatum. 20. Æ. ſc. dæmonum. 21. Æ. ſc. Cæſarauguſtanum. 22. Æ. ubi martyres nimia fertilitate proveniunt. 23. Æ. ad hoc generatam, ut martyres procrearet. 24. Æ. martyrum, qui erant *togâ candidâ* induti. unde canit Eccleſia: *Te martyrum candidatus laudat exercitus.* 25. I. ſc. Cæſarauguſtæ. 26. Æ. qui Cæſarauguſtanus fuit, & tamen Sagunti martyrium paſſus, ut paulo poſt dicturus eſt. 27. Æ. clericorum ordo, ex quo fuit Vincentius & Valerius. I. cohors clericorum, i. Cæſarauguſta. H. *Clerus hinc*) *hic*, ut & verſu proximo ſcripti. 28. Æ. qui fuerunt ejuſdem urbis. l. ornata. 29. l. Epiſcopi erant. 30. Æ. quòd in Chriſtianorum, perſecutionibus, quæ fuerant usque in illa tempore, Cæſarauguſtæ, plus quam alibi

Google

Triſtior 1 templum rabies in illud
Intulit iras:
Nec furor quicquam ſine laude 2 noſtrùm
Ceſſit, aut clari vacuus cruoris:
Martyrum ſemper numerus ſub omnî
3 Grandine crevit.
Nonne, Vincenti, 4 peregri necandus
Martyr, his terris tenue notaſti
Sanguinis 5 rore ſpeciem 6 futuri
Morte propinquâ?
7 Hoc colunt cives, velut ipſa membra
Ceſpes includat ſuus, & paterno
Servet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt quamvis procul hinc in urbe
Paſſus ignota 8 dederit ſepulchri

alibi usquam ſævitum eſt. 1. Æ. in Chriſtianos, qui templum Dei ſunt, ut inquit Apoſtolus: *an neſcitis, quòd templum Dei eſtis?* 2. I pro noſtrorum. Æ. noſtrorum martyrum. 3. Æ. & I. perſecutione. 4. Æ. *peregrè necatus*) Sagunti non longe à Valentiâ; nunc eſt *Monujedro*. I. in peregrinatione. H. *peregre necandus*) *peregri* ἀρχαϊκῶς ex ſcriptis monuit jam Giphanius. 5. Æ. fortè propterea dicit, quod ibi didicit, quo pacto deberet eſſe martyr: cum videret cives ſuos martyrium pati. 6. I. temporis. 7. Æ. ſc. quod ibi natus es, & inſtitutus ad fidem. poteſt etiam legi, *hunc* ſc. martyrem, neque minori laude cenſendi ſunt, quam ſi etiam illius oſſa haberent. 8. H. *dederit ſepulcro*) *ſepulcri* ex iisdem.

9. Æ.

Gloriam victor 9 propè litus 10 altæ
Fortè 11 Saguntî.
Noſter, & noſtra puer in 12 palæſtra,
13 Arte virtutis 14 fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus 15 hoſtem.
Noverat 16 templo celebres in illo
Octies 17 partas, deciesque 18 palmas,
19 Laureis doctus patriis 20 eadem
Laude 21 cucurrit.
Hic &, 22 Encrati, recubant tuarum

Æ. quia Saguntus, ut Livius ſcribit, non diſtat mari plus, quam mille paſſus, l. promontorium atis. 10. Æ. antiquæ. namque condita eſt à Zacynthis, qui cum Hercule in Hiſpaniam venent. 11. I. civitatis Hiſpaniæ. civitas Hiſpaæ, fida Romanis; & eſt gen. fœmin. . Æ. Chriſtiana militia. l. luctatione. H. *Arte virtutis*) Hic & tres ſequentes abſunt Puteaneo. 14. quemadmodum paleſtritæ oleo perungebant: & alludit ad oleum chriſmaque ptiſmatis. 15. Æ. perſecutorem nominis Chriani. 16. I. ſc. Vincentis. 17. l. ſyncope. 18 I. artyres. Æ. victorias decem & octo martyrum. . I. coronis. 20. Æ. quâ ſc. illi cucurrerunt. 21. coronatus eſt. 22. I. proprium nomen mulieris, ncrates, abſtinens Græcè dicitur. hinc Encratici eretici vocantur, qui creaturas Dei damnant, dint non eſſe bonum manducare carnem, & bire vinum. Æ. virgo & martyr quoque ex eadem be, quæ nunc corrupte dicitur *Engratia* interpretatur

23 Oſſa virtutum : 24 quibus effœmini
Spiritum mundi 25 violenta virgo
26 Dedecoraſti.

27 Martyrum nulli, remanente vita
Contigit terris habitare noſtris :
Sola 28 tu morti propria ſuperſtes
Vivis in orbe.

Vivis, ac pœnæ 29 ſeriem 30 retexis,
31 Carnis & cæſa ſpolium 32 recentans,
Tam quàm 1 ſulcos habeant amaros

pretatur namque *Encrate* temperata. H. *Hic & Encrates*) Rottendorphius *Encrate*. reliqui, etiam Puteaneus & Ambroſianus, *Encrati*, cum Aldo. In Oxonio *Encratia*. in Martyrologio *S. Encratidis virginis & martyris* fit mentio. 23. Æ. monimenta. l. fortia opera. nam viva erat, quando hæc fuerunt ſcripta. 24. Æ. virtutibus, qua fortitudine. l. oſſibus ſevi. 25. Æ. quia viribus id feciſti, ut illud ex Evangelio : *regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* 26. Æ. quia victoria tua fuit mundi hujus ignominia. l. deturbaſti. 27. Æ. quia illi aſſecuti ſunt coronam martyrii per mortem ; hæc vero paſſa eſt omnia tormentorum genera, & tamen ſupervixit, fuitque ſibi ipſi ſuperſtes. 28. l. tu ſola poſt martyrium viva fuiſti. 29. l. ordinem. 30. Æ. enarras, ut in hymno martyrum, *quæ vox, quæ poterit lingua retexere.* Alias *retexere* eſt, quod textum eſt, infectum reddere. 31. l. abſciſa carne, fruſta eſt. 32. Æ. recentans) renovans, quaſi velit dicere, exulcerans, quod jam in cicatricem coierat. 1. Æ.

laniatus

Vulnem, narras.

2 Barbarus tortor latus omne carpſit,
nguis 3 impenſus, lacerata membra,
ectus 4 abſciſſa patuit papillâ
5 Corde ſub ipſo.

6 Jam minus mortis pretium peracta eſt;
Quæ, venenatos 7 abolens dolores,
8 Concitam membris tribuit quietem
Fine 9 ſoporo.

10 Cruda te 11 longùm tenuit cicatrix,
diu venis dolor hæſit ardens,
um putreſcentes renuat medullas
12 Tabidus humor.

niatus in ſulcorum morem. 2. l. duttus. 3. l. ef-
ſus eſt, redditus. 4. H. *abſciſa papilla)* ſic ſcri-
i, in Martyrologia de hac ipsâ: *mamilla abſciſa*
jecore avulſo. 5. Æ) è cujus regione ſunt pa-
illæ. 6. H. *Jam minus mortis pretium peractum*
) *peracta eſt* concinnius aliquanto vetuſta apud
e exemplaria, etiam Ambroſianum. Oxonius
Aldus *peracta* ſine verbo ſubſtantivo. tum mox
e ſoporo, non *ſupremo*, vetuſtiores. *l. minus)*
non. Æ. non multi æſtimandum. *Pretium*
amque aliquando pœnam ſignificat, ut Teren-
us: *Ego pretium pro ſtultitia fero.* Et Virg.
Æneid. *rem magnam pretiumque moræ.* 7. l.
elens. 8. Æ. citam & velociter venientem Ovid.

Morsque minus pœnæ, quam mora mortis habet.

l. ſopor iſero. 10. l. recens. 11. Æ. nomen pro
dverbio, i. longo tempore. l. diu longe. 12. Æ.
nguis corruptus, 13. Vo

Invidus quamvis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit:
Plena te, 13 martyr, tamen, ut peremtam,
14 Pœna coronat.
15 Vidimus partem jecoris repulſam
Ungulis longè jacuiſſe 16 preſſis:
Mors habet 17 pallens aliquid 18 tuorum,
Te quoque viva.
Hunc novum noſtræ 19 titulum 20 fruendum
Cæſaraugustæ dedit ipſe Chriſtus,
21 Juge viventis domus ut dicata
Martyris eſſet.
22 Ergo 24 ter ſenis 24 ſacra 25 candidatis,

13. Vocativus eſt. 14. quia nihil defuit ad martyrii meritum. 15. ſi adfuiſſemus, poteramus videre, Virg. 1. Georg.

Et Studio incaſſum videas geſtire lavanti. Neque enim per tempora licuit Prudentio id videre. 16 in ipſa thoracis penetralia impreſſis. 17 ab effectu. Virg. 4. AEneid. *& pallida morte futura.* 18. ſubaudi, membrorum. 19. l. hoc decus. 20. AE. quo gloriaretur. l. habendum. 21. H. *tumba viventis*) noſtri omnes cum Aldo *juge viventis* bene l. diu. AE immortalis; & eſt nomen pro adverbio, *juge* pro jugiter. 22 AE Cæſaraugustam patriam ſuam hortatur ad canendas duodeviginti martyrum laudes, quos enumerat; præter quatuor Saturninos. 23. AE. nam & cum Genitivo & cum ſeptimo caſu conſtruitur *dives.* Horat. *dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.* 24. l. civitas. 25. l. martyrizatis. 26. H.

Dives Optato ſimul & Luperco,
rge 27 conſcriptum 28 tibimet Senatum.
29 Pangere Pſalmis.
Ede Succeſſum: cane Martialem:
rs & Urbani 31 tibi 32 concinatur:
liam cantus reſonet, ſimulque
Quintilianum.
33 Publium pandat chorus; & revolvat,
uale Frontonis fuerit tropæum;
uid bonus Felix 1 tulerit, quid acer
Cæcilianus.
2 Quantus 3 Evoti, tua 4 bella ſanguis

H. *dives optato ſimul & (Luperco)* & Toeperco nbroſ. Æ. & aliis, qui ſequuntur. 27 I. deputatū. Æ. non tantum ad illorum laudem, ſed etiam am, quæ ex illis tibi quoque accedit. 29. I. udare. 30. I. profer, compone vel canta. 31. I. te. 32. canatur 33 H. *Publium pangat cho-*) *pangere Pſalmis* jam præceſſit. Sequor itur Aldum & tres ſcriptos, in quibus *pandat* ſic Weitziani fere omnes. Tale illud apud al. Flaccum initio operis,

.... Verſa proles tua pandat Idume;
Namque poteſt Solymo nigrantem pulve-
re fratrem.

1. ſuſtinuerit 2. H. *quantus Eventi*) in Putea- o *Evovoti.* *Eunoti* in Ambroſiano. *Euvanti* Altinio quod & editiones nonnullas occupa- it. In Thuano Nomſioque *Euvoti* In Rotten- orphio & uno Torrentii *Evoti.* 3. Æ. *Eventi*) ocatiyus eſt ab eo, quod Eventius. 4. I. ſc.

R mar-

Digitized by Google

Tinxerit, 5 quantum tua, Primitive:
Tum tuos vivax recolat triumphos
Laus, Apodemi

Quatuor 6 poſthinc ſupereſt virorum
Nomen 7 extolli, 8 renuente metro:
Quos 9 Saturninos memorat vocatos
Priſca vetuſtas.

10 Carminis leges amor 11 aureorum
Nominum 12 parvi facit, & loquendi
Cura de ſanctis vitioſa non eſt,
Nec 13 rudis umquam.

14 Plenus eſt artis modus, adnotatas
Nominum formas recitare Chriſto:
Quas tenet 15 cæli liber, 16 explicandus
Tempore juſto.

Octo tunc ſanctos 17 recolet decemque
18 Angelus coram Patre Filioque,

martyrium. 5. I. ſc. ſangvis bella. 6. I. poſtea. 7. Æ. pro nomina celebrari. 8. I. reſpuente. Æ. quia ſyllabæ quædam illorum nominum repugnabant legi carminis Sapphici. 9. I. nam barbara nomina erant. Ideo in metro ponere nequibat. 10. Æ. ſenſus eſt, quod nihil refert illorum nomina ſcribi noſtro verſu, quia nomina illorum ſcripta ſunt in cœlo Luc. 10. 11. Æ. aureis literis ſcribendorum. 12. I. contemnit. 13. Æ. nova, quia ſemper celebrantur. I. nova. 14. Æ. ſatis eſt, quod illorum nomina ſint nota Chriſto. 15. Æ. de quo in Apocal. Johannis. 16. I. pronunciandus. H. *explicandas* in Oxonio. 17. I. numeret. 18. Æ. qui eſt cujusque homi-

bis unius regimen tenentes
19 Jure ſepulcri.
Quin ad antiquam 20 numerum trabetur,
Viva poſt pœna 22 ſpecimen puellæ,
Morsque Vincenti, cui 24 ſanguis hinc eſt,
25 Fons & honoris.
26 Additis Caio (nec enim 27 ſilendi)
que, Crementi: quibus incruentum
rre provênit decus ex 28 ſecundo
Laudis 29 agone.
Ambo confeſſi Dominum ſteterunt
riter contra fremitum 30 latronum:

minis cuſtos. 19. Æ. quia in illa ſepulti ſunt; to peculiarem gerunt illius tutelam. l. lege. Æ. ſc. decem & octo memoratorum. l. X. VIII. 21. Æ. quæ poſt martyrii tormenta fuit perſtes. 22. l. pulcritudinem Encrate. 23. Æ. iem diximus ortum Cæſarauguſtæ; paſſum ro Sagunti. H. *Morsque Vincenti*) *Ivque incenti* in Puteaneo, & pro diverſa ſcripturain xonio. 24. Æ. natale ſolum & origo honoris, potius honor martyrii cedat patriæ, quam lo-, ubi paſſus eſt. 25 l. origo. 26. Æ. *Additis ajo & Clementio*) hi duo confeſſores fuerunt ii ſine ſangvine martyrii conſecuti ſunt parem is gloriam. H. *Additis Cajo*) hic octo verſus in itaneo deſiderantur. idem de Tiliano codice eſcio quo teſtabatur Salmaſius. 27. l. ſc. eſtis. l. proſpero. 29. l. certamine. 30. Æ perſe-itorum; ſed de his nihil adhuc legi, neque unc id agimus, ut excutiamus monumenta vetu-

 ſtatis,

Ambo guſtarunt leviter 31 *ſaporem*
Martyriorum.
Hæc, ſub altari ſita ſempiterno,
32 *Lapſibus noſtris veniam* 33 *precatur*
Turba, quam ſervat procerum 34 *creatrix*
35 *Purpureorum.*
36 *Nos pio fletu,* 37 *date, perluamus*
Marmorum ſulcos, quibus eſt 38 *operta*
Spes, ut abſolvam retinaculorum
39 *Vincla meorum.*
Sterne te coram 40 *generoſa ſanctis*
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes 41 *animas & artus*
Tota ſequeris.

ſtatis, ſed ut aditum quendam ad hæc opera Gramaticis aperiamus. 31. Æ. portionem quandam martyrii citra ſangvinem. 32. Æ. peccatis, in quæ labimur. 33. H. *veniam precatur) precantur*, & mox *ſpes ut abſolvat* in Ambroſiano. 34. Æ. ſc. Cæſarauguſta martyrum genetrix & parens. 35. I. pro purpuratorum. 36. Æ. ſenſus & ordo eſt: *Date*, i. eja agite, ſe & cœteros hortans hoc dicit: *perluamus lacrimis ſulcos marmorum*, i. epitaphiorum ſulcatas literas. 37. L. ſinit e ut. 38. Æ. cineres juxta illud: *Caro mea requieſcet in ſpe*; ſubaudi, reſurgendi. 39. Æ. peccata, quibus devinctus & impeditus teneor. 40. L. nobilis. 41. Æ. ipſos martyres à mortuis reſurgentes in die univerſalis judicii.

HYMNUS V.

Paſſio ſancti Vincentii Martyris.

BEate 1 martyr, 2 proſpera
Diem triumfalem tuum,
Quo ſanguinis 3 merces tibi
Corona, Vincenti, datur.
4 Hic te ex tenebris ſæculi,
Tortore victo & judice,
Evexit ad cælum dies,
Chriſtoque ovantem reddidit.
Nunc Angelorum particeps
5 Conluces inſigni ſtola:
6 Quam teſtis 7 indomabilis
Rivis cruoris laveras.

1. Æ. Vincentii, qui (ut ſuperiori Ode diximus) Cæſaraugustæ fuit ortus & Sagunti paſſus, martyrium celebrat. 2. Æ. proſperum ſic Livius lib. 8. *Quiritium victoriam que proſperetis.* I. proſperum lege. 3. Æ. martyrii. 4. H. in quo paſſus eſt martyrium. 5. I. *Conluces inſigni ſtola*) quando ſanctus à præſenti vita tranſit, quaſi una ſtola lucet. Cum vero dies judicii venerit & animo & corpore remunerabitur; tunc duabus ſtolis collucet. Æ. quæ fuit apud Romanas mulieres inſigne caſtitatis. H. *Luces in inſigni ſtola*) Aldus & ſcripti omnes *Conluces inſigni ſtola.* niſi quod in Puteaneo *Conlucis.* nec aliter Cauchianus codex & ſchedæ Græviana, quod verum eſt. Conſulantur annotata noſtra ad Hamartigeniam v. 626. 6. I. ſ. tu. 7. Æ. marty-

Ambo guſtarunt leviter 31 *ſaporem*
Martyriorum.
Hæc, ſub altari ſita ſempiterno,
32 *Lapſibus noſtris veniam* 33 *precatur*
Turba, quam ſervat procerum 34 *creatrix*
35 *Purpureorum.*
36 *Nos pio fletu,* 37 *date, perluamus*
Marmorum ſulcos, quibus eſt 38 *operta*
Spes, ut abſolvam retinaculorum
39 *Vincla meorum.*
Sterne te totam 40 *generoſa ſanctis*
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes 41 *animas & artus*
Tota ſequêris.

ſtatis, ſed ut aditum quendam ad hæc opera Gramaticis aperiamus. 31. Æ. portionem quandam martyrii citra ſangvinem. 32. Æ. peccatis, in quæ labimur. 33. H. *veniam precatur*) *precantur*, & mox *ſpes ut abſolvat* in Ambroſianos. 34. Æ. ſc. Cæſarauguſta martyrum genetrix & parens. 35. I. pro purpuratorum. 36. Æ. ſenſus & ordo eſt: *Date*, i. eja agite, ſc. & cœteros hortans hoc dicit: *perluamus lacrimis ſulcos marmorum*, i. epitaphiorum ſulcatas literas. 37. I. ſinite ut. 38. Æ. cineres juxta illud: *Caro mea requieſcet in ſpe*; ſubaudi, reſurgendi. 39. Æ. peccata, quibus devinctus & impeditus teneor. 40. I. nobilis. 41. Æ. ipſos martyres à mortuis reſurgentes in die univerſalis judicii.

HY-

HYMNUS V.

Paſſio ſancti Vincentii Martyris.

Beate 1 martyr, 2 proſpera
Diem triumfalem tuum,
Quo ſanguinis 3 merces tibi
Corona, Vincenti, datur.
4 Hic te ex tenebris ſeculi,
Tortore victo & judice,
Evexit ad cælum dies,
Chriſtoque ovantem reddidit.
Nunc Angelorum particeps
5 Conlucis inſigni ſtola:
6 Quam teſtis 7 indomabilis
Rivis cruoris laveras.

1. Æ. Vincentii, qui (ut ſuperiori Ode diximus) Cæſarauguſtæ fuit ortus & Sagunti paſſus, martyrium celebrat. 2. Æ. proſperum fac Livius lib. 8. *Quiritium victoriam que proſperetis.* I. proſperum age. 3. Æ. martyrii. 4. H. in quo paſſus eſt martyrium. 5. I. *Conluces inſigni ſtola*) quando ſanctus à præſenti vita tranſit, quaſi una ſtola lucet. Cum vero dies judicii venerit & animo & corpore remunerabitur; tunc duabus ſtolis collucet. Æ. quæ fuit apud Romanas mulieres inſigne caſtitatis. H. *Luces in inſigni ſtola*) Aldus & ſcripti omnes *Conluces inſigni ſtola.* niſi quod in Puteaneo *Conlucis*, nec aliter Cauchianus codex & ſchedæ Græviianæ, quod verum eſt. Conſulantur annotata noſtra ad Hamartigeniam v. 626. 6. I. ſ. tu. 7. Æ.

Cum te 8 ſatelles 9 idoli
Præcinctus 10 atris legibus,
11 Litare Divis gentium
Ferro & catenis cogeret.
Ac verba primùm mollia
Suadendo blandè effuderat;
12 Captator ut vitulum lupus
Rapturus alludit priùs.
Rex, inquit, orbis 13 maximus,
14 Qui ſceptra geſtat 15 Romula,
Servire 1 ſanxit 2 omnia
Priſcis deorum cultibus.
Vos 3 Nazareni 4 adſiſtite,
5 Rudemque ritum ſpernite:
Hæc ſaxa, quæ Princeps colit,
Placate fumo & victima.
Exclamat hic Vincentius,

martyr invictus. 8. Æ. Datianus miniſter dæmonis. 9. I. ſpecies dol. ab idea. 10. Æ. duris & imperioſis. 11. H. *Litare divis gentium*) *gentibus* Thuaneus ut fuerit fortaſſis, *Litare dis gentibus*. 12. Æ. ille ſatelles captans ut captaret. Alludit prius, ut illum à matre abſtrahat, ludens & blandiens. 13. Æ. Romanus Imperator. I. ille. 14. H. *qui ſceptra geſtat Romula*) *publica* Puteaneus, & pro diverſa ſcriptura Oxonius. non male. nam habet in deliciis id vocabuli noſter. 15. Æ. Romana. Virg. 6. Æneid. *Romula tellus*. 1. I. decrevit. 2. Æ. mortales omnes. 3. Æ. Chriſtiani. H. in Puteaneo *Nazareni*. Deinde *hæc ſaxa* noſtri omnes. Giſelinus *ſacra* malebat. 4. Æ. idolis adſtate. 5. Æ.

6 Levita de tribu 7 ſacra,
Miniſter altaris Dei,
8 Septem è 9 columnis lacteis;
Tibi iſta præſint numina:
Tu ſaxa, tu lignum colas:
Tu 10 mortuorum mortuus
Fias Deorum Pontifex.
Nos 11 lucis auctorem Patrem,
Ejusque Chriſtum Filium,
Qui ſolus ac verus Deus,
Datiane, confitebimur.
12 Hic ille jam 13 commotior:
Audesne, 14 non felix, ait,
Jus hoc Deorum & Principum
Violare verbis aſperis?
15 Jus & 16 ſacratum & publicum,
Cui cedit humanum genus?

Æ. novam religionem. 6. Æ. non quod fuit ex tribu Levi Judæus, ſed quod ſacerdos ſacrorumque miniſter; quemadmodum & Levitæ ex tribu Levi fuerunt. I. in templo additus. 7. I. Eccleſia. 8. Æ. ad ſeptem illos ſacramenti miniſtrandi Levitas reſpicit: de quibus Lucas in Actib. Apoſt. cap. 6. 9. I. ſeptem donis Spiritus ſancti. 10. Æ. non immortalium, ut illi vocabant; unde *vivum* Deum verum ad illorum differentiam dicimus. 11. Æ. quia à luce fabricam mundi inchoavit: cum dixit: *fiat lux.* 12. I. tunc ipſe. tior. 13. Æ. perturbatior. 14. I. infelix. 15. I. conditio vel imperium. 16. Æ. religioſum & profanum.

Nec te 17 juventa fervida
Inſtans periclum permovet?
Hoc namque decretum 18 cape:
Aut 19 ara 20 ture & 21 ceſpite
22 *Precanda jam nunc eſt tibi,*
Aut mors 23 luenda eſt ſanguine.
Reſpondit ille 24 altrinſecus:
25 *Age ergo, quidquid virium,*
Quidquid poteſtatis tibi eſt,
26 *Palàm reluctor, exſere.*
Vox noſtra quæ ſit, accipe.
Eſt Chriſtus & Pater Deus:
Servi hujus ac teſtes ſumus.
1 *Extorque,* 2 *ſi potes, fidem.*
Tormenta, carcer, ungula,
Stridensque flammis lammina,
3 *Atque ipſa pœnarum ultima,*
Mors Chriſtianis 4 *ludus eſt.*
O veſtra inanis vanitas,

17. I. tuæ juventutis. 18. I. intellige. 19. Æ. idolum in ara impoſitum, ad precandum. 20. Æ. quia ex ceſpitibus & herbis congerebant altaria. 21. I. ſicut tunc mos erat. 22. H. *placanda* malebat Cauchius obnitentibus ſcriptis, nec cauſam video. 23. I. perſolvenda. H abeſt à Rottendorphio verbum ſubſtantivum, & ſic in uno Weitzii. deinde *reſpondit* ſcripti. 24. I. è contra Æ *altrinſecus*) ex altera parte. 25 Æ. eja expedi. 26. Æ. non diſſimulanter reſiſto. I. ego. 1. Æ. per tormenta extrahe à me. 2. q. d. ſed non poteris. 3. H. *quæque ipſa* in Puteaneo. At in Thuano *aut ipſa.* 4. Æ. quaſi per ludum illa experimur.

5 *Scitumque brutum Cæſaris!*
6 *Condigna veſtris ſenſibus*
7 *Coli jubetis numina.*
8 *Exciſa fabrili manu,*
Cavis 9 *recocta & follibus:*
Quæ voce, quæ greſſu carent,
Immota, cæca, 10 *elinguia.*
11 *His ſumtuoſa ſplendido*
Delubra creſcunt marmore:
His colla mugientium
Percuſſa taurorum cadunt.
12 *At ſunt & illic* 13 *ſpiritus.*
Sunt; ſed 14 *magiſtri criminum,*
Veſtræ & ſalutis 15 *aucupes,*
16 *Vagi,* 17 *impotentes, ſordidi:*

5. I. decretum ſtultum. Æ. decretum beſtiale & iniquum. 6. Æ. quia quales habetis Deos, talem & ſapientiam. 7. H. *coli jubentis numina*) *jubetis* in noſtris omnibus. uti & Aldus, nec aliter Weitziani. 8. Æ. puta ex ſaxis aut lignis. 9. ex ære fuſili conflata. 10. I. ſine lingva. 11. talibus diis, Æ. ſc. talibus i. Diis, in illorum honorem 12. H. *Adſunt & illic ſpiritus*) artificioſe in Puteaneo *at ſunt*, confirmant ſequentia, *ſunt ſed magiſtri criminum.* ita enim ſcripti non *ſed ſunt*, quæ reſponſionis loco ſunt, & objectionem diluunt. Mox *aucipes* non *aucupes* in ſcriptis vetuſtioribus. unde *auſpices* recentiora exemplaria mendoſe. 13. Æ. dæmones maligni. 14. Autores 15. *auſpices*) qui vobis auſpicantur in ſacrificiis ventura. l. *aucupes*) venatores vel captores. 16. Æ. quia vagantur per aërem. 17. in malum poten-

Qui vos 18 *latenter incitos*
In omne compellunt nefas,
Vaſtare juſtos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipſi ac ſentiunt
Pollere Chriſtum & vivere,
19 *Ejusque jam jamque* 20 *adfore*
Regnum tremendum 21 *perfidis.*
22 *Clamant fatentes denique*
Pulſi è latebris viſcerum,
Virtute Chriſti & nomine
23 *Divique & idem dæmones.*
Hũc 24 *intonantem martyrem*
Judex profanus non tulit.
Conclamat: Os 1 *obtrudite,*
Ne plura jactet improbus.
Vocem loquentis claudite;
Raptimque 2 *lictores date.*

---

tentes; aut quia ex ſe nihil poſſint niſi permiſſione divina. 18. per ſuggeſtionem alliciendo. 19. judicium ultimum dicit. 20. I. futurum eſſe. H. ſic ſcripſi. Rottendorphius *jam jam adfore*, ut hiatus relinquatur Prudentio ſolemnis. mox *è latebris viſcerum*, non *corporum* Put. & Oxonius. 21. Æ. malis, qui à Deo deſciverunt, quemadmodum & ipſi à principio mundi. 22. puta, cum dicebant, *Jeſu Chriſte Fili David, quid veniſti ante tempus torquere nos? ſcimus, qui ſis.* 23. quia, in naturalibus angelis ſunt æquales. 24. I. loquentem. 1. Æ. claudite: purior lectio eſt, *obſtruite*, claudite. 2. I.

carni-

Illos 3 reorum carnibus
Paſtos, manuque exercitos.
Jam 4 ſaxo, 5 jus prætorium
Conviciator ſentiat;
Ne 6 impunè, ne noſtris ſibi
Dîs deſtruendis 7 luſerit.
8 Tibi ergo ſoli, contumax,
9 Tarpeia calcentur ſacra?
Tu porrò ſolus 10 obteras
Romam, Senatum, Cæſarem?
Tinctum retortis brachiis
Surſum ac deorſum extendite,
11 Compago donec oſſuum

carnifices. 3 Æ. carnifices martyrum illi date, & objicite H. *illos reorum carnibus Paſtos, manuque exercitos.*) *Illos reorum Plutones Paſtos refectis carnibus* in Puteaneo, quomodo & in Egmondano exſtare Weitzius affirmat, & in margine libri alterius. 4. I. facere volo. 5. I. regalem poteſtatem. Æ. quia Datianus prætor erat, jurique dicundo præfectus. 6. H. *impune ne noſtris ſibi*) *Ne impune, ne noſtris ſibi* Puteaneus, quæ repetitio vim egregiam addit orationi. 7. Æ. pro, illuſerit Virg. 4. Æneid.

Noſtris illuſerit advena regnis.

8. I. à te. 9. I Romana: ubi idolorum maxima pars fuit; quod in Tarpejo monte cuncta idola congregata fuerunt. Æ. quæ coluntur in Capitolio, quæ rupes *Tarpeja* dicitur, q. d. ſacra Romanorum. 10. I. contemnis. 11. H. *Compago donec oſſuum*) *oſſuum* probe libri, ut & hymno II. v. 532.

12. Æ.

12 Divulſa membratim terant.
Poſt hinc 13 biulcis 14 ictibus
Nudare coſtarum 15 abdita,
16 Ut per lacunas vulnerum
Jecur 17 retectum palpitet.
Ridebat hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
18 Intraret artus ungula.
At jam omne robur fortium
19 Eviſcerando 20 ceſſerat;
21 Niſuſque anhelus ſolverat
Feſſos lacertorum 22 toros.
At ille tanto lætior,
Omni vacantem 23 nubilo,

12. Æ. diſtracta per membra. 13. Æ. hiantibus, vulneribus. l. apertis, fiſſis. H. *Poſt hinc biulcis ictibus*) *biſulcis ictibus* in Oxonio, nam de ungulis intelligendum docent ſequentia, quas & hymno primo *biſulcas* dixit v. 44. infra hoc ipſo hymno, v. 357. *ungularum ictus duplices* habemus, & denuo *biſulcas ungulas* hymno Romani v. 73. Sed & *mucrobiſulcas* de ungulis hymno Romani ejusdem v. 452. 14. l. ungulis. 15. Æ. quæ latent intra coſtas h. e. exta & omenta; 16. H. *per latebras*, in Put. & Oxon. 17. Æ. apertum. 18. penetraret. 19. l. lacerando. 20. Æ. defecerat, & victum erat. 21. Æ. conatus ex labore anhelantium. 22. muſculos. 23. ſine ulla triſtitia, ſed lætus *nubilum* autem & *ſerenum* translationes ſunt. l. caligine. 24. H. *frontem ſerenam illuminat*) ſic Fabricius cum

Giſe.

23 Frontem ſerenam luminat,
Te, Chriſte, præſentem videns.
25 Quis vultus iſte, 26 prô pudor!
Datianus aiebat furens.
Gaudet, 1 renidet, 2 provocat
Tortore 3 tortus acrior.
Nil 4 illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus,
Agone in iſto proficit,
Ars & 5 dolorum vincitur.
Sed vos 6 alumni carceris,
7 Par ſemper invictum 8 mihi,
9 cohibete paullum dexteras,
Reſpiret ut laſſus 10 vigor.
Præſicca rurſus 11 ulcera,
12 Dum ſe cicatrix colligit

Giſelino & uno Weitzii. in noſtris *luminat*, conſtanter, & vere. Hymno Eulaliæ, pro illuminat.

Hic ubi marmore perſpicuo
Atria luminat alma nitor. pro illuminat.

25. Æ. tam lætus in tormentis. 26. I. cum pudore loquor. 1. I. ſplendet lætitia. â nidore renidet. Æ. ſplendet & ſerenus eſt. 2. Æ. laceſſit in tormenta. 3 qui torquetur eſt fortior quam tortor. 4. ſc. tortorum, exercita in tormentis martyrum. 5. tormentorum, inferentium dolores. 6. aut lictores, aut carnifices, aut cuſtodes alloquitur. 7. I. conſortium vel ſodalitas 8. Æ. ad hoc, quod volo facere. 9. ceſſate â tormentis. 10. ſc. patientia, martyria patiendi, aut veſtra torquendi 11. Vulnus in cicatricem coit. 12. H. hic deficiebat liber

Refrigerati ſanguinis,
Manus 13 reſuſcitans diruet.
His contra 14 Levites refert:
15 Si jam 16 tuorum perſpicis
Languere virtutem canum:
Age ipſe, major carnifex,
17 Oſtende, 18 quo pacto queant
Imos 19 receſſus ſcindere,
Manus & ipſe interſere,
20 Rivosque ferventes bibe.
Erras, cruente, ſi 21 meam
Te 22 rêre pœnam ſumere,
Cùm membra mortis obnoxia
23 Dilancinata interficis.
Eſt 24 alter, eſt intrinſecus,
Violare quem nullus poteſt:
Liber, quietus, integer,
25 Exſors dolorum triſtium.

liber ille inſignis Puteanorum fratrum maximo noſtro cum damno. pro *diruet* Nomſianus *diluet*, ut & ſchedæ Grævianæ. 13. Æ. iterum ſcindens. 14. ſic Græce declinatur: nos Levita, -æ, declinamus. 15. H. pro hac ſcriptura ſtant conſtanter noſtri codices. in editis plerisque perperam *ſuam ſuorum*. unde Cauchiana nata conjectura *ſaevas*. 16. Æ. ſc. tortorum. 17. illis. 18. I. quomodo, quemadmodum, quâ ratione, quâ virtute. 19. profunditates. 20. Æ ſanguinis. 21. de me. 22. I. reris arbitrare. 23. laniata, dilaniata, dilacerata 24. Æ. non hic carnalis, qui videtur; Sed ille interior, de quo Apoſtolus: *induite novum hominem*. 25. I. expers.

20. Æ.

26 Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
27 Vas eſt 28 ſolutum ac fictile,
Quocunque frangendum modo.
29 Quin immo nunc 30 enitere
31 Illum ſecare ac plectere,
Qui perſtat intus, qui tuam
1 Calcat, tyranne inſaniam.
Hunc, hunc 2 laceſſe; hunc 3 diſcute
4 Invictum, inexſuprabilem,
Nullis 5 procellis ſubditum,
Solique ſubjectum Deo.
Hæc fatur, & ſtridentibus
Laniatur uncis 6 denuo,
Cui 7 Prætor ore ſubdolo
8 Anguina verba 9 exſibilat:
Si tanta 10 callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
11 Pulvinar ut noſtrum manu
Abomineris tangere:

26. Æ. ſc. corpus. 27. de quo idem Apoſtolus: *ſcientes unusquisque vas ſuum poſſidere.* 28. ſolubile. 29. I. quin potius. 30. ſtude. 31. AE. hominem interiorem. 1. AE. vincit & ſuperat. 2. I. irrita. 3 perquire. 4. H. *invictum, inſuperabilem*) claudicat verſus quod cum agnoſcerent & alii, repoſuere, *in expugnabilem.* Sed Thuaneus & tres Torrentiani *inexſuperabilem*. ſcribe, *inexſuprabilem* amat enim has contractiones literarum noſter. 5. l. laboribus. 6. iterum. 7. præſes. 8. ſerpentina. 9. Æ. quia dixit, *anguina verba.* 10. I. duritia in pedibus ruſticanis. Æ. patientiam. 11. alte-

Saltem latentes paginas,
12 Libroſque opertos detege,
Quo 13 ſecta pravum ſeminans
Juſtis crementur ignibus.
His martyr auditis ait:
Quem tu maligne, myſticis
Minitaris ignem litteris,
Flagrabis ipſe hoc juſtiùs.
14 Romphæam nam cæleſtium
15 Vindex erit voluminum,
Tanti 16 veneni interpretem
Linguam perurens fulmine.
17 Vides favillas, 18 indices
Gomorrheorum criminum;
Sodomita nec latet 19 cinis,
Teſtis perennis funeris
Exemplar hoc 20 ſerpens, tuum eſt:
21 Fuligo 22 quem mox ſulphuris,
Bitumen & mixtum pice
Imo inplicabunt Tartaro.

altaria; nam in templis pulvinaria ſternebantur. I. lectum deorum. res divinæ ceremoniæ. ſacra. 12. religionem veſtram continentes 13. I. dogma 14. ultio divina, igneus gladius. Æ. enſis. 15. liberatrix. 16. blaſphemiæ. 17. exemplo illum deterret, cum ita illum conflagraturum dicit, ut Sodomorum ac Gomorrhæ. 18. teſtes judicium facientes. 19. quia totus ille locus quaſi cinere ſparſus eſt. 20. quia ſupra dixit *anguina verba exſibilat*, aliquid ſimile iis, quæ ſunt apud Sodomam & Gomorrham, apud inferos te expectant. *Bitumen* autem ſudat Aſphaltites lacus Judææ; unde *bitumen Judaicum* vocatur. 21. I. te cito.

22. cum

23 Hic perſecutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina;
Spumasque frendens 1 egerit.
Tum deinde 2 cunctatus diu
Decernit 3 extrema omnium:
4 Igni, 5 grabato, & laminis
6 Exerceatur 7 quæſtio.
Hac ille ſeſe ad 8 munera
Gradu citato proripit,
Ipſoque 9 pernix gaudio
Pœnæ miniſtros prævenit.
Ventum 10 ad paleſtram gloriæ;
11 Spes certat & 12 crudelitas:
Luctamen 13 anceps conſerunt
Hinc Martyr, illinc carnifex.
14 Sermen lectum 15 regula

23. cum. 1. I. exportat. 2. dubitans vel moratus. Æ. deliberans quid faceret. 3. ſubaudi, tormentorū, ut ſc. quæſtio exerceatur. Per tormenta namquè in quæſtionibus veritas extorqueri ſolet. I. ſupplicia. 4. H. *Igni ut grabato* in Oxonio. In Rottendorphio *Ligno grabbato*. 5. I. craticula. 6. Imperativus. 7. pœna, examinatio. 8. officia. 9. velox. Æ. alacris & velox. 10. ad certamen, in quo martyr reportaturus erat victoriam. I. ad certamen. 11. in Laurentio. Æ. ex parte martyris & crudelitas carnificis. 12. I. in tyranno. 13. duplex. 14. Æ. commodius dixiſſet *lamina*, cum Virg. 1. Georg. *arguta lamina ſerra*. 15. I. ſerra vocatur lima.

16 *Dente frequenti exaſperat;*
Cui multa carbonum ſtrues
17 *Vivum vaporat halitum.*
Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus 18 *ore interrito;*
Ceu jam coronæ conſcius
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante adſpergine
Scintillat 19 *excuſſus ſalis,*
20 *Punctiſque fervens ſtridulis*
Sparſim per artus figitur.
21 *Arvina poſt hinc* 22 *igneum*

16 H. *dente in frequenti exaſperat*) amplectendum, *dente frequenti*, quod & in Giſelini nonnullis extabat, recte diximus hymno IV. v. 15. nec aliter Cauchius & Salmaſius. Æ. *dente infrequenti*) *valde frequenti*. nam hic *in* auget. 17. vaporem igneum. 18. l. facie. 19. excuſſio. Æ. excuſſio; niſi forte velis intelligere, quod *ſalis* ſit caſus rectus H. ita noſtri & Weitziani, nec video cur Giſelinus *incuſſum cinerum* hoc loco repoſuerit. De ſale loquitur vivis iſtis carbonibus excuſſo, qui Vincentium torrebant, mox perperam *frigitur* pro *figitur* Cauchius. ſcripti obnituntur. Quod & ipſum Perſio idem ibat reſtitutum. *& frigas in cute ſolem*. 20. Æ. puncturis cum ſtridore erumpentibus cum mica ſalis. 21. pingue illud, quod adjacet carni, impreſſa in corpus martyris vel in ipſum cauterium advoluta. Eſt autem *cauter* ſive *cauterium* inſtrumentum ad urendum à cauteriazo, quod eſt comburo, dictum.

Impreſſa 23 cauterem 24 lavit:
Vis unde 25 roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
Hæc inter immotus manet,
Tanquam dolorum 26 neſciat,
Tenditque 27 in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerant.
Sublatus 28 inde fortior
29 Lugubre in antrum truditur;
Ne 1 liber uſus luminis
2 Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo 3 ergaſtulo
Locus tenebris nigrior:
Quem ſaxa merſi 4 fornicis

ctum. 22. I. ignitum. 23. cauter & cauterium dictum quod urat; quod interdum prò ſigno, interdum pro cura adhibetur, ut vis morbi ignis ardore ſiccetur. Cauteriata caro, i. incenſa cauterio. Inde Paulus cauteriatam conſcientiam habentes, i. corruptam, quia ſicut caro cauterio, ita mens pravâ doctrinâ corrumpitur. 24. humectavit. Æ. tinguit; & declinatur per tertiam lavo, lavis, lavit. 25. ſic enim gutta deſtillatur ex pingui. 26. non ſentiens. 27. Ex Virg. 2. Æneid.

Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

28. ſc. ex tormentis. 29 I. flebile. 1. Æ. ſine impedimento. 2. animoſiorem redderet. 3. carcere; cum tamen proprie *ergaſtulum* ſit eorum, qui damnantur ad facienda opera. 4. teſtudinis ſubter-

5 Anguſta clauſum 6 ſtrangulant,
7 Æterna nox illic latet,
Expers 8 diurni ſideris:
Hic carcer horrendus ſuos
Habere fertur inferos.
In hoc 9 Barathrum conjicit
Truculentus hoſtis Martyrem;
10 Lignoque plantas inſerit,
11 Divaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam novam
12 Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam,
Nec 13 fando 14 compertam retrò.
15 Fragmenta teſtarum jubet
16 Hirta impolitis angulis,
Acuminata, 17 informia

raneæ. 5. anguſtum locum claudentia. 6. contrahunt inſtrictum quaſi puteum, 7. tenebræ ſunt illic ſemper apud inferos. q. d. eſt locus ſubterraneus, quaſi inferorum inferi. 8. l. ſolis. 9. nomen immenſæ profunditatis. Æ. ſic appellatur apud inferos locus damnatorum 10. quem nos Hiſpani *cippum* vocamus. 11. diſtractis quam maximo fieri poteſt ſpatio. I. ſeparatis, disjunctis vel commutatis. 12. ſupplicii. 13. Æ. inter loquendum, in fabulis. Virg. 3. Æneid.

Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures.

14. temporibus retroactis. 15. ſcrupulos anguloſos. 16. aſpera. 17. non formata in planitiem.

18 Tergo jacentis ſternerent.
Totum cubile 19 ſpiculis
Armant dolores anxij:
20 Inſomne qui ſubter latus
21 Mucrone pulſent obvio.
Hæc ille verſutus 22 vafer
Meditatus arte ſtruxerat:
Sed 23 Belzebulis callida
24 Commenta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis 25 cæcitas
Splendore lucis 26 fulgurat;
27 Duplexque 28 morſus ſtipitis
Rupis 29 cavernis diſſilit.

18. H. *jacenti ſternerent* codices Weitziani, Palatino excepto. In Rottendorphio & Giſelianis nonnullis *jacentis ſternere*, forte *jacentis ſternier*. 19. Æ. aculatis illis lapidibus & ſcrupulis. 20. non ſinebat martyrem dormire. 21. ſtimulo latus excipiente. 22. I. callida. 23. Æ diaboli, qui *princeps* ſive *vir muſcarum* interpretatur. Dicitur namque Bel, & Beel, & Baal. 24. l. commentor excogito. commentum, liber qui ab aliquo doctore excogitatur, ſicut Commentum Servii libri, quem excogitavit ſupra Virgilium, & facit Præteritum commentus ſum, non commentatus. 25. Æ. obſcuritas; unde cœcam noctem Virg. dixit. 26. l. ſplendet. 27. Æ. *cippi*, qui duobus conſtat lignis incaſtratis. 28. l. punctos dicit, *i.* foramina nervi, quæ appellantur in ſcriptura puncti. 29. Æ. cavis in quibus vinctorum crura inſortantur. H. ita noſtri.

Agnoſcit [30] *hic Vincentius*
Adeſſe, quod ſperaverat,
Tanti laboris præmium,
Chriſtum datorem [1] *luminis.*
Cernit deinde fragmina
Jam teſtularum [2] *mollibus*
Veſtire ſemet floribus,
Medullante [3] *nectar carcere.*
Quin & frequentes Angeli
Stant, ac loquuntur [4] *comminus:*
Quorum unus ore [5] *auguſtior*
[6] *Compellat his dictis virum.*
Exſurge, Martyr inclyte;
Exſurge [7] *ſecurus tui:*
Exſurge, & almis cœtibus
Noſter ſodalis [8] *adde te.*
Decurſa jam ſatis tibi
Pœnæ minacis [9] *munia,*
Pulchroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O miles invictiſſime,
Fortiſſimorum fortior,
Jam te ipſa ſæva & aſpera

30. I. tunc. 1. Æ. non ſolum illius, ſed ſpiritalis etiam. 2. quæ prius fuerant aculeata. 3. pro ambroſiâ poſuit: quæ, ut Virg. dixit, *divinum ſpirat odorem.* I. omnem ſuavitatem. 4. prope. 5. excellentior, nobilior. Æ. venerabilior. 6 I. nominat. 7. Æ. quia Deus peculiarem tuî curam agit. 8. ſis additus. nam ſecunda imperativi modi perſona eſt. 9. officia laborque tormen-

ta

Tormenta victorem tremunt.
Spectator hæc Christus DEUS
10 *Compenſat* 11 *ævo* 12 *intermino,*
Propriaque 13 *collegam crucis*
14 *Largâ coronat dexterâ,*
15 *Pone hoc caducum* 16 *vaſculum,*
Compage textum terreâ,
Quod diſſipatum ſolvitur;
Et 17 *liber in cœlum veni.*
18 *Hæc ille, ſed clauſas fores*
Interna 19 *rumpunt lumina,*
Tenuiſque per rimas nitor
Lucis latentis 20 *proditur.*
21 *Hoc cùm ſtuperet territus*
22 *Obſeſſor atri liminis;*
Quem 1 *cura pernox* 2 *manſerat:*

ta patiendi, ſunt decurſa, i. perfecta. 10. I. retributionem reddit. 11. Æ. immortalitate. 12. I. interminato, infinito 13. Collega. lego, legas, legatione fungor. inde Collega, qui ſimul legatione fungitur. & collega; ſocius crucis, poteſt appellari omnis paſſio, quæ in martyribus poteſt inferri. Æ. paſſionis. 14. benigna & munifica. 15. pro, depone. 16. Æ. corpus, quod eſt quaſi animæ vagina. 17. expeditus. 18. I. ajebat angelus. 19. Æ. erumpunt per fores clauſas. 20. H. *proditor* eſt in uno Weitziano. nec diſpliceret, ſi alii codices aſſentirentur. Æ. oſtenditur. 21. I. lumen. 22. cuſtos. Æ. forte legendum *carceris* nam quomodo *limen* erat *atrum*? 1. Æ. vigilia per totam noctem durans. 2. expectabat i.

Servare 3 ſentem domum:
Pſallentis audit inſuper
4 Prædulce carmen Martyris,
5 Cui vocis inſtar 6 æmulæ
Conclave 7 reddit 8 concavum.
Pavens deinde introſpicit,
9 Admota quantum poſtibus
10 Acies per artus cardinum
Intrare juncturas poteſt.
Vernare multis floribus
11 Stramenta teſtarum videt,
Ipſumque vulſis 12 nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & 13 volvit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
14 Exemtus, inquit, carceri,

hoc enim ſignificat cum accuſativo conſtructum *maneo* verbum. 3. l. aſperam. 4. valde dulce. 5. Æ. carmini. 6. l. imitatricis. 7. imitatrix per echo reſpondit. nam æmula vox imitatrix dicitur. Æ. per vocis repercuſſionem; quod maxime fit per Echo in locis concavis. 8. teſtudineum. 9. l. adjuncta. 10. Æ. ſc. oculorum. nam per januarum rimas aſpexit, quid intra carceris barathrum fiebat. 11. teſtas illas ſtratas. 12. vinculorum ſc. & compedis. 13. l. cogitat. 14. H. *Exemtus, inquit, carcere,*) *carceri* duo noſtri cum Thuaneo.

25. L

Paullùm 15 benignis 16 fotibus
Recreetur, ut 17 paſtum novum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
18 Turbam fidelem 19 cerneres,
Mollire 20 præfultum torum,
21 Siccare cruda vulnera.
Ille ungularum 22 duplices
Sulcos 23 pererrat oſculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique *veſtem 24 linteam*
25 Stillante tingunt ſanguine;
26 Tutamen ut ſacrum ſuis
Domi reſervent poſteris.

15. l. blandis, mitibus nutrimentis. 16. Æ. fomentis, quibus recreetur, ut deinde magis ſentiat dolores in tormentis. 17. materiam integram ad tormenta. 18. Chriſtianos putantes, quod prætor parabat illum dimittere. 19. l. ſi adeſſes. 20. ſtratum. H. *Mollire per fultum torum*) *præfultum* in noſtris. mox *veſtem linteam* non *lineam* potiores ſcripti. ut hymno Eulaliæ;

Membra tegit ſimul Eulalia
Pallioli vice linteoli.

21. l. tergere. 22. Æ. erant enim *ungulæ* admodum raſtri bidentis. 23. oſculatur. 24. l. ad reliquias faciendas. 25. Æ. ſc. martyris, ut pro amuleto utatur ad pericula morboſque depellendos. 26. l. firmamentum, protectionem.

Tunc ipſe 27 *manceps carceris,*
Et vinculorum janitor,
1 *Ut fert vetuſtas conſcia,*
Repente Chriſtum credidit.
Hic 2 *obſeratis veſtibus*
Denſa ſpecum caliginis
Splendore lucis 3 *advenæ*
Micuiſſe clauſum viderat.
At verò poſtquam 4 *lectulo*
Martyr quietem contigit;
5 *Æger* 6 *morarum tædio,*
7 *Et mortis incenſus ſiti:*
8 *Si mors habenda ejuſmodi eſt,*
Quæ corporalis ergaſtulo
Mentem reſolvit liberam,
Et 9 *reddit auctori* DEO:

27. cuſtos, manu capiens manceps, qui mancipat, & qui mancipatur. Servus inde emancipatus, liber à ſervitio nec mancipi, i. liber, indeclinabile Æ. qui miniſterio carceris mancipatus erat 1. Æ. ut fama ex antiquo tempore conſtat. 2. clauſis januis. 3. extravenienti. 4. quia obdormivit paululum. 5. dolens. 6. quod tam diu moraretur in hac vita. 7. cupidus moriendi. Et per parentheſin interponit: *ſi mors habenda eſt,* quæ reſolvit mentem liberam à corporis carcere &c. Et pendet usque ad locum illum: *Ergo ut rectime.* 8. H. *Si mors habenda hujuſmodi eſt*) *ejuſmodi* in omnibus noſtris. etiam in Ambroſiano. 9. Æ. quaſi rem ab illo mutuo acceptam.

Mentem piatam ſanguine;
Mortis lavacris 10 *elutam,*
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto immolandam præbuit.
Ergo,ut 11 *recline mollibus*
12 *Rejecit* 13 *aulæis caput,*
Victor relictis artubus
Cælum capeſſit ſpiritus:
Cui recta celſo 14 *tramite*
Reſeratur ad 15 *Patrem via,*
Quam fratre 16 *cæſus impio*
Abel beatus ſcanderat.
17 *Stipant euntem candidi.*

10. I. *erutam*) ablutam. H. *Mortis lavacris inclytam*) idem Ambroſ. Thuan. Altin. Oxon. & Rottendorphius *elutam*, aut ſic, aut *erutam* etiam Weitziani. opinor τὸ *inclytam* ab Aldo profluxiſſe, qui ſiniſtro plane & inconſulto ſtudio nævos à Prudentio commiſſos, inſuper habita vetuſtorum codicum auctoritate, contendit emendare. Adi annotata ad Pſychomachiam v. 484. 11. Æ. inclinatum. 12. I. degit. 13. Æ. pro culcitris aut pulvillis poſuit; cum ſint alioqui *aulæa* quæ ad parietes appenduntur. l. palliis lectuli. auléa proprie Umbhang/ ab aula Attali Regis dicta. proprie cortinæ; ſed hîc pro veſtimentis lectuli ponitur. 14. à tranſmittendo. 15. Æ. rerum omnium parentem. 16. occiſus à Cain, primogenito Adam, ex Evâ uxore, de quo Salvatoris teſtimonio pronunciatur, *quod fuerit juſtus*. 17. I. circumſtant.

18. Æ.

Hinc inde ſanctorum chori,
18 *Parique miſſum carcere*
Baptiſta Johannes 19 *vocat,*
At Chriſtiani nominis
Hoſtem coquebant 20 *irrita*
Fellis venena, & 21 *lividum*
Cor 22 *efferata exuſſerant.*
Sævire 23 *inermem crederet*
Fractis draconem dentibus
1 *Evaſit exſultans ait,*
Rebellis; & 2 *palmam tulit?*
Sed reſtat illud ultimum,
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadaver tradere,
Canibusve 3 *carpendum dare.*
Jam nunc & oſſa 4 *exſtinxero,*

18. Æ. quia Johannes Baptiſta incarcere quoque fuit obtruncatus, & ex carcere migravit ad Dominum. H. *Parique miſſus carcere*) *miſſum* omnes noſtri. quos inter & Ambroſianus. 19. Æ. ſubaudi, ad ſe, & juxta ſe collocat. 20. vana, quæ non ſunt conſecuta ſuum effectum. l. provocata. 21. invidum. 22. ferina. Æ. ſc. iſta venena, quæ illum efferatiorem reddiderunt. 23. quia draconum arma ſunt dentes. 1. Æ. ſc. Vincentius. 2. victoriam de me. 3. dilacerandam. 4. pro extingvam, nam futurum eſt indicativi modi. 5. ejusdem gregis, h. e. Chriſtianorum. I. Collecta plebs eſt ruſtica & proprie gregales. vel gregarii vocantur, qui equitum greges proficiſcentium in hoſtem minant.

Ne ſit ſepulchrum funeris,
Quod plebs 5 gregalis 6 excolat,
7 *Titulumque* 8 *ſingat Martyris.*

Sic frendit, & corpus ſacrum
Profanus (9 ah dirum nefas!)
Nudum, negato 10 *tegmine,*
11 *Exponit inter* 12 *carices.*
Sed nulla dirarum fames
Aut beſtiarum aut alitum
Audet 13 *tropaeum gloriæ*
Fœdare tactu 14 *ſqualido.*

Quin ſi qua 15 *clangens improbè*
91 *Circumvolans eminus,*

nant. 6. Æ. veneretur. 7. epitaphium ſepulcro inſculpat. I. epitaphium, memoriam. 8. I. *figat*) ſcribat. H. *Titulumque figat*) *ſingat* Oxon. Altin. & Thuan. cum duobus Torrentii. quod in ſuis quoque Cauchius invenit. mox *famis* pro *fames*. Ambroſ. & Thuan. de quo Cathem. VII. v. 162. 9. I. *à*) interjectio. 10. Æ. funerali veſte. 11. I. projecit. 12. Carectum, locus ubi carices naſcuntur. Carix vero herba ſimilis civario creſcens in locis paluſtribus. unde etiam carex herba viliſſima, ſimilis cibaria, quæ lixa dicitur. Æ. paluſtres arundines minutulas. 13. Trophæum gloriæ) victorem glorioſum. 14. immundo. 15. ſubaudi, alitum, i. aquilarum. nam *clangere* propie aquilarum eſt. I ales canens. 16. H. *circumvolaret*) rectius *circumvolarat* in Ambroſ. & Thuan. deinde *ſedulè* non *ſedulo*, pleriſque noſtri. utrumque dicitur, ſed

Trucis 17 volucris 18 impetu
Depulſa vertebat fugam.
Nam corvus, 19 Heliæ datus
Olim ciborum portitor.
Hoc munus implet ſedulò,
Et irremotus 20 excubat.
Hic ex frutectis 21 proximis
22 Infeſtus alarum ſono,
23 Oculoſque pinnis verberans,
24 Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
25 Auſit, rapacem 26 belluam
27 Tauris parem congredi,
Ceſſiſſe 28 plumis mollibus?
Ibat 29 malignum murmurans
30 Levi volatu exterritus;
Prædamque viſum fugerat
Cuſtodis imbellis minis.

ſed illud minus obvium. 17 Æ. corvi; quod ipſum mirum eſt, quod corvus fugaret aquilam. 18. I. de. 19. Æ. ex 3. Regum volumine petenda eſt hiſtoria, quô pactô corvus paſcebat Heliam Prophetam. 20. vigilat & tuetur. I. vigilat. 21. Æ. ei loco ubi martyris corpus jacebat. 22. I. non feſſus. 23. ſc. lupi. 24. pellit corvus Æ. fugavit. 25. I. poſſit. 26. Æ. lupum. 27. cum tauris Virgilius. 1. Æneid. *impar congreſſus Achilli.* 1. cum Achille. 28. corvo. 29. malignè; nomen pro adverbio. I. adverb. 30. Æ. corvi leviter volantis.

1 *Quis audienti talia,*
Datiane, tunc ſenſus tibi!
Quantis gementem 2 ſpiculis
3 *Figebat occultus dolor!*
Cum te peremti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus,
4 *Vacuisque jam membris minor.*
5 *Sed quis, tyranne pertinax,*
6 *Hunc impotentem ſpiritum*
7 *Determinabit exitus?*
8 *Nullusne te franget 9 modus?*
10 *Nullus: nec unquam deſinam.*
Nam, ſi ferina 11 immanitas
Manſueſcit, & clementia
Corvos voraces mitigat,
Mergam cadaver fluctibus:
Inſana 12 numquam naufragis
Ignoſcit unda, & ſpumeum

1. Æ. ex Virg. 4. Æneid.
Quis tibi nunc Dido cernenti talia ſenſus?
2. ſtimulis Æ. anguſtiis. 3. perdurat. 4. ab animá, i. mortuis. 5. Æ. verba ſunt Poëtæ, alloquentis Datianum. 6. l. tuum. 7. Æ. finiet. 8. H. *te refranget* in Ambroſiano. Forte *nullus ne refringet* refringere pro frangere. 9 Æ. finis. 10 l. reſpondet ille. Æ. facit Datianum reſpondentem. 11. l. feritas. 12. Æ. ſed ſemper injecta devorat.

Neſcit profundum 13 *parcere,*
Aut ſemper 14 *illic mobilis*
Incertum per 15 *ludibria*
16 *Vagis feretur flatibus,*
Squamoſa paſcens 17 *agmina:*
Aut ſub fragoſis rupibus
18 *Scabri petrarum* 19 *muricis*
Inter 20 *receſſus* 21 *ſcrupeos*
Diſciſſa rumpens viſcera.
22 *Ecquis virorum, ſtrenuè*
23 *Cumbam peritus pellere,*
Remo, rudente, & carbaſo
Secare qui pontum queas.
Rapias paluſtri è caſpite
Corpus, quod inunctum jacet,

13. l. *parcit*) miteſcit. 14. Æ. in flumine. 15. per motus incertos. Nam & *ludere* pro moveri in aquâ Virgil. poſuit 1. Æneid. *Teretes* (inquit) *colludere plumas.* 16. H. *fluctibus* correctum in Thuaneo. quod & alios complures occupavit. In editis nonnullis *Auſtris feretur flatibus* unde Cauchius, *Auſtris flantibus* vel *Auſtri flatibus.* ſed aliter ſcripti apud me. 17. Æ. piſces. 18. I. ſævi. 19. petrarum ſummitates. Tubſtein. Æ. aſperæ rupes. nam *murex* etiam inter alia hoc quoque ſignificat. 20. I. ſecreta. 21. aſperos, i. lapideos. Æ. ſpeluncas ſaxoſas & aſperas: unde Virg. 1. Æ. *ſcrupea ſaxa* dicit. 22. interrogativum eſt; ſed hîc videtur ponere pro *aliquis*; quia ſubdit, *peritus pellere cumbam ſtrenuè qui queas.* 23. pro cymbam poſuit, ut *myrrba* pro myrrha, ypſilon

mutatum

Levique vectum 1 *lembulo*
Amplum per æquor auferens?
Sed complicatum 2 *ſparteus*
Claudat cadaver 3 *culleus:*
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per undas 4 *emices*
Remige 5 *præpes* 6 *palmulâ,*

mutatum in u vocalem. I. navis. 1. l. lembus, naviculapiratica. vel extrema pars inauratæ veſtis Æ. parvo lembo qui etiam ex cymbarum genere eſt. Virgil. 1. Georg. *Adverſo vix flumine lembum.* ubi Servius exponit *naviculam admodum brevem.* 2. I de ſparto foliis, i. de palma. unde & ſportulana. Et Romani parricidas cum gallo & ſimia & ſerpente in culleum, i. in tergum bovis undique conſutum in mare præcipitabant. 3. faſciola adſuta intrinſecus. culleus, tunica ex ſpartô. ſparteus eſt frutex ſine foliis ab aſperitate vocatus. culleus, ſaccus, in quo rei incluſi mittebantur in mare. Æ. fiſcus ex ſparto contextus; quanquam *culleus* ſit corium ex bove ſolidum. Sed parricidæ culleo inſuebantur & deinde in mare dejiciebantur. fiſcinam appellavit *culleum* à ſimilitudine. 4. Eas remorum impulſu. Virgil.

Juvenum manus emicat ardens,

I. vadas, exſilias. 5. *præceps*) velox H. *Remige præceps palmula*) *præpes* bene Ambr. Thuan. Rottendorph. & tres Torrentiani. *præceps* paulo ante præceſſerat. 6. I. remo. Æ. remi palma Virg. 5.

Donec relictum longior
Abſcondat adſpectum 7 ſolum.
Hæc juſſa quidam militum,
(Eumorphio 8 nomen fuit)
Violentus, audax, 9 barbarus,
Furore fervens 10 arripit.
11 Funale textum conſerit
12 Suto quod implet corpore;
13 Emenſus & multum freti
Inter procellas 14 excutit.
O præpotens virtus DEI!
Virtus creatrix omnium!
Quæ turgidum quondam mare
15 Gradiente Christo 16 ſtraverat,
Ut terga calcans æquoris
Siccis mearet paſſibus,
Plantas nec undis tingueret
17 Vaſti 18 viator gurgitis.
Hæc ipſa 19 virtus juſſerat
Rubrum ſalum 20 dehiſcere,

Levas feriat ſine palmula cautes.

7. terram, h.e. ubi terra nusquam appareat: ſed undique ſit aut cœlum & mare. 8. l. ſc cui 9. ruſticus. 10. Æ. exſequitur. 11 fiſcum ex funibus contextum l. funerale. 12. Æ. intus clauſo & implicito. 13 enavigans. l. navigans. 14. Æ. in mare dejicit. 15. quo tempore Petrum à profundo maris liberavit 16 I. compeſcuerat. 17. ampli 18. Æ viam faciens per mare. 19. cum populum Iſraëliticum per mare rubrum trajecit. 20. ſulcari, undis ſtantibus ex utroque latere.

Patente 21 dum ſundo aridum
22 Secum plebs iter legit.
Nec non & 23 ipſa nunc jubet
Servire ſancto corpori
Pontum 24 quietis lapſibus
Ad curva 25 pronum litora
Saxum molaris ponderis,
Ut ſpuma 26 candens innatat,
Tantique cuſtos 1 pignoris
2 Fiſcella fertur fluctibus.
Cernunt ſtupentes navitæ
3 Vectam remenſo 4 marmore,
Labi retrorſum leniter
5 Æſtu ſecundo & flamine.

tere. I. dividi. 21. usque dum. 22. H. *Secunda plebs iter legit* in Thuaneo. in aliis nonnullis *Secura plebs iter terit, terat* in uno Torrentiano. In Rottendorphio *gerat.*

Secura plebs inceſſerit. Aldus.

23. I. virtus. Æ. ſubaudi, virtus. 24. tranquillis. 25. declive. nam *pronum* dicitur, quod deorſum vergit. 26. Epitheton eſt inſeparabile: quoniam omnis ſpuma candicat. 1. I. commendationis. 2. Æ. propriè, quam ſupra *cullam* dixerat. 3. I. ſc. fiſcellam. 4. mari. Æ. retro navigato mari Virg. 2. Æneid.

Pelagoque remenſo improviſi aderant.

Idem in 7.

Et lento luctantur marmore tonſæ.

5. undarum fluxu ſequente & vento. nam *æſtus*

Certant & 6 ipſi concito
Pontum 7 faſelo ſcindere:
Longè ſed artus prævolant
Telluris ad mollem ſinum.
Prius 8 relatos denique
9 Humus quieti ſuſcipit,
Quàm pulſa ſummis niſibus
10 Carina portum tangeret.
Felix amœni litoris
11 Seceſſus ille, qui ſacra
Fovens harenis viſcera
Vicem ſepulcri præbuit!
Dum cura 12 ſanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vita reſervat 13 poſtera.
Sed mox 14 ſubactis hoſtibus,

maris proprie dicitur, cum creſcit, & undas ad littora impellit. 6. qui merſerant martyris cadaver in pontum. 7. *phaſelo*) quem ſupra vocavit *cymbam* & *lembulum*. nam *phaſelus* quoque navicula eſt. Juvenalis:

Fictilibus ſolitum dare vela phaſelis.

I. navi ſulcare. 8. artus. 9. Æ. ubi corpus requieſcit in ſpe reſurgendi. Sepultus namque putabatur à Chriſtianis, qui aderant. 10. *i.* ima navis. 11. H. Ita Thuan. Rottend. Nomſius & tres Torrentiani. 12. Æ: hominum ſc. Chriſtianorum. 13. id eſt, ad diem judicii, quò revicturi ſunt omnes. 14. poſtquam gentiles ceſſerunt Chri-

Jam pace juſtis reddita,
15 *Altar quietem debitum*
Præſtat beatis oſſibus.
16 *Subjecta nam ſacrario,*
Imamque ad aram condita,
Cœleſtis 17 *auram muneris*
18 *Perfuſa ſubtus hauriunt,*
19 *Sic* 20 *corpus:* 21 *aſt ipſum* DEI
Sedes receptum continet,
Cum 22 *Machabæis fratribus,*
23 *Sectoque Eſaia proximum.*
24 *Simplex ſed* 25 *illis contigit*
Corona pœnarum, quibus

Chriſtianis, & ſumma rerum omnium delata eſt ad nos 15. ut ſupra quoque poſuit pro *altare*. I. receſſus. H. *Altar quietem debitum*) *debitam* malo cum vetuſtioribus. mox iidem *Perfuſa ſubter hauriunt*. 16. *I.* membra. 17. gratiam. Æ. favorem cœleſtem; non quod ſpirent viventia oſſa, ſed quod integra manent, conſervata divino munere. 18. I. ſc. cœleſti gratiâ. H. *Perfuſa ſubter hauriunt*) *ſubtus* Ambr. & Thuan. 19. Æ. ſubaudi, habet ſe. 20. I. locus. 21. Æ. animam illius, quæ eſt totum hominis eſſe, ut philoſophi dicunt. 22. qui pro lege Domini paſſi ſunt, quemadmodum ſcribitur 2 Machab. 23. ſerrâ in duas partes diviſo; ſic enim ſcribitur diem ſuum obiiſſe. 24. quia Machabæi ſimplici morte necati ſunt, & Eſaias quoque: At Vincentius mille tormentorum generibus. 25. *I.* Machabeis.

Finem 1 malorum praeſtitit
Mortis 2 ſupremus exitus.
Quid 3 tale 4 ſector auſus eſt?
Truncata numquid corporis
5 Segmenta poſt ſerram feris
Objecit, aut undis dedit?
Num [illegible] Machabaei Martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptamve pellem verticis
Avibus cruentis obtulit?
Tu ſolus, ô 7 bis inclyte,
Solus 8 brabei duplicis
Palmam tuliſti: tu duas
Simul paraſti 9 laureas.
In morte 10 victor aſperâ,
Tum deinde poſt mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo 11 latronem corpore.
Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,

1. l. laborum. 2. noviſſimus. 3. Æ. quale in Vincentium. 4. qui ferrâ Eſaiam ſecuit. l. Eſaiæ. 5. partes, proprie ſunt veſtes muliebres, ſed non in hoc loco. 6. Æ. quo pacto hæc geſta ſint cap. 6. ſecundi voluminis Machabeorum legitur. 7. ſc. in vita, cum patereris tormenta; & poſt mortem injectus mari. 8. l. *bravii*) muneris & mercedis. 9 coronas & victorias. laurus enim pro corona ponitur. 10. ſc. tu 11. Æ. violentum perſecutorem.

12. I

Noſtri reatûs 12 *efficax*
Orator ad thronum Patris.
13 *Per te, per illum carcerem,*
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, ungulas,
Per carceralem 14 *ſtipitem,*
Per 15 *fragmen illud* 16 *teſteum,*
Quo 17 *parta crevit gloria;*
18 *Per, quem trementes poſteri*
Exoſculamur, 19 *lectulum:*
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus ut Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes 20 *imputet.*
Si ritè ſollemnem 21 *diem*
Veneramur 22 *ore & pectore:*
Si ſub tuorum 23 *gaudio*
Veſtigiorum 24 *ſternimur:*

12. ſufficiens, qui pro nobis ores; vel potius orator, i. patronus, qui cauſam noſtram coram judice defendas. 13. *Per* particula eſt adjurandi. Virg:

Perque ſi qua eſt, quæ reſtat.

14. cippum illum ligneum, I. per nervum cippum. 15. Æ. lapillos illos teſtaceos. 16. I. teſtæ enim confringebantur ſubtus martyrem, ut durius jaceret. 17. ſyncope, 18. H. *Per quem*) ſic] Aldus cum Oxonio & Sichardi editione. nec debuit à Weitzio mutari. 19. Æ. ſepulchrum dicit, in quo ſitus eſt 20. quod non poteſt ſine reprehenſione fieri. 21. I ſuum diem. 22. laude & votô. 23. H.

Pauliſper 25 huc illabere,
Chriſti favorem deferens:
Senſus gravati ut ſentiant
Levamen indulgentiæ.
27 Sic nulla jam reſtet mora,
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus,
Virtute 28 perfunctam 29 pari.
Ut 30 quæ laborum particeps
Commune diſcrimen 31 tulit,
Sit & cohæres gloriæ
Cunctis in ævum ſæculis.

23 H. *Si ſub ſuorum gaudia*) *gaudio* Ambroſ, Oxon. & Rottendorphius. 24. Æ. projicientes nos pronos in tuum ſepulchrum. 25. ad nos deſcende. H. *Pauliſper huc tu illabere*) Tollendum τὸ *tu* ex ſcriptis & Aldo. tum mox cum iiſdem, *Sic nulla jam reſtet mora.* confirmat utrumque Ambroſianus quoque. 26. I. auxilium. 27. Æ. *Sic* particula eſt adjurantis ut ſupra diximus de *per*; ut ſenſus ſit; fac, quod te rogamus; ſic nulla mora reſtet, i. citò nobilis ſpiritus tuus reſumat carnem excitatam, quod fiet in die ultimi judicii. 28 I. ſervitutem. 29. Æ. utraque tua pars exerceat communes operationes, ut caro, quæ particeps laboris in paſſione fuit, ſit cohæres gloriæ, i. ſimul cum ſpiritu heres. 30. I. caro. 31. paſſa eſt.

HYMNUS

HYMNUS VI.

In honorem beatiſſimorum Martyrum Fructuoſi Epiſcopi, Eccleſiæ Tarraconenſis, & 1. Augurij & Eulogij Diaconorum.

2. Felix 3 Tarraco, 4 Fructuoſe, veſtris
Attollit caput 5 ignibus coruſcum,
Levitis geminis procul relucens.
Hiſpanos DEUS aſpicit benignus,
Arcem 6 quandoquidem potens 7 Hiberam
Trino Martyre Trinitas coronat.
8 Ardens Augurius capeſſit 9 æthram:
Nec non 10 Eulogius ſimul 11 ſuperbum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit.
Dux & 12 prævius & Magiſter illis

1. H. In inſcriptione pro *Augurii*, Ambroſ. *Angorii.* Oxon. *Aucorii.* 2. Æ. *Felix Tarraco Fruct.*) Hi tres martyres ex Tarracone fuerant, Tarraconenſis provinciæ civitate Metropoli; ſed Fructuoſus Epiſcopus, reliqui duo Levitæ. 3. I. civitas. 4. Vocativus. 5. Æ. quia ex incendio migrarunt ad Dominum. 6. I. quia, quoniam. 7. Æ. Tarraconem, urbem Hiſpanam. 8. ex igni conflagrans. 9. I. cœlum. 10. Æ. ex igni quoque. 11. I. nobile. H. *ſupernum Chriſti ad ſedile*) *ſuperbum* Thuan. & Egmund. cum ſcriptis editisque pleriſque, Virgiliano more. apud quem *fores & ſedes ſuperba.* 12. I. oſtendens viam.

Ad 13 cunctum decus ex Epiſcopali
Clarus nomine Fructuoſus ibat:
14 Accitus quia 15 Præſidis repentè
Juſſu venerat ad 16 forum Sacerdos,
Levitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
1 Paſtus ſanguine carnifex trahebat.
Gaudet currere Fructuoſus 2 ultro:
Ac, ne 3 quos ſocios timor feriret,
4 Præceptor 5 vehemens 6 eundo firmat,
Incenditque fidem 7 calore Chriſti.
Mecum ſtate, viri: vocat cruentus
Ad pœnam coluber DEI *Miniſtros:*
Ne mors terreat, eſt parata 8 palma.
Carcer Chriſticolis gradus 9 coronæ eſt:
Carcer provehit ad ſuperna cœli:
Carcer conciliat DEUM *beatis.*
His dictis adeunt 10 ſpecum reorum:
11 Exercent ibi 12 myſticum lavacrum,
13 Et purgamen aquæ 14 ſtupent tenebræ.

13. Æ. ſc. ad ignis martyrium. 14. I. vocatus. 15. Æ. Æmiliani, qui reddebat jus. 16. I. concilium, pro loco judiciali poſuit. 1. Æ. quia ejus officium eſt *excarnificare*. 2. I. ſponte 3. aliquis. 4. magiſter. 5. ſevus contra vitia. 6. Æ. inter eundum, i. dum eunt. 6. I. & Æ. amore. 8. I. remuneratio. 9. decoris. 10. Æ. carcerem. 11. i. populos baptizant. 12. Æ. quia illic baptizabant venientes. 13. Æ. quia baptiſma pertinet ad animarum purgationem. I. *purgamina*) peccatorum. H. ſic Oxonius & Nomſius cum Altinio & Thuaneo. 14. Æ. mirabilibus, quæ ibi fiebant.

15. Ego

Sex hic continuis latent diebus;
Tandem ſtant crucis ad tribunal hoſtis,
Fratres 15 tergeminos tremunt 16 cataſta.
Judex Æmilianus 17 imminebat,
Atrox, turbidus, 18 inſolens, profanus:
Aras dæmonicas coli jubebat.
Tu, qui doctor, ait, ſeris novellum
19 Commenti genus, ut leves puellæ
20 Lucos deſtituant, Jovem relinquant,
21 Damnes, 22 ſi ſapias, 23 anile dogma.
Juſſum eſt Cæſaris ore 24 Gallieni;
Quod Princeps colit, ut colamus omnes.
Hæc 25 ſancti placidus refert Sacerdos:
Æternum colo Principem, 26 dierum
Factorem, dominumque Gallieni.

15. Ego neſcio, an fuerint *tergemini*, i. eodem partu nati; ſed forte appellat illos *tergeminos*, i. *in Chriſto fratres*, per baptiſma regenerationis. 16. ipſa tormenta, cum ipſi potius illa timere debent. I. equulei ardentes, lectus ferreus. 17. Æ. erat tormentorum autor. 18. I. ſuperbus. 19. Æ. novam ſectam & commenticiam. 20. arbores alicui Deo conſecratas; qui mos gentibus frequens erat: ut etiam in ſacris literis ſæpe legimus. 21. I. neceſſe eſt. pro, damna, i. deſere. H. *Damnas*, in Ambroſiano. unde *Damna* Bigotius. 22. i. ſi aliquid ſapias 23. vetus. inane. Æ. vetularum religionem. 24. Imparatoris Romanno CCLXIV. poſt Chriſti natalem. 25. Æmiliano loquenti. 26. potius legendum eſſe, *deorum*; ſed nihil muto.

27. pro-

Et Chriſtum Patre 27 proſatum perenni,
Cujus ſum famulus, 28 gregiſque Paſtor.
Subridens ait ille: 29 Jam fuiſti.
Nec differt furor aut refrenat iram:
Sævis 30 deſtinat ignibus cremandos.
Exſultant, prohibentque flere vulgum.
Quosdam de populo videt Sacerdos
1 Libandum ſibi poculum offerentes:
Jejunamus, ait, recuſo potum.
Nondum 2 nona diem 3 reſignat hora:
Numquam conviolabo 4 jus dicatum,
Nec mors ipſa meum 5 ſacrum reſolvet.
Sic Chriſtus ſitiens 6 crucis ſub hora,
Oblatum ſibi poculum recuſans,
Nec libare volens, ſitim 7 peregit.
Intrant intereà locum rotundâ
Concluſum 8 caveâ, madens ferarum
Multo ſanguine quem furor frequentat:

27. progenitum. I. natum. 28. Æ. qui Epiſcopus erat, ut diximus. 29. non es tunc, ſed fuiſti olim. 30. I. adjudicat. deputat. *diſtinat*, eſt, repellit. ſed *deſtinat*, deputat. 1. Æ. quod ſolet fieri iis, qui trahuntur ad mortis pœnam. quemadmodum & Salvatori noſtro eſt oblatum. I. guſtandum. 2. Æ. qua jejunantes ſoliti erant cibum ſumere h. e. tertia poſt meridiem. 3. I. aperit. 4. jejunium. 5. jejunium. Æ. ſc. jejunium; *reſolvet* i. violabit. 6. *I.* paſſionis. 7. Æ. pro traxit. quanquam dixiſſet, *ſitio*. 8. amphitheatrum definit, in quò gladiatores concurrebant, & ferarum venationes re-

præ-

Cum 9 ſpectacula 10 perſtrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator enſe duro
Percuſſus cadit, & 11 fremit 12 voluptas.
Hic flammante pyra 13 niger Miniſter,
Ardens ſupplicium parare juſſus,
Conſtruxit 14 facibus rogum 15 ſupremis;
16 Qui, dum 17 corpora concremata ſolvit,
Ferventes animas amore 18 lucis
Emiſſo 19 carceris expediret 20 antro.
Certant officiis pii 21 ſodales:
Plantis calceamenta diſſolutis
22 Pronus detrahere ſtudebat unus;
Sed ſanctum vetat os Fructuoſus
Inclinata premi: 23 Faceſſite, inquit,
Ne noſtram 24 graves 25 obſequela mortem.

præſentabantur,, & multi martyres excarnificati ſunt. l. amphitheatro. 9. Æ. ſc. gladiatorum. 10. l. perſonant. 11. gaudet. 12. aſpiciendo. Delectatio videntium talia. Æ. ſpectatorum faventium alterutri ex gladiatoribus. 13. fumidus ex fuligine, quia conſtructâ pyra ſive lignorum 14. ſtrue, tandem faces ſubdebantur. 15. l. altis. 16. rogus. Æ. ex carcere. 17. H. *Corpora concremanda ſolvit*) *concremata Oxon.* Thuano & Ambroſio. mox idem Thuan. *expediret*, quomodo & tres Weitzii. l. deſtruxit per ignem in favillas. 18. cœli. 19. corporis. 20. corpore. Æ. corpore, quod eſt animi carcer, in quo detinetur invitus. 21. amici martyrum, unus ex ſodalibus illis. l. ſc. ſui. 22. Æ. pedibus advolutus. 23. diſcedite. i. receſſite. 24. impediat, Æ: graviorem & moleſtiorem faciat. 25. l. hoc obſequium dicimus

Digitized by Google

26 Atquin ipſe meos pedes 27 reſolvam,
Ne veſtigia præpedita 28 vinclis
Tardis greſſibus irruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur 29 veſtri memor ut fiam rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Chriſtum.
Vix hæc 30 ediderat, relaxat ipſe
Indumenta pedum: 31 velut Moyſes
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare ſacram 32 cremationem,
Aut 1 adſtare DEO prius licebat,
Quam 2 veſtigia pura figerentur.

dicimus, & hæc obſequela, fœminino genere; ſicut ſvaſio & ſvadela, ſub unâ ſignificatione. Æ. miniſterium. 26. l. certe. 27. Æ. excalciabo. 28. calceis, qui ſunt quaſi pedum vincula. 29. H. ita ſcripti pertinaciter. Aldus autem. *ut fiem*, ne peccetur in metrum. ſed vide Giſelinum, hymno Romani, v. 815. Cypriani, 59. apud Aratorem pari modo.

Credite, vera fient, nec ſpe fruſtrabor inani.

30. l. protulerat. 31. Æ. Exod. 2. 32. rubum, qui incenſus non cremabatur. l. rubum. 1. Æ. accedere ad Deum. 2. calceis nudata. Sic Juvenalis;

Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges.

3. *Calce*

Stabat 3 *calce mera: reſultat ecce*
Cælo 4 *ſpiritus, & ferit* 5 *loquelam,*
Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non eſt, 6 *credite, pœna, quam videtis,*
Quæ 7 *puncto tenui* 8 *citata tranſit:*
Nec vitam 9 *rapit illa, ſed reformat.*
Felices animæ, quibus per ignem
Celſa ſcandere 10 *contigit Tonantis!*
Quas 11 *olim* 12 *fugiet perennis ignis!*
Hæc inter rapidos focos crepantes
Intrant paſſibus, & 13 *minantur ipſi*
Flammarum trepidantibus caminis.
14 *Nexus denique, qui manum retrorſum*
In tergum revocaverant revinctas,
Intacta cute decidunt aduſti,
Non auſa eſt 15 *cohibere* 16 *pœna palmas,*
In morem 17 *Crucis ad Patrem levandas:*
Solvit brachia, quæ Deum precentur,

3. *Calcê mero*) nudo; & Juvenalis dixit, *mero pede* I. pede puro vel nudo. Barfüßig / fuozaro. H. *Stabat calce mero*) ſic Aldus., ſcripti *merá* 4. Æ angelus quiſpiam. 5, aëre verberato, profert verba. 6. I. cuncti H. *credita* in Thuaneo. 7. Æ. brevi momento. i. 8. velox. 9. Æ. non aufert vitam, ſed reddit reſtituitque. 10. l. evenit. 11. in futuro. 12. Æ. quia per hos ignes fugient ignes æternos gehennæ. 13. cum è diverſo ignes ſoleant cremandis minari. H. *minantur ipſi*), ſcripti. tum *trepidantibus carminis* recte potiores *foci crepantes* jam præceſſerant 14. Æ. vincula l. ligamina. 15. conſtringere. 16 Æ. vinculum manuum. 17. expanſa

Priſcorum [18] *ſpecimen trium putares:*
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes [19] *ſtupuit tremens tyrannus.*
Illis ſed pia flammatum [20] *pepercit,*
Nondum tempore paſſionis apto,
Nec mortis decus inchoante CHRISTO.
Hos cum defugeret [21] *vaporus ardor,*
[22] *Orant, ut celer ignis* [23] *advolaret,*
Et finem daret anxiis periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Majeſtas famulos jubet, caducis
[24] *Miſſis corporibus,* [25] *ſibique reddi.*
Vidit Præſidis ex domo [26] *ſatelles*
Cœlum Martyribus patêre apertum;
[27] *Inſignesque viros per aſtra ferri.*
Quin & filiolæ monens [28] *herilis*
Oſtendit ſceleris [1] *notam paterni,*
Cælo vivere [2] *quos* [3] *forum peremit.*

expanſas eorum more, qui juſſu Nabuchdonoſor immiſſi ſunt in fornacem ignis ardentis. 18. I. figuram. 19. obſtupuit. 20. Æ. quia illæſi ex fornace ſunt egreſſi. Hi vero paſſi ſunt pro Chriſti nomine: atque ex igne conſecuti ſunt coronam. 21. vapor ardens. I. calidus. 22. ſancti. 23. Æ. ut ſe velocius adureret. 24. ſolutos & expeditos. I. pro, dimiſſos. 25. Æ. reſtitui ſibiipſis: quia, dum anima eſt in corpore, non eſt ſui juris. Ergo cum evadit ex corpore, reſtituitur ſibiipſi. 26. unus ex miniſtris præſidis. 27. I. glorioſos. 28. Æ. domini ſui. 1. Crimen & infamiam patris, h. e. ipſos martyres. I. ſignum. 2. H. *quo foro* Ambroſ. an *quos foro?* 3. I. concilium. Æ. amphitheatrum ubi

Hæc tum 4 virginitas palam videre
Per 5 ſudum meruit, 6 parente cæco,
Ut crimen Domini 7 domus timeret.
Tum de corporibus ſacris 8 favilla,
Et perfuſa 9 mero leguntur oſſa,
Quæ 10 raptim ſibi quiſque 11 vindicabat.
Fratrum tantus amor, domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed, ne relliquias reſuſcitandas,
Et mox cum Domino ſimul futuras,
Diſcretis loca dividant 12 ſepulcris,
13 *Cernunt niveis ſtolis amicti:*
Mandant reſtitui, cavoque claudi
14 *Mixtim marmore pulverem ſacrandum.*
O triplex 15 honor, ô triforme 16 culmen,

ubi ſunt concremati. 4. filia præſidis, virgo. 5. per ſerenum. Virg. *per ſudum rutilare vident.* I. ſerenitatem. 6. H. *patente cælo) parente cæco* in Ambroſio. Thuaneo & Altinio, non male; ut & in uno Weitzii. alludunt alii nonnulli, in quibus, *parente cælo.* 7. I. familia. 8. Æ. cineres. 9. nam mortuorum cineres vino conſueverunt ſpargi Virg. 6. Æneid.

Reliquias vino bibulas lavere favillas.

9. puro. vino. 10. velociter. 11. adquirebat. 12. Æ. in diverſis locis diſtributæ. 13. I. quidam viri. 14. Æ. quod in ſepulchrorum monumentis ſæpe legimus: *mixtis cineribus.* 15. I. martyrum. 16. H. *ô triforme culmen) lumen* in Ambroſio.

Quo noſtra caput 17 *excitatur* 18 *urbis,*
Cunctis urbibus 19 *eminens* 20 *Hiberis!*
Exſultare tribus libet Patronis:
Quorum præſidio fovemur omnes
Terrarum populi 21 *Pyrenearum.*
Circumſtet chorus ex utroque ſexu,
Heros, virgo, puer, ſenex, 22 *anulla:*
Veſtrum pſallite ritè Fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus,
23 *Mixtis Eulogium modis coæquans,*
Reddamus 24 *paribus pares* 25 *Camenas.*
26 *Hinc aurata ſonent in* 27 *arce tecta,*
Blandum litoris extet 28 *inde* 29 *murmur,*
Et carmen 30 *freta* 31 *feriata pangant.*

17. l. erigitur. 18. æ. non quod Tarraco ſit patria Prudentii, ſed noſtram vocat, quia Hiſpanus 19. quippe à quâ eſt cognominata *provincia Tarraconenſis*. 20. l. hiſpanicis. 21. Æ. adjacentium montibus Pyreneis. 22. *anicla*) per ſyncopen, pro anicula; ſicut *periclum* & *ſeclum*, pro periculum & ſæculum. H. *anicla*) *anula* in Thuaneo. in alio *anulla* quomodo & Ambroſianus. ut deriventur ab anu, *anulla* & *anula*. *anicula* uſitatius eſt. In Nomſio *anila*. in ſchedis Grævianis, *aniula*. 23. Æ. cantibus modulatis. 24. in martyrio. 25. hymnos, ut ſit metonymia, cum ponimus Deum præſidem, pro re, cujus eſt præſes. I. *camenas*) laudes. 26. ex unâ parte. 27. Æ. in urbe. 28. l. ex alterâ parte. 29. Æ. reſultans ex hymnorum concretu. 30 l. mare. 31. ocioſa, repercuſſa. Æ. maria dicam feſtum agentia. Nam *feriæ* ſunt dies feſti.

32. I.

Digitized by Google

32 Olim tempus erit ruente mundo,
Cùm te, Tarraco, Fructuoſus acri
Solvet ſupplicio 33 tegens ab igni.
34 Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, 35 propitante CHRISTO,
Dulces 36 hendecaſyllabos 37 revolvens.

32. l. quandoque. 33. Æ in die, ſc. judicii protegens te. 34. forte. 35. propitiante. 36. Æ quia hi verſus phaleutici ſunt undecim ſyllabarum. 37. repetens & memorans. l. relegens.

HYMNUS VII.

In honorem Quirini beatiſſimi Martyris, Epiſcopi Eccleſiæ Siſcianæ.

1 INſignem meriti virum
Quirinum placitum DEO,
Urbis mœnia Siſciæ

1. H. *inſignem meritis virum*) *meriti* præter Aldum unus Weitzii ex noſtris Thuaneus & Norſius ut cum ſecundo caſu conjungatur *inſignis*. Pro *Siſciæ* in Egmondano, Rottendorphio, Oxonio, Torrentianis duobus & Altinio *Seſciæ*. Weitzius ex Widmanniano *Suſciæ*. Sed Ptolomæo quoque *Σίσκια* eſt. *Siſcia* Paterculo, Plinio, Antonini itinerario. nec aliter Ambroſianus codex. Euſebii chronicon ad annum MMCCCXXV. *Quirinus Epiſcopus Siſcianus pro Chriſto glorioſe interficitur.* Mors ejus ibidem percenſetur. Æ. fuit hic martyr ex Siſcia, urbe Pannoniæ ſuperioris, ut

Conceſſum 2 ſibi Martyrem
Complexu patrio 3 fovent.
Hic ſub Galerio Duce;
Qui tunc 4 Illyricos ſinus
Urguebat ditionibus,
Fertur catholicam fidem
Inluſtraſſe per 5 exitum.
Non illum gladij rigor
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluvialibus
Gurges dum rapit, 6 abluit.
Nil 7 refert, vitreo æquore,
8 An de flumine ſangvinis
Tinguat pasſio Martyrem,
Æquè gloria provenit
Fluctu 9 quolibet uvida.

ſcribit Ptolomæus & Strabo lib. 7. Ordo eſt; mœnia urbis Siſciæ fovent complexu patrio Quirinum, inſignem meriti virum. 2. ipſi urbi. 3. l. colligunt. 4. Æ. qui præerat Illyriæ quæ eſt contermina Pannoniæ, & eſt ſumtum ex Virg. 1, Æneid.

Illyricos penetrare ſinus.

5. per mortem. 6. quia in aqua extinctus aſſecutus eſt, quod alii martyres ſangvinis effuſione: ideo ſubdit, *nil refert vitreo æquore* &c. l. penitus. 7. diſtat vel differt. 8. utrum. 9. utroque.

Æ. vel

[10] *Summo pontis ab ardui*
Sanctæ plebis Epiſcopus
[11] *In preceps fluvio* [12] *datur,*
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Dejectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit,
Nec [13] *mergi patitur ſibi,*
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.
Spectant eminus [1] *è ſolo*
[2] *Doctorem pavidi greges:*
Nam Chriſti populus frequens
[3] *Riparum ſinuamina*
Stipato agmine ſepſerat.
Sed Quirinus, ut eminens
Os circumtulit, heu, ſuo
Exemplo [4] *trepidos videt,*
Nil ipſe proprij memor
Inter ſtagna periculi:

Æ. vel fluminis vel ſangvinis. 10. à ſummitate pontis ardui, incipit narrare, quo pacto geſtum eſt. I. ſummitate. 11. Æ. in præcipitium. 12, L. jacitur. 13. Æ. ut in ſe mergatur. 1. è ripa fluminis. 2. H. *doctorem* in Rottendorphio. 3. Æ. ripas] ſinuoſas & obliquas. 4. timentes, ne ipſi quoque eodem modo traherentur ad mortem.

Confirmat pia pectora,
Verbis 5 mitificis rogans,
Ne quem talia terreant,
Neu conſtans titubet fides,
Aut pœnam putet emori. 43
6 Dicentem 7 fluitantibus
Amnis 8 terga vehunt vadis:
Nec 9 ſubſtrata profunditas
Saxoque & laqueo & viro

H. Magnus Scaliger ad eundem Chronici Euſebiani locum, *heu ſuo exemplo trepidos.* nam in Chronico, *ne ſuo terrerentur exemplo.* Certe in Thuaneo *ſuos exemplo.* *tuos exemplo* Aldus & Ambroſianus. Vera ſcriptura etiam in margine editionis Giſelinianæ comparet. *5. verbis mirificis rogans*) *mitificis* probe ſcripti. & in his Ambroſianus. ſic & Dypticho ſcribendum:

Regia mitifici fulgent inſignia David.

Reſtituimus Silio etiam Italico id vocabulum ex optimis membranis lib. XII.

Exſequiæ tantum famam nomenque volentem
Mitificæ mentis, tenerunt funere læto.

Perperam vulgati *horrificæ mentis.* 6. *I.* ſc. hæc, prædicantem. 7. Æ. currentem flumine. 8. ſuperficies fluminis. 9. flumen profundum ſubjectum.

Audet ſponte 10 *dehiſcere.*
Senſit Martyr Epiſcopus
Jam 11 *partam ſibi præripi*
Palmam mortis & exitûs,
Adſcenſumque negarier
Æterni ad ſolium Patris.
JESU cunctipotens, ait,
Haud quaquam tibi gloria
Hæc eſt 12 *inſolita aut nová,*
Calcare 13 *fremitum maris,*
14 *Prona & flumina* 15 *ſiſtere.*
Scimus diſcipulum Petrum,
Cum veſtigia tingueret
Mortali trepidus pede,
Dextræ ſubſidio tuæ
Subjeciſſe 16 *ſalum* 17 *ſolo.*
18 *Jordanem quoque novimus*
Fontis 19 *verticibus* 20 *vagum,*

ctum. 10. aperiri & cedere 11. l. paratam. 12. Æ. quia non eſt novum quod ſupra æquora ambulaveris, quodque Jordanem reverteris retrorſum. 13. l. ſonitum. H. ſcripti non agnoſcunt τὸ &. bene. ſic mille locis noſter. paulo ante, *nil ipſe proprii memor*. 14. l. currentia 15. retro fluere. 16. mare. Æ. feciſſe mare ſtabile, in quo poſſet ingredi, quaſi in ſolo. 17. l. pede. 18. Æ. de quo lege volumen Joſuæ. 19. H. *verticibus*) *verti-*

Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem refluis retrò
Confugiſſe 21 *meatibus.*
Hæc miracula ſunt tuæ
Virtutis, Domine, ut modò
22 *Suſpendor,* 23 *leve prænatans,*
Summo gurgite fluminis,
Cum collo 24 *ſcopulum traham!*
Jam plenus 25 *titulus tui eſt,*
Et vis 26 *prodita nominis.*
Quam gentilis 27 *habet ſtupor.*
Abſolvas, precor, optime,
Hujus nunc animæ moras.
Quid poſſis, probat amnicus,
Qui vectat ſilicem, liquor.
Hos jam quod ſupereſt, 28 *cedo,*

---

verticibus ſcripti. Sic & ſupra v. 27. tum *ut modo ſuſpendor* in Thuan. & Nomſio. nec aliter Ambroſianus. Deinde in Oxonio, *jam vis prodita nominis.* non *&*. denique noſtri omnes *quam gentilis habet ſtupor* 20. l. velocem. 21. tranſitibus vel viis. 22. Æ. ſuſpenſus trahar. 23. l. leviter. 24. Æ. lapidem collo appenſum. 25. gloria. 26. manifeſtata. 27. ſtupet & miratur. l. ſtupet, timet, vel molleſcit, ut non audeant, ſicut prius. 28. da, precor.

Quo

Quo nil eſt pretioſius,
Pro te, Chriſte Deus, mori.
Orantem ſimul halitus
Et vox deſerit & calor:
Scandit ſpiritus ardua:
Fit pondus grave ſaxeum:
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

HYMNUS IIX.

De loco, in quo Martyres paſſi ſunt, nunc baptiſterium eſt [1] *Calagurri.*

[2] E*Lectus Chriſto locus eſt, ubi corda probata*
Provehat ad cœlum ſanguine, purget aquâ.
Hic duo purpureum, Domini *pro nomine caſi,*
Martyrium pulchrâ morte tulêre viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac veteres maculas diluit amne novo.
Qui cupit æternum cœli conſcendere regnum,
Huc veniat ſitiens: ecce parata via eſt.
Antè coronati ſcandebant ardua teſtes
Atria, nunc lota celſa petunt animæ.
Spiritus [3] *æthereo ſolitus deſcendere lapſu,*
Ut dederat palmam, ſic tribuit veniam.

1. H. *Calagurri* ex Oxonio addidimus. In Egmondano & Widmanniano Weitzii *Calagurris*. 2. ita noſtri. Weitzius ex duobus ſuis *locus hic*. mox Domini *pro nomine caſi*, in noſtris, non *Chriſti*. 3. *æterno lapſu*) *æthereo* rectius nonnulli

Haurit terra ſacros aut fonte aut ſanguine rores,
Exundatque ſuo jugiter 4 unda DEO.
Ipſe loci eſt Dominus, laterum cui vulnere utroque
Hinc cruor effuſus fluxit, & inde latex.
Ibitis hinc, ut quiſque poteſt, per vulnera Chriſti,
Evectus gladiis alter, & alter aquis.

ex noſtris & Weitzianis. 4. *jugiter unda Deo) uda* ex Thuaneo. Inconcinnum enim omnino illud, *Exundat unda.*

HYMNUS IX.

Paſſio Sancti Caſſiani Forocornelienſis.

Sulla 1 Forum ſtatuit Cornelius: 2 hoc Itali urbem
3 Vocitant ab ipſo conditoris nomine.
Hic mihi, cùm peterem te, rerum maxima Roma,
Spes eſt oborta, proſperum Chriſtum fore.
Stratus humi tumulo advolvebar, quem ſacer ornat
Martyr, dicato Caſſianus corpore.
Dum lacrymans mecum 4 reputo mea vulnera & omnes
Vitæ labores, ac dolorum acumina;
Erexi ad cœlum faciem, ſtetit obvia contrà
5 Fucis colorum picta imago Martyris.

1. I. civitas. 2. forum. 3. H. *vocant ab ipſo) Vocitant* in Ambroſiano. rectius. 4. I pro reputavi. 5. nigris coloribus, aromatibus.

6, H.

Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
6 Confoſſa parvis membra figebant 7 ſtilis:
Unde, 8 pugillares ſoliti 9 percurrere ceras,
Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Æditum 10 conſultus ait: Quod proſpicis hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula.
Hiſtoriam pictura refert: quæ tradita libris,
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.
Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, Magiſter litterarum ſederat.
Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta 11 præpetibus ſequi.
Aſpera nonnunquam præcepta & 12 triſtia viſa
Impube vulgus moverant ira & metu.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper 13 ephebo,
Nec dulcis ulli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce, fidem quatiens 14 tempeſtas ſæva, premebat
Plebem dicatam Chriſtianæ gloriæ.

6. H. *Conceſſa* in Thuaneo. tū mox omnes noſtri *Æditum*, non *Æditimus* quod Weitzius arripuit. 7 I. grafiis. 8 tabulas. 9 ſcribere. 10 interrogatus. 11. velocibus. 12. H. *juſſa* ſcripti plerique. Ambroſ. tamen *viſa*, ut & Nomſius, & facit ad excuſationem martyris, tanquam præcepta ejus revera aſpera ac triſtia non eſſent, ſed diſcipulis talia viderentur. 13. I. inberbi juveni. 14. perſecutio.

15. H.

Extrahitur coetu è medio moderator alumni
Gregis, quod aris ſupplicare ſpreverat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir noſſet alto tam rebellis ſpiritu,
Reſpondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat,
15 *Fictis notare verba ſignis imbuens.*
Ducite, conclamat, captivum, ducite; & 16 *ultrò*
Donetur ipſis verberandus parvulis.
Ut libet illudant, lacerent impunè manusque
Tinguant Magiſtri 17 *feriatas ſanguine.*
Ludum diſcipulis, 18 *volupe eſt, ut præbeat ipſe,*
Doctor ſeverus quos nimis 19 *coërcuit.*
20 *Vincitur poſt tergum manus ſpoliatus amictu:*
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quisque odij tacitâ conceperat irâ,
Effundit ardens, 21 *felle tandem libero.*
Conjiciunt alij fragiles inque ora tabellas
Frangunt: reliſa fronte lignum diſſilit.

15. H. *ſtrictis* Rottendorphius & tres Torrentiani. 16. I. cito, ſtatim. 17. armatas vel otium habentes. 18. H. hoc modo noſtri omnes, quos inter & Ambroſianus. nec à Weitzio immutandum fuit, deinde *minis coercuit* Thuaneus. Sed Ambroſius cum reliquis *nimis* probe. in eodem *Doctor ſeverus.* 19. I. ſtrinxit. 20. ligatur. 21. furore. 22. immiſſa, ingeſta. 23. H. *curva humens pagina*) alii *curva tumens*. codices noſtri partem majorem *curva tumens*, quomodo nos jampridem ad Claudianum caſtigavimus, monuitq; in exercitationibus eccleſiaſticis Gronovius ὁ πάνυ.

in

Buxa crepant cerata,genu 22 impacta cruentis,
Rubetque ab ictu 23 curva & umens pagina.
Inde alij ſtimulos & acumina ferrea 24 vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur:
Et qua ſecti apices abolentur,& 25 æquoris hirti
Rurſus niteſcens innovatur 1 area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor,& inde ſecatur:
Pars 2 viſcus intrat molle,pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixêre ducentæ;
Totidemque guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Major tortor erat, qui 1 ſumma pupugerat, infans,
Quàm qui profunda perforarat viſcera.
Ille levis,quoniam percuſſor morte negatâ
Sævire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius vitalia 4 condita pulſat,
Plus dat medelæ,dum necem propè applicat.
5 Eſte, precor, fortes, & vincite viribus annos:
Quod deſit ævo,ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmusque laborat:
Tormenta creſcunt, dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis? exclamat quidam: tute ipſe Magiſter
Iſtud dediſti ferrum,& armaſti manus.

in Ambroſiano *charta & umens.* Cauchius proxime verum *curva & humens.* 24. l. quatiunt. 25. planitiei. 1. planities. 2. viſcera. 3. extrema ſc. cutis. 1. parum læſerat. 4. abſcondita. 5. eſtote.

Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
Quam ſtando, flendo, te docente excepimus.
Non potes iraſci, quod ſcribimus: ipſe jubebas,
Nunquam quietum 6 dextera ut ferret ſtylum.
Non petimus toties te præceptore negatas,
Avare Doctor, jam ſcholarum 7 ferias.
8 Pangere puncta libet, ſulciſque intexere ſulcos,
Flexas catenis 9 impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus,
Mendoſa forte ſi 10 quid erravit manus,
Exerce imperium: jus eſt tibi plectere culpam,
Si 11 quis tuorum te notavit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra Magiſtri:
Nec longa feſſum pœna ſolvebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere CHRISTUS
Jubet reſolvi pectoris ligamina:
Difficileſque moras animæ, ac retinacula vitæ
Relaxat, artas & latebras 12 expedit.

6. H, *ut fere* Ambroſianus, *ferre* Altinius. Fortaſſe *dextera ferri* quanquam & poſterior in *ferre* produci poteſt, ob ſequentes duas conſonantes, Prudentiano more. *ferre* etiam Palatinus Weitzii, & ex ſuo codice Cauchius. 7. L. ceſſationes. 8. infigere H *Pingere puncta libet*) alii *pungere*. ſed probe tres noſtri *pangere* & ſic à manu prima Thuaneus, ſed & Ambroſianus *pangere*. *Pangere, figere*, Feſto *pangere clavum* Livio. *pangere plantam* paſſim apud rei ruſticæ ſcriptores, h. e. in terram defigere. 9. L. volvere. 10. aliquid. 11. aliquis, diſcipulorum. 12. exſolvit. evacuavit.

Egi ma-

Sanguis, ab interno venarum fonte patentes
Vias ſecutus, deſerit præcordia:
Totque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt, quæ liquidis 13 *expreſſa coloribus hoſpes,*
Miraris: iſta eſt Caſſiani gloria.
14 *Suggere, ſi* 15 *quod habes juſtum vel amabile* 16 *votum,*
17 *Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus* 18 *æſtuas,*
Audit, crede, preces Martyr proſperrimus omnes,
Ratasque reddit, quas videt probabiles.
19 *Pareo, complector tumulum, lacrymas quoque* 20 *fundo:*
Altar tepeſcit ore, 21 *ſaxum pectore.*
Tunc arcana mei 22 *percenſeo cuncta laboris:*
Tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro:
Et poſt terga 23 *domum dubiâ ſub ſorte relictam,*
Et ſpem 24 *futuri* 25 *forte nutantem boni.*
Audior, urbem adeo, dextris ſucceſſibus utor:
Domum revertor, Caſſianum prædico.

13. imaginata. 14. indica illi, pete. 15. aliquid. 16. precem. 17. H. *Tibi ſi qua ſpes eſt*) Ita non male Giſelinus. Sed ſcripti cum Aldo. *Spes ſi qua tibi eſt*, ſolito hiatu. 18. I. cupias 19 obedio. 20. obtempero. 21. pavimentum. 22. præteritum pro præſenti. 23. uxorem. 24. ſc. filii 25. H. *forte* in ſcriptis. mox *urbe abeo*. Foro Cornelii.

HYMNUS

HYMNUS. X.

Paſſio I. Sancti Romani Martyris.

ARGUMENTUM.

ROmani Antiocheni Monachi, qui ſub Diocletiano paſſus eſt, judice Aſclepiade martyrium proſequitur; infra tamen dicit ſub Galerio; ſed nimirum perſecutio Chriſtianorum, quæ ſub Diocletiano cœpit, ad Galerii principatum usque duravit; cujus favorem ad dicendum implorat, cum ipſe abſciſſa lingua ſit locutus.

1. H. Hunc hymnum ſeparant codices nonnulli à ceteris hymnis. περὶ στεφάνων. Ita Aldus, qui primum ei hos inter locum ſub titulo Romani adſignavit. In vetuſtiſſimo fragmento Ambroſiano ſimiliter præcedebat hymnum in paſſione Emiterii & Cheledonii, cum hâc inſcriptione, ***Sancti Romani martyris contra gentiles dicta. Opuſcula Aurelii Prudentii Clementis, metro Jambico ſenario.*** Sub finem, ***finis Sancti Romani liber peri Stephanon. Incipit Aurelii Prudentii Clementis hymnus in laudem Sanctorum martyrum Emeterii, &c.*** In Puteaneo non potuit illi locus idem obtigiſſe. Cum hymnus Emeterii illic proxime Pſychomachiam excipiat. Forte poſt libros adverſus Symmachum, illic, ut & in Thuaneo legebatur,

ROmane, Chriſti fortis 2 aſſertor DEI,
3 Elinguis oris 4 organum 5 fautor move:
Largire 6 comtum carmen 7 infantiſſimo:
Fac ut tuarum 8 mira laudum concinam:
9 Nam 10 ſcis & ipſe, poſſe 11 mutos eloqui.

batur. Cœterum quod detrimenti ſumus paſſi in Puteaneo, qui hâc parte erat mutilatus, id quodammodo ſchedæ Ambroſianæ æque vetuſtæ reſarcivere, quæ hymnum hunc fere totum complectebantur. Eædem ſchedæ verſus XXX. primos hymni hujus nomine præfationis indigitant. Nam ante illa *Galerius orbis* codex ille, *explicit præfatio. Incipit paſſio.* In codice Oxonio poëma hoc ſub titulo *paſſionis Romani* inter Hamartigeniam & Pſychomachiam legebatur inſertum. Sed & in vita Prudentii, quam is ipſe codex exhibebat, novem ejus recenſentur libri, Cathemerinon, Apotheoſis, Pſychomachia, Hamartigenia, contra Symmachum, item contra Symmachum. Romanus, Peri ſtephanon, Tituli hiſtoriarum. In Thuaneo: *incipit ejusdem Romanus contra gentiles.* In Rottendorphio ultimum hoc poëma eſt inter hymnos περὶ ϛεφάνων. 2. Æ. teſtis, & illius fidei defenſor. nam *adſerere* eſt in libertatẽ vindicare, & prohibere, ne cui libero ſervitus indicatur. I. ſicut Nazarenę infacundi. Æ qui loqui neſcio tuas laudes. 4. I. ſonum. 5. adjutor Æ mihi favens. 6. ornatum. 7. ineloquentiſſimo. 8. pro miracula Æ miras laudes, vel miracula, propter quæ laudandus es. 9. I. quia. 10. Æ. expertus es, cum tibi fuit abſciſa lingua. 11. I. alalos Græcè mutus.

12 Plectrum palati & faucium ſævus tibi
Tortor revulſit: nec tamen 13 ſilentium
14 Indixit ori, quo fatebaris DEUM.
15 Vox veritatis teſtis extingui nequit,
Nec ſi reciſis 16 palpitet 17 meatibus.
Sic noſter 18 hærens ſermo lingua debili
Balbutit, & modis laborat 19 abſonis:
Sed ſi 20 ſuperno rore reſpergas jecur,
Et 21 ſpiritali lacte pectus irriges,
Vox impeditos 22 muta 23 laxabit ſonos

12 Æ. linguâ qua in loquendo utimur, quaſi plectro in muſicis inſtrumentis Perſius *recta plectrum linguæ*. Et Plinius *plectra linguæ* dixit *palati & faucium* ad quæ loca lingua illiſa format voces. 13. quia nihilominus abſciſsâ linguâ Chriſtum confitebatur; ut in ejus vita ex Euſebio legimus. 14. I. impoſuit. 15. Æ. unde Martial. de Elingvato.

Neſcis tu, populum, quod tacet ille, loqui.

Et de Cicerone idem:

Incipient omnes pro Cicerone loqui.

Etiamſi illi ſit caput avulſum; 16. I. vacillet. 17. tranſitibus vel viis. 18. tardans. Æ. juxta illud Pſalm. 21. *lingva mea adhæſit faucibus*. Et Pſalm. 26. *adhæreat lingva mea faucibus meis*. 19. verſibus abſurdis & male ſonantibus. I. turpibus, inhoneſtis. H. concinnius foret *& laborat abſonis modis*. Sed ſcriptis exemplaribus obniti nolo 20. Æ. divina gratia, mihi â tuo Chriſto obtenta. 21. non corporeo, qui cibus eſt corporis. 22. vertetur in tinnulam & ſonoram. 23. exten-

Evangeliſta ſcripſit, ipſum talia
1 *Præcepta* 2 *Meſſiam dediſſe Apoſtolis:*
Nolite verba, cùm 3 *ſacramentum meum*
Erit canendum, providenter 4 *quærere:*
Ego 5 *imparatis, quæ loquantur,* 6 *ſuggeram.*
Sum mutus ipſe, ſed potens facundiæ
Mea lingua 7 *Chriſtus* 8 *luculentè diſſeret:*
9 *Ipſe* 10 *explicabit, quos ſupremo ſpiritu*

---

tendet, quod erat contractum & expeditum. L. ſolvet. H. *halabit ſonos* in Ambroſiano. mox idem cum Rottendorphio & tribus Tortentianis *Evangeliſta ſcribit* non *ſcripſit*. 1. Æ. Matth. cap. 10. *cum tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini*. 2. Chriſtum, qui dicitur Hebraice Meſſias. 3. legem, quam ego primum vobis revelavi. 4. non provideatis & præmeditemini, quid ſit loquendum. 5. impremeditatis. 6. ſubminiſtrabo. L. ſubminiſtrando miniſtrabo. ſumminiſtro. 7. Æ. *Chriſto*) per Chriſtum, *mea lingua* caſus nominandi eſt: ut non poſſit legi *Chriſtus*, ut omnes codices habent. 8. I. manifeſte, aperte loquetur. H. *luculenter diſſeret*) *luculente* in Thuano. & ceteris fere omnibus. ſic infra v. 377. *terrulente* non *terrulenter*. 9. Æ. Chriſtus explicabit, quos tumultus dæmon moverit in ſupremo ſpiritu, i. cum martyr morietur, aut dum ipſe dæmon vinciretur à martyre; quia dicit, *dum domatur*, & quod ſubdit, *dæmon* dico *peſtis pejor in noviſſimo furore*; quod magis declarat per ſimilitudinem anguis vulnerati. 10. I. ſolvet ſc. illos.

Dæmon tumultus, dum domatur, 11 moverit,
Furore peſtis pejor in noviſſimo.

Sic vulneratus anguis 12 ictu ſpiculi
Ferrum remordet, & dolore ſævior
13 Quaſſando preſſis immoritur dentibus:
14 Haſtile fixum ſed manet profundiùs,
Nec 15 caſſa 16 ſentit morſuum pericula.

17 Galerius orbis forte Romani ſtatum
Ductor regebat, ut 18 refert antiquitas,
Immitis, atrox, aſper, implacabilis:
Edicta latè 19 mundum in omnem miſerat,
Chriſtum negaret, quiſque mallet vivere.

Hæc ille 20 ſerpens 21 ore 22 dictat regio,
Qui mortuorum 23 de ſepulcris exiens
Clamat: Quid ante tempus adventu cito
Mea regna ſolvis? parce fili altiſſime:

11. dederit. 12. percuſſione 13 Æ. haſtile labefactando; ſed quo magis haſtile quaſſat, eò profundius vulnus ſedet. 14. I. gladius. 15 inania. 16. Æ. legendum ſic: & non ſentit pericula morſuum i. morſus, alioqui periculoſos. eſſe caſſos, i. inanes, quia inaniter mordet haſtilie. 17. qui Cæſar creatus, cum Conſtantino imperium totius orbis partitus eſt, ita ut Gallias, Italiam, & Africam Conſtantinus, Illyricum & Aſiam Galerius obtineret. 18 I. narrat. 19. Æ. qui tunc erat ſub ditióne Romanorum. 20. diabolus. 21. per os principis. 22. ut notarii ſcribant edictum: edictum autem erat, ut, qui mallet vivere, negaret Chriſtum. 23. Matth. cap. 8. & Marc. 5. hoc, quo

pacto

24 *Vel poſſidere corda porcorum jube.*

Præfectus iſtis imminens negotijs
Aſclepiades ire mandat milites,
25 *Eccleſiaſtenuſque de ſacrarijs*
26 *Raptare* 27 *plebem,* 28 *mancipandam vinculis*
Ni diſciplinam 29 *Nazarenam reſpuat.*

Mox 30 *ipſe, templum cogitans inrumpere,*
Et diſſipare ſancta ſanctorum ſtudens,
Armis profanus præparabat impijs
31 *Altaris* 32 *aram funditus* 33 *peſſumdare,*
Foreſque & ipſas in ruinam 34 *ſolvere.*

Præcurrit 35 *index his repentè cognitis*

---

pacto geſtum eſt, narratur. 24. I. ſaltim. 25. I. *eccleſia tenus*) uſque ad eccleſiam. H. *Eccleſiatenus que de ſacrariis*) libri duo aut tres apud me. *Eccleſiatenus ac de* in Altinio *Eccleſia tenus atque de ſac.* alii aliter. Sed in Ambroſiano & Thuaneo *eccleſias tenusque.* ſcribo meo periculo *Eccleſiaſten uſque de ſacrariis raptare plebem* Ἐκκλησιαστὴς enim apud Græcos tam qui audit concionem quam qui concionatur. atque ita in Thuaneo exſtare ſchedæ Salmaſianæ me docuerunt. 26. Æ. rapere de eccleſia & de ſacrariis. 27. Chriſtianam. 28. I. ligandam. 29. Chriſtianam. 30. præfectus. 31. ſacramenti. 32. H *arcam* in Thuaneo. 33. I. perditum tradere vel perdere una pars eſt ſicut circumdare peſſumdo, i. perdo vel diſſipo. 34. vertere. 35. Æ. ipſe nunciat futuram peſtem

Romanus, 1 acris heros 2 excellentia,
Venire in armis 3 perduelles nuntiat,
Animos paventum 4 præſtruens hortatibus,
Stent ut parati, neve cedant 5 turbini.
Conſpirat uno fœderatus ſpiritu
Grex Chriſtianus, agmen imperterritum,
Matrum, virorum, parvulorum, virginum:
Fixa & ſtatuta eſt omnibus ſententia,
Fidem tueri, vel libenter 6 emori.
7 Refert repulſus 8 miles ad 9 ſubſellia,
Plebis rebellis eſſe Romanum Ducem,
Flagrare cunctos 10 pervicaci 11 audacia,
12 Jugulos retectos 13 obſtinatè opponere,
14 Quo glorioſa morte fortes 15 oppetant.
16 Præceps jubetur inde Romanus rapi,

& munit animos Chriſtianorum. 1. I. fortis, prudens. H. ſic caſtigatiores, in quibusdam minus vetuſtis, *ſacris.* Unde Cauchius *Heros ſacra Romanus excellentia.* in Thuaneo à manu prima, *Romanus acra.* 2. I. conſtantiæ. 3. pugnaces duelles, i. rebelles. duellio & duellis eſt homo rebellis; duellum & duellium, res ipſa, i. rixa. pugnantes. 4. præmonens. warnende. 5. temptationi. 6. ſponte mori. 7. renunciat. 8. Æ. milites. Virg.

Iterumque armato milite complent.

9. ad tribunal Aſclepiadis. I. ad tribunal. ad Senatum, ad loca judicii. 10. pertinaci. 11. duritia. 12. colla. Æ. offerre; ſubaudi, *refert.* 13. I. perſeveranter, dure. 14. ut. 15. moriantur. 16. velox.

17. in

Soluſque, ut incitator & 17 fax omnium,
Pro 18 contumaci plebe cauſam dicere.
Is non reſiſtens, ſeque 19 vinciri petit,
Flexas & ultro torquet 20 in tergum manus.
21 Amor coronæ 22 pene prævenit trucem
Lictoris 23 artem, ſponte nudas offerens
Coſtas, biſulcis exſecandas 24 ungulis.
Irrumpit altum 25 limen, & 26 præconibus
Stupore mutis ipſe tortorem trahit.
27 Adſtanti 28 ob ora ſic tyrannus incipit:
Infame 29 monſtrum, 30 vilis, 31 inteſtabilis,
Tu 32 ventilator urbis, & vulgi levis.

17. incenſor ad hoc. Æ. inflammator & incenſor. 18. l. pertinaci vel pervicaci. 19. ligari deſiderat. 20. Æ. ut vinciretur. Virg.

Juvenem poſt terga revinctum.

21. ipſe, qui cupiebat ſubire martyrium. 22. I vel pone, i. juxta. 23. Æ. facit, quod lictor debuit facere. 24. biſidis aut forcipatis quod genus tormenti crebro in martyribus legitur. H. ita ſcripti. mox *exarandas*. 25. Æ. judicis prætorium ingreditur. 26. qui plerique carnifices ipſi ſunt. 27. I. martyri. 28 contra faciem. Æ. ante faciem judicis. 29. Ignominioſe martyrem alloquitur judex. 30. parvi pretii homo. 31. infamis, quippe qui vel ex hoc facto non habes jus teſtandi. *l.* indignus teſtimonio ſine teſte bonitatis vel deteſtabilis. 32. Æ. tranquillitatis urbis & civium commotor, & conciliator tumultus,

Procellæ, mentes 33 inquietas mobiles,
Ne ſe imperitæ turba 34 dedat 35 legibus.
36 Populare quiddam ſub colore gloriæ
37 Illiteratum 38 credidit 39 frequentia,
Ut ſe per ævum conſecrandos 40 autument,
Si bella Divis, ceu 41 Gigantes, inferant,
Victique flammis 42 obruantur 43 montium.
Hoc tu paraſti, perdite, ſpectaculum,
Cladis cruentæ de necandis civibus:
1 Quos ut 2 profanos 3 impiatos & ſeculi
Reos, neceſſe eſt te 4 Magiſtro interfici;
Tu cauſſa mortis, tu malorum ſignifer.
Ni fallor, 5 æquum eſt, ut quod auctor improbus
Tolerare multas compuliſti, 6 carnifex.

33. I. commoves. 34. ſponte tradat. 35. Æ. ſubaudi, imperatoriis. 36. indoctum & ſtolidum, & quale populus ſapit, & non quale ſapientes. I. venerabile vel glorioſum. 37. Æ. Chriſtianum vulgus imperitum I, indocta. 38. Æ. ſubaudi, te prædicante. 39. I. agmen, multitudo. 40. æſtiment. Æ. dicunt. 41. quia nihil aliud eſt voluntati Deorum reſiſtere, niſi gigantum more divis bellum movere. 42. ſicut gigantes fulminati ſunt à Jove, qui fulminibus montes dejecit, per quos volebant in cœlum aſcendere. 43. I. principum. Nam dii in montibus ſtantes fulmina mittebant. 1. Æ ſc. cives. 2. à te profanatos & fictos reos ſeculi impiati, i. religionis falſæ inductæ à te. 3 I. corrupti. 4. Æ. artifice tantorum malorum. 5. I, juſtum eſt. 6. H. *ut carnifex*.

In te recurrat, proque cunctis cadibus.
Quæ mox 7 futura, primus 8 exitium luas;
Feras & ipſe, quod ferendum ſuaſeras.
9 His ille contrà reddit ore libero:
10 Amplector, ô Præfecte, nec me ſubtraho,
Ut pro fideli plebe ſolus immoler,
Dignus ſubire 11 cuncta, ſi me 12 conſulis,
Quæcunque veſtra juſſerit 13 crudelitas.
Intrare ſervis idolorum ac dæmonum
Sanctam ſalutis non licet noſtræ 14 domum,
Ne polluatur purus orandi locus:
15 Confido ſancto in Spiritu, nunquam tibi
Dandum, ut beatum limen attingas pede
Ni fortè 16 noſter factus, in noſtrum 17 gregem
Merearis ſumi: quod Pater 18 faxit DEUS!
Incenſus his Aſclepiades juſſerat
Eviſcerandum corpus 19 eculeo 20 eminus
Pendere, & uncis vinculisque 21 creſcere.

ſex) τὸ *ut* abeſt à Rottendorphio, rectius. 7. Æ. ſubaudi, ſunt in diſcipulos tuos. I. ſc. erunt. 8. periculum, perſolvas. Æ. mortem. 9. I. verbis. 10. tua juſſa, libens ſuſcipio. Æ. volo & amo. 11. I. tormenta. 12. ſc. reſpondebo. Æ. ſi mihi credis, 13. l. ſc. patiar. 14. Æ. Eccleſiam. 15. H. *confido in almo ſpiritu.*) Aldus & ſcripti plerique *confido in ſancto ſpiritu.* Sed Ambroſ. & Thuan. verè *confido ſancto in Spiritu.* 16. Æ. Chriſtianus. 17. l. conſortium. 18. faciat. optando dicit. 19. patibulo. 20. longe. 21. tumeſcere. Æ. quod undique diſtraherentur, & ſic membra extenderentur. H. *& uncis ungulisque creſcere*)

22 Apparitores ſed furentis 23 ſuggerunt,
Illum vetuſtâ nobilem 24 proſapia,
Meritisque multis eſſe 25 primum civium.
Jubet amoveri noxialem 26 ſtipitem,
27 Plebeia 28 clarum pœna ne damnet virum
Tundatur, inquit, 29 terga crebris ictibus,
30 Plumboque cervix verberata 31 extuberet.

vinculisque ſcripti cum Aldo. probe. Hymno I. *creſcit & ſuſpenſus ipſe, vinculis latentibus.* Silius Italicus explicabat locum lib. I. v. 175. ubi deſcribit ſupplicium de famulo Tagi ſumtum

——— per artem
Sævitiæ extenti quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus.

22. I. tortores. 23. indicant. 24. in ſuo genere. Æ. honeſta ex familia & bene de civibus meritæ; neque licere talem virum ita punire. 25. I. principem. 26. Æ. æculeum. 27. I. ruſtica vilis. Æ. qua plebeji plectuntur. 28. I. nobilem. 29. per tergum Æ. ſynechdoche per verbum paſſivum. H. *tundatur, inquit, tergum crebris ictibus) terga* Aldus cum Thuaneo Altinio & Rottendorphio, ut ſit Græciſſimus, & ſic Giphanius, in Ambroſiano *tendatur, inquit, terga.* Puto

Tendatur, inquit: terga crebris ictibus
Plumboque cervix verberata extuberent.

30. Æ. plumbatis. 31. turgeſcat contuſionibus. I. tumeſcat vel creſcat, ſtrumoſa fiat, inflatur.

33. omnia

Perſona 32 quæque 33 competenter 34 plectitur;
35 Magnique refert, vilis an ſit nobilis:
36 Gradu reorum 37 forma tormentis 38 datur.

Pulſatus ergo Martyr illa 39 grandine,
Poſtquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,
40 Erectus 41 infit: 42 Abſit, ut me nobilem
Sanguis parentum 1 præſtet, aut lex curiæ:
Generoſa Chriſti 2 ſecta nobilitat viros
3 Si prima noſtri quæ ſit 4 incunabulis
Origo 5 textu 6 ſtemmatis recenſeas;
Dei 7 parentis eſſe [redacted] ab ore capimus.

32. omnis homo. Æ. cujuſcunque conditionis ſit. 33. I. ſecundum ſuam naturam. 34. punitur. Æ. plecti debet. 35. differentia magna eſt, l. pretii, magna diſtantia. 36. natura. Æ. conditione & ſtatu. 37. genus unumquodque reorum datur tormentis, ſed diverſorum generum. 38. I. competenter. 39. perſecutione vel jactuum. 40. ex tormentis, quibus erat incurvatus. 41. incipit loqui. 42. non eſt vera nobilitas, quæ provenit ex parentibus, aut quæ legibus humanis definitur, ſed generoſa ſecta Chriſti nobilitat viros. 1. *I.* faciat. ſublimen faciat. 2. doctrina. 3. H. *ſi prima noſtris*) *noſtri* rectius Ambroſianus. poſſis tamen *& noſtris incunabulis*. 4. I. incunabula, cunæ, crepundia & crepitacula idem ſunt. 5. ordine. Æ. ſi ſeriem avorum recenſere velis. 6. l. generis. nobilitatis, generationis. 7. patris. 8. quando primo parenti inſufflavit ſpiritum vitæ. Æ. quando primum hominem creavit, inſpirando ei ſpiraculum vitæ; cui, qui non obedit.

Cui quisque ſervit, ille verè eſt nobilis.
Patri rebellis, invenitur 9 degener.
Honos deinde 10 ſtemmati accedit novus,
Et ſplendor ingens, ut 11 Magiſtratus venit;
Si confitendi 12 nominis teſtem 13 probum
14 Signent 15 inuſta ferri & ignis vulnera,
Et vim 16 dolorum mors ſequatur inclita.
17 Cave 18 benignus eſſe perversè velis;
Nec 19 mi 20 remiſſus leniter peperceris:
Incumbe membris, tortor, ut ſim 21 nobilis,
His 22 ampliatus ſi fruar 23 ſucceſſibus,
Genus patris matriſque 24 flocci fecero.

dit, ille ignobilis: & hæc eſt veræ nobilitatis origo: ſed accedit, inquit, huic nobilitati decus inſigne, ſi quis mortem oppetat in teſtimonium veræ religionis. 9. dicitur, qui factis depravatis non reſpondet nobilitati parentum. 10. nobilitati. 11. ſicut dignitas. Æ. *venit*) ut tu nunc veniſti. 12 ſc. Chriſti. 13. I. bonum. 14. Æ. inſignem reddant 15. I. valde uſta. 16. Æ. vulnerum copiam. 17. I. cave velis ſimul jungendum. Cave enim abnegativum eſt, nec eget aliqua abnegatione. ſicut. cave facias, debemus dicere: non cave, ne facias. 18. Æ. male utens benignitate inani, quam nolo erga me exerceas. 19. I. pro, mihi. 20. ad miſericordiam, molle factus. 21. Æ. vera nobilitate quæ ex præclare geſtis comparatur. 22. honoratus. Unde *amplitudo* pro honore. I. dilatatus proſperitatibus, auctus. 23. Æ. ad vota venientibus felicitatibus. 24. I. pro nihilo duco, parvipendam, parvi pendo. ductus ſermo à flocco, quod homi-

Hæc ipſa veſtræ dignitatum culmina
Quid eſſe cenſes? nonne 25 curſim tranſeunt
26 Faſces, 27 ſecures, 28 ſella, 29 prætexta & toga,
30 Lictor, 31 tribunal, & 32 trecenta 33 inſignia,

homines in re viliſſima utentes à veſtimentis extrahunt & projiciunt, quaſi pro nihilo reputantes 25. velociter. Æ. cito; quia annui ſint magiſtratus, inio etſi per vitam durent, breves tamen ſunt. 26. H. *faſces, ſecures. ſella, prætexta toga*) *prætexta toga*. Aldus & Oxonius in uno Weitzii *prætexta toga*. Et ſic Fabricii editio. Ambroſianus *prætexta & toga*, lege. *prætexta & toga*. Giphanius *prætext a toga*. I. honores, ſummæ dignitates. 27. Æ. inſigncia conſulum & prætorum. 28. I. quæ in curia ponebantur 29. genus veſtimenti prætexta, veſtis eſt, quâ utebantur pueri usq; ad ſextum decimũ annum: & dicta prætexta, eo quod latior purpura ei intexebatur in capitio, poſtea togâ utebantur. Æ. inſignia erant triumphantium, *Sella,*) curulis, quæ Ædilium erat; unde Ædiles Curules dicti. Livius lib, 3. *triumphantes*, inquit, *toga prætexta & tunica palmata & toga picta & corona triumphali laureaque honoratos fuiſſe*. Juvenal.

Prætexta & trabea, faſces, lectica tribunal.

Erat autem *trabea Regum* ex purpura & albo: *augurum* ex croco & purpura. *Deorum* ex purpura tantum ut notat Servius. 30. qui præferebat inſignia conſulum, & erant XII. ſicut & faſces & ſecures, I. virgifer. 31. unde red-

dunt

Quibus 34 tumetis, moxque 35 detumeſcitis?
Cum Conſulatum 36 initis, ut 37 vernæ ſolent.
Pudet fateri, farre 38 pullos paſcitis:
Aquila 39 ex eburnâ ſumit arrogantiam
Geſtator, 40 ejus ac ſuperbit 41 belua
Inflatus 42 oſſe, 43 cui figura eſt 44 alitis.
45 Jam ſi ſub aris ad 46 ſigillorum pedes

dunt judicia â prætoribus maximis. 32. finitum pro infinito 33. ornamenta 34. Æ. ſuperbitis. 35. cum defuncti eſtis magiſtratu. 36. incipitis conſulatus officia exercere. I. intratis. 37. juvenes, ſervi. Vernaculus, ut dicit Iſidorus, dictus eſt, quaſi bonus hereditarius natus: qui & domigena dicitur, i. domi natus. Æ. quia illud potius ſervorum officium eſt, quam liberorum. 38. per pullarios, nihil magnum inchoabant, priusquam pullos conſulerent, ex tripudiiſque captarent auſpicia. 39. triumphantes namque, ut ſcribit Livius lib. 3. ſcipionem eburneum præferebant, extante in ſummitate aquila ex eadem materia: de qua Juvenal.

Da nunc & volucrem, ſceptro qui ſurgit eburno.

I. eburneæ aquilæ ferebantur in vexillis Romanorum, propter aquilam, quæ armiger Jovis eſt. 40. aquilæ. 41. elefanti. 42. ebore, ex cujus materia erat ſceptrum & aquila. 43. I. oſſi. 44. aquilæ. 45. Æ. ordo eſt, quod ego exiſtimem eſſe projectius, i. abjectius & vilius vobis; ſi jaceatis proni & adorantes ad pedes ſigillorum & ſtatuarum

Jaceatis, infra ſectilem quercum 47 ſiti,
Quid eſſe vobis æſtimem 48 projectius?
Nudare 49 plantas ante 50 carpentum ſcio
51 Proceres togatos, Matris Idææ ſacris.
52 Lapis nigellus evehendus 53 eſſedo,
Muliebris 54 oris clauſus 55 argento 56 ſedet:
Quem dum ad 57 lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis

rum ſub aris, ſiti infra quercum ſectilem, i. ſtatuam factam ex querna materia. 46. I. ſimulacrorum vel ſignorum. idolorum. 47. poſiti. 48. deſpectius. 49. Æ. hoc in ſacris Cybeles matris Deorum fiebat: & eſt ordo: Ego ſcio *proceres togatos* i principes Romanos, *nudare plantas* i. incedere nudis pedibus: *in ſacris matris Idææ*, i. Cybeles, magnæ Deorum matris. 50 currum, in quo, præcedente pompa, ejus ſimulacrum per mediam urbem vehitur. I. vehiculum, currum.. 51 nobiles. proceres proprie mutuli trabium eminentes è maceriis inde proceres dicuntur eminentiores in populis. 52. Gagates. Agadſtein. Æ. ſtatua ex nigro lapide. 53. curru per mediam urbem. I. eſſedum, genus vehiculi Gallicani, i. Cambuch/ q. aſſedum. ab aſſidendo dictum. 54. Æ. fœmineæ ſimilitudinis. 55. capſula argentea. 56. in cathedra, impoſita currui 57. nam ſtatua Cybeles ad Almonem fluvium deferebatur. Lucanus. I.

Et lotam parvam revocant Almone Cybelen.

1. I. flu-

1 *Almonis usque 2 pervenitis rivulum.*
Quid illa turpis 3 pompa? nempe ignobiles
Vos eſſe monſtrat, cum 4 Luperci curritis.
5 *Quem ſervulorum non rear viliſſimum,*
6 *Nudus plateas ſi per omnes curſitans*
Pulſet 7 puellas 8 verbere ictas ludicro?

1. I, fluvius 2. H. *perventuri* Thuaneus, nil muta. 3. Æ de quâ ſtatim dicturus ſum. 4. Lupercalia exercetis, quæ erant ſacra Panos Lycei, & per *Lupercos* ſacerdotes fiebant; unde *Lupercalia* dicta. I. nudi. Luperci dicebantur, qui Lupercalia celebrabant i. feſta Panis Dei in quibus omnia immunda fiebant. 5. Æ. ex vobis non rear viliſſimum ſervulorum, q. d. in eo eſtis viliores ſervis. 6. nam Luperci menſe Februario nudi per urbem diſcurrebant, ut ſcribit Ovidius 2. Faſt. 7. hircina pelle. Nam vulgo perſvaſum erat, ſi puellæ â Luperco in manu pulſarentur, mox poſſe fecundas fieri. Ovidius.

Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis
Nec prece, nec magno carmine mater eris:
Excipe fecunda patienter vulnera dextra;
Jam ſocer optatum nomen habebit avi.

Juvenal. quoque:

Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco.

8. pulſatione per ludum. I. percutiendo nates illa

Miſeret tuorum me 9 ſacrorum & Principum
Morumque, Roma, ſeculi ſummum 10 caput.
11 Age explicemus ſi placet, 12 myſteria,
Præfecte, veſtra, jam neceſſe eſt audias,
Nolis 13 velisne, quid colaris 14 ſordium.
Nec terret iſta, quæ tumes, veſania,
Quod 15 vultuoſus, quòd 16 ſupinus, quod 17 rigens,
Tormenta lethi comminaris aſperi:
Si me movere rebus ullis niteris.
18 Ratione mecum, non furore dimica.
Jubes, relictis 19 Patris & Chriſti ſacris,
Ut tecum adorem feminas mille ac 20 mares,
Deos Deasque, deque ſexu 21 duplici
Natos, nepotes 22 abnepotes 23 editos;
24 Ut tot 25 ſtuprorum ſordidam proſapiem.

illarum. 9. idolorum. 10. Æ. mundi hujus princeps. 11. ô Aſclepiades, ſub quo judice cauſam meam oro. 12. ſacra vana. 13. H. *nolis velisve*) *velisne* ex ſcriptis. 14. Æ. ſordidos Deos. 15. vultu mirabundos. I. terribilis vel triſtis. 16. Æ. ſuperbus. Juvenal.

Et multum referens de Mecenate ſupino.

17. rigidus, aſper, & durus. 18. argumentationibus, non viribus à furore procedentibus. 19. quem dixit ſupra ſinum eſſe patrem, h. e. creatorem, & à quo eſt nobilitas. 20. I. maſculos. 21. de mare & fœmina. 22. natos de nepotibus. 23. pronatos. 24. H. *Ac tot ſtuprorum ſordidam proſapiam.*) *Et tot* Aldus ac plerique ſcripti ſed

Nubunt 26 puellæ, ſæpe 27 luduntur dolis,
28 Amaſionum 29 comprimuntur fraudibus.
30 Inceſta 31 fervent : furta 32 mœchorum calent :
Fallit 33 maritum : 34 odit 35 uxor 36 pellicem :
1 Deos catena colligant 2 adulteros.

recte Thuaneus, *Ut tot.* deinde Oxonius *proſapiem* quomodo & Aldus. ἀρχαϊκῶς. ſic ex ſcriptis Weitzius Præf. Pſy. v. 36. 25. Æ. quia ſic multi Deorum ſecundum vos procreati ſunt, ut Bacchus à Jove ex Semele, Hercules ab eodem & ex Alcmenâ. 26. Proſerpina Plutoni, Hebe Herculi 27. ut Europa Agenoris, ab Jove, & Ægina ab eodem. I. decipiuntur. 28. amatorum. amaſii & amaſiones, unum ſunt Æ. deorum amatorum illarum 29. I. & ſtuprantur. 30 ſtupra non caſta. Diſtat inter fornicationem & adulterium & inceſtum. Nam fornicatio cum puellis & viduis, adulterium cum uxoribus aliorum : inceſtum cum ſororibus & ſanctimonialibus. Et dicitur inceſtum q. non caſtum. 31. Æ. frequentantur. Virg. 1. Æneid. *Fervet opus.* 32. ut Mars, qui Venerem Vulcani adulteravit, & Jupiter Alcmenam Amphitruonis. 33. I. uxorem. 34. Vulcanus. Æ. Jupiter, relicta uxore Nymphas comprimens. 35. Juno, Caliſto & Semelen, & alias complures. 36. I.. *pelicem*) pelix dicitur q. pelle illiciens, i. decipiens. Nam pulchritudine deputantur homines. concubinam 1. Martem & Venerem, quos Vulcanus alligavit. 2. Æ. propter Martem dicit : Fuit à Vul-

Oſtende, quæſo, quas ad aras præcipis
3 *Vervece caſo fumet ut* 4 *ceſpes meus?*
5 *Delphosne pergam? ſed venit* 6 *paleſtrici*
Corruptus 7 *ephebi fama, quem veſter* DEUS
8 *Effeminavit* 9 *gymnadis licentiâ:*
Mox flevit 10 *impuratus occiſum gemens*
11 *Diſco, &* 12 *dicavit florulentum* 13 *ſuccubam.*

2 Vulcano retibus implicitus, ut in 3. Metam. Ovid. 3. *Verbece*) Verbix vocatur à verme, quem habet in fronte, qui commovens incitat eum ad prœlium. 4. Æ. nam ex ceſpitibus fiebant aræ, in quibus erat ſacrificandum. Juvenal.

Quæ feſta promiſſa deis animalia ceſpes expectat,

5, ubi colitur Apollo ad radices montis Parnaſſi. 6. Hiacinthi pueri quem in ludo diſci per errorem Phœbus occidit: de quo multa Ovidius in 10. Metam. I. paleſtrici, qui in theatro ſaltantes turpia Deorum canebant. 7. i. inberbis. 8. caſtravit. Æ. ſtupravit. 9. in ludo gymnaſtico, i. in diſci ludo, in quo multa licenter committuntur. I. nuditatis vel exercitii licentiâ ruſtici. 10. commaculatus. Impuratus & impurus ita diſtinguuntur; quod impurus in ſeipſo immundus: impuratus autem ab alio contaminatus dicitur. Æ. impurus & turpis Deus. 11. I. diſcus, genus ludi, qui ſuper diſcum agebatur, quem ille ephebus ludens à Borea vento occiſus eſt. 12. Æ. conſecravit mercede ſtupri. 13. concubinum ſive cynædum florulentum, i. in florem ſui nominis converſum. I. *Subcuba*)

14 *Conductus idem pavit alienum pecus:*
15 *Furem deinde perditi* 16 *paſtus gregis*
Segnis bubulcus 17 *tela & ipſa perdidit.*
An ad 1 *Cybebes ibo lucum pineum?*

vel ſuccubam. Succuba dicitur, qui alii in patienda libidine ſuccumbit. à ſuccubendo dictus. à ſuccubendo ad turpes uſus; qui & amaſio.. 14 ſc. ab Admeto Pheræo rege cui Phœbus paſtoricium famulatum exhibuit, Virg. 3. Georg *Paſtor ab Amphryſo.* 15. ſc. Mercurium, qui furto abduxit illi boves, de quo Ovid. 2. Metam. I. latronem 16. ſuſtinens. 17. arcum & pharetrem. Æ. à Mercurio ſubducta. Horat.

Viduus pharetrâ riſit Apollo.

1. Æ. *Lucum pineum Cybeles*) Idam ſylvam, ſive Dyndima, ſive Berecynthum, ſive Cybelem, montes Phrygiæ dicit, qui pinis abundant, quæ arbores Cybelæ ſacræ ſunt. Martialis de nucibus pineis:

Poma ſumus Cybeles, procul hinc diſcede viator.

1. Cybele & Cubele, quæ mater Deorum dicebatur; quæ & Berecinthia. H. *An ad Cybelis*) *Cybebis* in Thuano, Egmondano, & Altinio. Scribo *Cybebes.* Nam & Κυβήβη Græcis hæc dea dicta: & ſic in vetuſtis quibuſdam exemplaribus Virgilii id nomen exaratum occurrit. de quo nos ad ipſum Maronem. Nec aliter in marmore antiquo, & in pervetuſtis Phædri ac Lucani codicibus exaratum inveniri teſtatus mihi eſt vir eruditi admodum

Puer ſed obſtat 2 Gallus, 3 ob 4 libidinem
Per triſte 5 vulnus, perque ſectum 6 dedecus
Ab 7 impudica tutus amplexu Dea,
Per multa 8 Matri 9 ſacra plorandus 10 ſpado.
Sed 11 credo magni limen amplectar Jovis:

modum ingenii & mihi amiciſſimus Marquardus Gudius. Salmaſius quoque ex Heſichio hic annotarat: Κυβήβη, *Cybele*, & κύβηβος *numine Cybeles adſlatus, vel Cybeles ſacerdos.* 2. Æ. Atys, qui per furorem ſe ipſum caſtravit. I. ſc. caſtratus Atis. Omnes eviratos Gallos vocabant, poſtquam Galli Senones Romam ceperunt. Et poſtea quicunque Gallum ceperunt, evirabant, ne illud ſemen creſceret. Et gallos, caſtratos omnes vocabant. 3. propter. 4. Æ. quia deprehenſus fuit à Cybele in nympbâ Sagaritide. 5. quo ſibi abſcidit genitalia. 6. per virilia abſciſa; quod dedecus eſt in viris 7. I. inverecundæ. 8. Cybeleæ. Æ. ſubaudi, Deorum. H. *Per multa matris ſacra plorandus ſpado*) *matrî ſacra.* Ambroſ. Thuan. Oxon. cum Aldo. In Rottendorphio ſupra τὸ *ſacra* pro diverſa ſcriptura legebatur, *vel ara.* Vide igitur, ne dederit nobis Prudentius, *Per multa Matris ara plorandus ſpado.* apud Martialem.

Æra Celenæos lugentia Matris amores.

de cymbalis intellige. hinc χαλκόκροτος Magna Mater dicta teſte Heſychio. 9. Æ. quia in ſacris Deorum plorabatur à Gallis, ſacerdotibus illius. 10. I. eunuchus. 11. Ironicè, 12. judicares

Qui ſi 12 citetur legibus veſtris reus,
Laqueis 13 minacis 14 implicatus 15 Julia,
Luat ſeverum 16 vinctus & 17 Scantiniam,
18 Te cognitore dignus ire in carcerem?
Quid aureorum 19 conditorem temporum
20 Cenſes colendum? quem 21 fugacem non negas
22 Latuiſſe furtim, dum 23 reformidat malum:

tur, vel commoveatur. judicetur ſecundum ſcita. 13. Æ. quæ pœnas minatur. 14. I. damnatus. 15. Romanæ legis. Iulia lex à Julia repertrice, quæ adulteras damnabat. Æ. ſc. legis, quæ punit mœchos; de quâ Juvenal. *Ubi nunc lex Julia?* dormit. & Martialis ſæpe. 16. *Victus*) convictus in judicio. H. *Victus & Scantiniam*) *vinctus* Thuan. Alt. Rottend. Nomſius: ſequentia de carcere confirmant. ſed *luat* probe potiores ſcripti. 17. Æ. *Scatinium*) non ſolum Juliam, ſed & *Scatiniam*, quæ Pathicos & Pædicones. Lex *Scatinia* dicta eſt à C. Scatinio, quia eâ damnatus eſt, quod ſtuprum adoleſcenti, Marcelli filio, intulerit. I. à Scantiniâ inventore, quæ utique judicabat adulteros. legem Romanorum, i. iram. & eſt nomen Deæ. 18. te ſciente vel judice. cognitor, qui cauſas cognoſcit judicii. Æ. etiam te judice. H.] Hic in Ambroſiano multa deſiderabantur usque ad v. 454. 19. Æ. Saturnum, ſub quo fuit ætas aurea. I. conſtitutorem, i. Saturnum. 20 judicas. 21. Æ. quia Jovem filium fugit, ab illo pulſus regno. 22. in Latio, unde *Latium* dicta *terra latente Deo*, ut ſcribit Ovidius. H. *Furem* in Thuaneo. 23. I. Reformido & formido,

Quem ſi beatè vivere audit Jupiter,
Plectat neceſſe eſt 24 occulendi conſcios.
Quid inter aras 25 diſſidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur
Offenſa 26 virtus, ſi colatur 27 Lemnius.
Junonis iram ſentiet, quisque, ut DEUM,
28 Signo aut ſacello conſecrarit 29 Herculem.
30. Dicis, licenter hæc Poëtas fingere.
Sed ſunt & ipſi talibus myſteriis
Tecum dicati; quodque deſcribunt, colunt.
Tu cur 31 piaclum tam libenter lectitas?

mido, unum ſunt. 24. occultandi. Æ occultandi illum. 25. *Diſſidentium*) qui Dii ipſi inter ſe diſcordes ſunt, & tales inducuntur ab Homero ceterisque Poëtis. I, diſcordantium. 26 Æ fortis Mars, quia bellorum Deus 27. qui colitur in Lemno inſulâ, cujus eſt rivalis, quia maritus Veneris. I. Vulcanus, â Lemnô inſulâ. quia Vulcanus prodidit adulterium Veneris & Martis, ideo inter ſe diffident. Et dicitur Lemnius Vulcanus, q. lutoſus, â Græco quidem linôs. i. lutum. nam ſordidatio luxuriæ ex colore fit, quod eſt Vulcanus, quia ex pelice natus fuit. 28. imagine. 29. Æ quia Junonis privignus ex Alcmena pellice natus. 30. *Dices, licenter*) quod Poëtæ habent hanc fingendi licentiam; ad quod Romanus reſpondet; quod & ipſe judex cum Poëtis id credit, id ſpectat, & comprobat & colit. H. *Dices, licenter*) ſic Oxon. & Aldus. ceteri ferè, *dicis*. 31. I, *piaculum*) facinus. Æ, *piaculum*, quod com-

Cur in theatro, te vidente, id 32 plauditur?
33 Cygnus 34 ſtuprator peccat inter pulpita.
35 Saltat Tonantem 36 tauriformem 37 ludius:
Spectator horum 38 Pontifex ſummus ſedes,
Rideſque & ipſe, nec negando 39 diluis,
Cum fama tanti polluatur numinis.
Cur tu, 40 ſacrate, per 41 cachinnos ſolveris,
Cum ſe 42 maritum fingit 43 Alcmena 44 Deus?

committitur in legendo talia. 32. cum plauſu auditur & recipitur. 33. *Cygnus*) fabula, quâ fingitur quod Jupiter in ſpecie cygni adulteravit Ledam, Tyndarei uxorem, atque ita genuit Helenam & Pollucem. I. Jovis in forma. Jovis in Cignum converſus ſtupravit Dianam. 34. de Jove & Ledâ, vel de Jove & Paſiphaë. *Pulpita*) lectus Deorum gradus ſcenæ. 35. canit. 36. proprium nomen, mimilogus. quidam, qui cantabat, Jovem, verſum in taurum, vitiaſſe Europam. 37. *ludius*) Jovis, vel nomen toni muſici, muſicus. Æ. *Lydius*) hiſtrio, qui eam fabulam agit. Ovid.

Lydius æquatam ter pede pulſat humum.

H. *Lydius*) *ludius* in Thuaneo, mox idem *ridenſque.* 38. Æ. judex & cenſor religionis. 39. non purgas & levas, ſed potius aſſentiens videris confiteri. I. *diluis*) purgas talia convitia. deluo, purgo: diluo, permiſceo; inde diluvium, eô quod omnia permiſceat. 40. Æ. ô maxime ſacerdos. 41. in nimios riſus. 42. Amphitruonem, cum ſc. agitur fabula Plauti de hac re. 43. I. Ledæ. Dicitur Alcmene

45 Meretrix 46 Adonem 47 vulneratum 48 ſcenica

Libidinoſo plangit affectu palàm.
Nec te lupanar 49 Cypridis ſancta movet?
50 Quid, quod ſub ipſis veritas 51 ſignis 52 patet,
Formata in ære criminum veſtigiis?
Quid vult 1 ſigillum ſemper 2 affixum Jovi
Avis miniſtra? nempe velox 3 armiger
4 Leno, 5 exoletum 6 qui tyranno pertulit.

mene uxor Amphitruonis, quam vitiavit Jovis, vertens ſe in faciem illius, dum ipſe expugnabat quandam civitatem 44. Venus Æ. aut ipſa Venus plangens Adonim, aut meretrix Venerem repræſentans. 46 I. Ado, amaſius Veneris quem aper interfecit unde nimium flevit Venus. hoc ideo fingitur, quia Ado eſt Sol, aper hiemps: & aper interfecit Adonem i. veniente hieme Sol à calore deficit & moritur: Et flet Venus, i. terra; quia tunc terra nihil parit, obnubilata hieme. 47. Æ. ab apro, ut ſcribitur. 10. Metam. 48. I. theatralis 49. Veneris. à Cypro inſulâ, ubi colitur. Æ. Veneris, quam tu *ſanctam* dicis; quam tamen ſacras in lupanari. 50. I. ſc. eſt. 51. Æ. ſtatuis. 52. quia deſignant crimina Deorum. 1. ſtatua parvæ aquilæ, quæ fuit adminiſtra raptus Ganymedis. I. idolum. vexillum. 2. Æ. quod Jovi apponitur. 3. qui gerit Jovis arma; i. fulmina: unde *armiger Jovis* dicitur. 4. qui Catemitum Jovi raptum ex Idâ ſilvâ detulit. I. machinator ſtupri; qui conciliat ſtuprum. 5. Juvenem Ganimedem. Exoletum, quo jam adoleſcere, i. creſcere deſiit. Adultum. Obſoletus & exoletus,

Facem 7 recincta veſte prætendit 8 Ceres.
Cur, 9 ſi Deorum nemo rapuit 10 virginem;
Quam nocte quærens mater errat pervigil?
Fuſos 11 rotantem cernimus 12 Tirynthium.
Cur, ſi Neæra non fuit ludibrio?
Quid ruſticorum monſtra 13 deteſter 14 Deum,
Faunos, 15 Priapos, 16 fiſtularum præſides,
Nymphas natantes, incolasque aquatiles,

exoletus, ſordidus. Sed exoletus excretum aliquando ſignificat; ſicut excretum pullum dicimus, i. adultum. 6. qualiter. 7. Æ. imò *præcincta* dum quærit filiam. Nam *recincta* eſt ſoluta; ut apud Virg. 4. Æneid.

Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.

8. dum quærit filiam Proſerpinam, raptam à Plutone. I. quærens Proſerpinam vi raptam. 9. Æ. quia ergò aliquis rapuit, ideo quærit; quam mater quærens prætendit facem accenſam. 10. I. Proſerpinam. 11. Æ. cum ſervivit Jolæ Euriti regis filiæ, vel potius Omphialidis reginæ. 12. Herculem, à Tyrintho urbe cognominatum, I. Herculem; quem Umfala (Omphala) faciebat, ut fuſos rotaret. Umfala, concubina ejus erat. Umfala umbilicus. In umbilico enim eſt luxuria. Per Herculem fortes, & ſapientes; quia luxuria etiam ſapientes decipit & deludit. 13. H. *deteſtor Deum*) *deteſter* cum Aldo & ſcriptis. mox *divinitatis ſuæ* iidem, non *tuæ*, nec aliter Aldus. 14. I. Deorum. 15. Deos hortorum. 16. Æ propter Pana dicit fiſtularum inventorem, Virgil.

Pan

Situs ſub alto, more ranarum, lacu;
Divinitatis 17 jus in 18 algis vilibus?
Ad hæc colenda me vocas, 19 cenſor bone?
Poteſne quidquam 20 tale, ſi ſanum ſapis,
Sanctum putare? nonne 21 pulmonem movet
22 Deriſus, iſtas intuens 23 ineptias,
Quas 24 vinolentæ ſomniis fingunt anus?
At ſi quid unquam vanitatis 25 myſticæ
Nobis colendum eſt, ipſe primus incipe:
26 Promiſcuè adora quidquid in terris ſacri eſt:
Deos 27 Latinos, & Deos 28 Ægyptios,

Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Inſtituit.

17. l. ſc. eſt. 18. herbis marinis. Æ. habitantes in paludibus, more ranarum. 19. I. judicatur. Ironicôs dixit. judex. 20. Æ. quale nunc diximus. 2. Ex Juvenale:

Perpetuo riſu ſermonem agitare ſolebat
Democritus.

I, pulmo enim concipit ventum & emittit, cum ridet homo & loquitur. 22. deriſio. 23. vanitates. 24. vino plenæ. lentum dicimus plenum. inde vinolentus dicitur vino plenus, temulentus temeto plenus. 25. ſecretæ & figuratæ. Æ. falſæ religionis. 26. I. *promiſcè)* metri cauſa, vel promiſcuè. H. *Promiſcuè adora)* *Promiſce* in Thuaneo & Altinio, bene. 27. Æ. puta Romulum, Herſiliam. Floram. 28. quos hic commemorat.

29. pro

29 Quis Roma libat, quis 30 Canopus ſupplicat. 255
Venerem precaris? 31 comprecare & 32 ſimiam.
Places ſacratam 33 aſpis Æſculapij?
34 Crocodilus, 35 ibis, 36 & canis cur diſplicent?
Appone 37 porris religioſas arulas:

29. pro quibus, Roma ſacrificat. 30. Ægypti civitas. I. Ægyptus, à ſtella ſic dicta. 31. ſimiliter. 32. Dea Ægyptia. Æ. Cercopithecum ſimiam caudatam. Juvenal.

Effigies ſacri jubet aurea Cercopitheci.

33. ſerpens, ſub cujus effigie colitur Æſculapius. I. ſerpens, quem venerabatur Æſculapius medicus. 34. Deus Ægyptiorum. animal & in aquis & in arboribus aſcendens. Æ. *Crocodilus, ibis, canis* hæc numina putantur ab Ægyptiis Juvenal:

Crocodilon adorat pars hæc, illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin. Et ibidem
Oppida tota Canem venerantur.

35. I. *Ybis*) Ciconia Ægyptia. genus avis. 36. H. *& canes cur diſplicent?*) *& canis* ex ſcriptis caſtigatioribus. Anubin innuit: mox *acerbum cape, mordax allium,* & *dux unde* iidem ſcripti. 37. Æ. Juvenal.

Porrum & cepe nefas violare & frangere morſu.

38. quia

Veneremve acerbum 38 cepe, mordax 39 allium.
40 Fuliginosi ebure placantur Lares,
Et 41 reſpuuntur 42 conſecrata holuſcula?
Aut 43 unde major eſſe majeſtas foris,
Quam 44 nata in hortis ſarculatis creditur?
Si numen ollis, numen & portis ineſt.
Sed pulchra res eſt, 45 forma in ære ſcuptilis.
46 Quid 47 imprecabor 48 officinis Græciæ,
Quæ condiderunt gentibus 1 ſtultis Deos?
Forceps 2 Myronis, malleus Polycliti
Natura 3 veſtrûm eſt atque origo 4 cælitum.

38. quia movet lacrimas. l. Cephal. gr. caput, unde Cephe accepit nomen: quia tantum caput utile eſt, ceterum corpus fulciens. 39. Æ. quia vim habet mordicandi. 40. fuligine obſcuri; quia illis ſacrificatur ex rebus, fumum exhalantibus. 41. à quibusdam 42. ab Ægyptiis. 43. q. d. æque utraque numina ſunt contemnenda. 44. Juvenal.

O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis Numina.

45. imago Dei fabrefacta. 46. I. in quantum maledicam. 47. Æ. quaſi tanti mali autoribus. 48. l. Schmidden/ vel templis. l. H. ita noſtri, non *ſtultos*. mox iidem *Polycliti* mutato [illegible] in [illegible] ſyllabam naturâ longam mutat in brevem, ut & alibi: infra v. 430. *paraclitum* non *paracletum* iidem ſcripti. 2. Æ. ſtatuariorum inter Græcos celebrium. 3. qui â nobis putantur veri. l. veſtrorum. H. Giphanius ex veteri libro

tolli

Ars ſeminandis 5 efficax erroribus.
6 Barbam rigentem dum Jovis 7 circumplicat,
Dum defluentem leniter flectens comam,
Limat capillos & 8 corymbos Liberi,
Et dum Minervæ pectus 9 hydris 10 aſperat.
Injecit ærum territis formidinem,
Ut fulmen 11 æris, ceu Tonantis horreant:
Tremant venenum ſibilantis 12 Gorgonæ;
Putent 13 ephebum poſt 14 triumphos Indicos
Ferire 15 thyrſo poſſe, cum ſit ebrius.
Tum, quod Dianam 16 molle ſuccinctam vident,
Venantis arcum pertimeſcunt virginis.
Si fortè vultum triſtioris Herculis
17 Liquore criſpo maſſa finxit 18 fuſilis,
19 Clavam minari, ni colatur, creditur,

tolli verbum ſubſtantivum velit. ſed noſtri omnes obnituntur. 4. I. Deorum. 5. potens 6. Æ. quia ex ære factam: nam quod Horat. dixit: *& molles imitabitur ære capillos*: ad artis laudem pertinet; ideo ſubdit, *leniter defluentem flectens coronam.* 7. I. deflectit. 8. racemos, annulos, circulos. 9. ſerpentibus. Æ. ad ægida retulit, in qua erat caput Meduſæ hydris exaſperatum. 10. I. aſperum facit. 11. Æ. ex ære fabricatum. 12. Meduſæ, quam diximus ægidi Minervæ inſitam, habereque hydros. 13. Bacchum. liberum patrem. 14. Æ. unde victor rediit. 15. quo furorem incutit, cum volet. H. Rebethorſen. trunco vitis. 16. adverb. pro, molliter, delicate. Æ. muliebriter; nomen pro adverbio. 17. ære liquido criſpos ducens capillos. 18. æs fuſile. 19. aut

clava,

Iam quis paventum corda 20 *terror occupat,*
Iunonis 21 *iram ſi* 22 *politè expreſſerit?*
Velut 23 *retorsis intuens obtutibus*
Avertat 24 *ora de* 25 *litantis hoſtiá,*
Lapis ſevera fronte 26 *mentitur* 27 *minas.*
Miror, quod ipſum non ſacraſtis 28 *Mentorem,*
Nec templum & aras ipſe 29 *Phideas habet,*
Fabri 30 *Deorum, vel parentes Numinum,*
Qui ſi caminis inſtitiſſent 31 *ſegnius,*
Non eſſet ullus Iupiter conflatilis.

clava. I. lancea, haſta Herculis. baculus Herculis. 20. Æ. q. d. timent, quod minime eſt timendum 21. H. *iras* Thuaneus. mox *ſacraſtis Mentorem* ſcripti non *ſacratis.* 22. I. ornate. Æ. â ſuperioribus intelligendum eſt; *ars,* ſicut ſuperius, *circumligat, limat, aſperat, interit.* 23. transverſis 24. faciem. 25. ſacrificantis: improprie id, quod præcedit, pro eo, quod ſequi debet: cum ſit *litare,* ſacrificio impetrare. *l.* ſacrificantis. 26. fingit. 27. Æ. videtur minari ſtatua lapidea. 28. ſtatuarium nobiliſſimum atque cœlatorem egregium. Juvenal.

Rara ſine Mentore menſa. Martial.
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua? I. Dei mendacem.

29. de quo Juvenal. *Phidiacum vivebat ebur.* I. fidis chorda, unde Fidius, qui fidibus canit 30. Æ. cauſa cur debeant ſacrari. 31. non fuiſſent tam ingenioſi & diligentes, non eſſet Jupiter ullus, qui coleretur.

32. I.

Non erubeſcis, ſtulte, 32 pago dedere,
Te tanta ſemper perdidiſſe 33 obſonia:
Quæ Diis ineptus obtuliſti cautibus,
Quos 34 trulla, 35 pelvis, 36 cantharus, ſartagines,
Fracta & 37 liquata 38 contulerunt vaſcula?
Ignoſco 39 fatuis hæc tamen vulgaribus:
40 Quos lana terret 41 diſcolora in ſtipite,

32. I. vico vel paganiſmo. pagi, ut Iſidorus dicit, ſunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus. unde pago dedite, ſine urbium diſciplina. villã. page Gr. villa. inde villanos, paganos, q. â civitate Dei remotos dicimus. 33. negotia. viles res, i. carnes & ſimilia ad eſum pertinentia, ad operandum propoſita. ſervitia, prandia. obſonor, prandeo; inde obſonium, prandium. Æ. liba, quæ obtuliſti *Manibus Diis*. 34. qui conflati ſunt ex vaſis æneis fractis. 35. i. vas pedum. 36. anſatus calix. vas vinarium. 37. Æ. conflata. 38. in unum conflata fuerunt; materia, unde fierent. 39. vulgo imperito. 40. H. *quos lana terret diſcolore in ſtipite*) *diſcolor* Altinius *diſcolora* Aldus & Thuaneus cum Oxonio & Torrentianis duobus. probe. perperam Giphanius *diſcolor* admittit. quod in depravatis exſtat codicibus Cauchius locum Cathemerinon ex primo hymno adſcripſerat:

Algidus cum diſcoloros horror artus concutit.

Vide, ſi tanti eſt, adnotata â nobis ad Hamartigen. v. 821. Idem Cauchius ex illis Arnobii de Cybele

42 Quos ſapè falſus 43 circulator decipit:
Quibus omne 1 ſanctum eſt, quod pavendum 2 rancida
3 Edentularum cantilenæ ſuaſerint. 505
Vos eruditos miror & doctos viros,
4 Perpenſa vitæ quos gubernat 5 regula,

Cybele, ex lib. V. adverſus gentes hæc illuſtrabat. *quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis ac circumvolvitis ſtipitem? nonne illarum repetitio lanarum eſt, quibus jam deficientem contexit, & teporis aliquid mutuasse ſe poſſe membris conciliare frigentibus?* 41. Æ. præſtigias circulatoris alicujus ſignificat ex colorum mutatione. 42. H. *Quos ſæpe falſus circulator decipit*) in nonnullis *falſos*. ſcribendum *falſus circulator* cum Thuaneo & Altinio. Sic *homo falſus* apud ſcriptores paſſim. Quintilianus lib. 6. cap. 3. Inſtitut. Orator. *falſum in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus.* mox perperam pro *rancidis cantilenis* quod vetuſtiores libri conſtanter agnoſcunt *vanulas* quidam prætulere. *rancido ore loqui*, apud Martialem. & *rancidulum balba de nare loqui* Perſio. 43. Æ. qui fallit homines imperitos, i. deceptor, quia alios quodam circulo erroris involvit & decipit. 1. Æ. venerandum adorandumque. 2. I. raucè canentes. rancidum, iratum; ex vitio nuncupatum, quod raucos efficiat. 3. anuum, q ſine dentibus. Æ. vetularum, quæ hujuſmodi nenias cantilant. 4 examinata. I. temperata. perpenſa res, i. æquo pondere repenſa. æqua reddita. 5. Æ. *recta*)

Neſcire, vel divina vel 6 *mortalia*
7 *Quo jure conſtent: quanta* 8 *majeſtas regat.*
Quidquid creatum eſt, quæ creavit omnia.
DEUS perennis, res inæſtimabilis,
Non cogitando, non videndo 9 *clauditur,*
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi 10 *viſibus noſtris valet,*
11 *Extraque & intus implet ac ſuperfluit,*
12 *Intemporalis, antè, quam primus dies:*
13 *Eſſe & fuiſſe ſemper unus obtinet:*
14 *Lux ipſe verus, veri & auctor luminis:*
Cum lumen eſſet, lumen 15 *effudit ſuum:*
Et luce 16 *fulgor natus* 17 *hic eſt Filius.*

qui habetis rectam vivendi rationem. 6. humana. 7. quo homines obtemperare debent Deo vero, omniumque rerum creatori, non factitiis Deis. 8. non Dei fictiles & contemnendi, quales vos colitis. 9. non comprehenditur. 10. quià *Deum nemo vidit unquam* Joh. 1. 11. omnem mundi machinam implet: & quod extra eſt, hoc totum eſt inane, & adhuc redundat. 12. quia ejus duratio non menſuratur tempore ſed æternitate. 13 quia in Deo *eſſe* & *fuiſſe* & *futurum eſſe* omnia ſimul ſunt; unde *æternitas* definitur *interminabilis vita tota ſimul & perfecta poſſeſſio.* 14. Pater lux lucem Filium genuit; unde in ſymbolo: *Deum de Deo, lumen de lumine* confitentes canimus. 15. ex ſe genuit æterna generatione. 16. ad Hebr. cap. 1. *qui cum ſit ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ ejus.* 17. H. ita ſcripti, non *huic.* verſu proximo

18 *Vis una Patris, vis & una eſt Filii,*
Unusque ab uno lumine ſplendor ſatus,
Pleno refulſit claritatis lumine.
19 *Natura ſimplex* 20 *pollet unius* DEI;
Et, quidquid uſquam eſt, 21 *una virtus condidit.*
Cœlum 22 *ſolumque,* 23 *vim marini gurgitis,*
24 *Globos dierum noctiumque* 25 *præſides,*
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
26 *Septentriones,* 27 *Heſperos, æſtus, nives,*
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina:
28 *Prærupta, plana, montium* 29 *convallia,*
Feras, volucres, reptiles, natatiles,
Jumenta, 30 *pecua,* 31 *ſubjugales beluas,*

ximo τὸ *eſt* deſideratur in Nomſio. 18. Æ. eadem eſt poteſtas Patris & Filii. 19. quanquam ſit lux ex luce & ſplendor ex lumine, non tamen eſt duplex natura, ſed una tantum. 20. I. pollere proprie exercere, ſed hic pro excellit. 21. Æ. una poteſtas. 22. terram. 23. magnitudinem maris. 24. ſphæras, vel potius ipſos ſtellarum globos, i. ſolem & lunam. *I.* lunam & ſtellas dicit. 25. Æ. ad illud Geneſ. *luminare majus, quod præeſſet diei, & minus, quod nocti.* 26. duas Arctos dicit. I. urſi. 27. luciferum, qui idem pro diverſitate ortus & occaſus heſperus eſt. 28. I. aſpera. 29. Æ. convalles inter montes poſitas. 30. H. non *pecudes* ſcripſi. vide Nonium in pecua. uſi eo vocabulo præter antiquiores, Cicero, Livius, Plinius in naturali hiſtoria. 31. Æ. quæ dicuntur *jumenta* à jungendo, h. e. quibus aramus & vehimus onera. I.

Flores, 32 fruticem, germina, herbas, arbores,
Quæ ſunt 33 odori, quæque 34 vernant 35 eſui.
Hæc non 36 labore & arte 37 molitus DEUS,
Sed 38 juſſione, quam poteſtas protulit.
39 Mandavit eſſe; facta ſunt, quæ non erant.
40 Verbo creavit omniformem machinam:
Virtus Paterna ſemper 1 in Verbo fuit.
2 Cognoſtis ipſum, nunc colendi agnoſcite
3 Ritum modumque: quale ſit templi 4 genus,
Quæ dedicari 5 ſanxerit 6 donaria,
Quæ vota poſcat, quos Sacerdotes velit,
Quod mandet illic 7 nectar immolarier.
8 Ædem ſibi 9 ipſe mente in hominis condidit
Vivam, 10 ſerenam, 11 ſenſualem, 12 ſtabilem.

equos, boves, & quicquid ſub jugo mittitur. 32. *frutecta*) virgulta humilia. 33. Æ. gratia odoris. 34. florent. I. florent, vireſcunt. 35. Æ. gratia pomorum edendorum. 36. arte laborioſa. 37. ædificans, I. conatus. 38. Æ. verbo. 39. ex Pſalm. *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt.* 40. I. Filio. 1. in Filio. 2. noſcitis, pro cognoviſtis. Æ. dixi, unde illum cognoſcere debeatis. 3 quomodo coli debeat. 4 quod illi extruendum eſt, ut rite colatur. 5. I. ſtatuerit. 6. dona. Æ. munera & ſacrificia 7. vinum, quod offerri debeat. 8. templum non manu factum, juxta illud Apoſtoli: *Neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus S. qui in vobis eſt.* & alibi: *Vos eſtis templum Dei.* 9. I. Deus. 10. Æ. non obſcuram, ſed luce claram rationis. 11 quæ habet vires ſentiendi & intelligendi. 12. ſpiritualem: quid ſi legas

Solvi 13 incapacem poſſe, nec deſtructilem:
Pulchrum, 14 venuſtum, 15 præminentem culmine,
16 *Diſcriminatis 17 illitum 18 coloribus.*

Illic 19 Sacerdos ſtat ſacrato 20 in limine
Foreſque primas virgo cuſtodit 21 Fides,
Innexa 22 crines vinculis 23 regalibus,
Poſcit 24 litari 25 victimas Chriſto & Patri,
Quas ſcit 26 placere, candidatas, ſimplices:

Frontis 27 pudorem, cordis innocentiam:
28 *Pacis quietem, caſtitatem corporis,*

legas: *ſtabilem?* 13 quod exponit. *non deſtructilem*, juxta illud ad Epheſ 2. *in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum Dei ſanctum*. l. qui non capit ſolutionem. 14. Æ. pulchritudine verâ, 1. honeſtatis. 15. faſtigiatam in cœlum more templi manu ædificati 16. l. diſcretis, diviſis, ſeparatis, variis 17 pictam. Æ. depictam variis coloribus. 18. I. ſc. virtutum. 19. ille ipſe, cujus anima templum Dei eſt: qui ſe ipſum per jejunia & orationes & innocentiam Deo ſacrificium offert, 20. H. *in* non habet Thueneus. mox *pacis quietem* codices omnes, non *oris quietem*. 21. Æ. quia religionis fundamentum eſt fides, & per eam intrandum eſt. 22. coronata. 23. coronâ regiâ. 24. l. ſacrificari. 25. Æ. quemadmodum boves & oves candidæ ſolebant offerri; &, quæ ſint illæ victimæ, oſtendit. 26. I. ſc illi. 27. quia *verecundia eſt color virtutis*, ut dixit Diogenes. 28. de quâ pace angeli canunt: *Et in terra pax, hominibus*

DEI timorem, regulam 29 ſcientiæ,
Jejuniorum 30 parcitatem ſobriam,
31 Spem non jacentem, ſemper & 32 largam manum.
Ex his 33 amœnus hoſtiis ſurgit 34 vapor,
Vincens odorem balſami, thuris 35 croci,
Auras 36 madentes 37 Perſicorum aromatum:
Sublatus 38 inde cœlum adusque tollitur,
Et 39 proſperatum dulce 40 delectat Deum.
Hanc 41 diſciplinam quiſquis 42 inſenſus vetat,
Vetat 43 probatum vivere, & ſanctum ſequi:
Vetat 44 vigorem mentis altè intendere,
Noſtrique tandem 45 ignis ad cœlum vocat,

nibus bona voluntas. 29. ſcientiam, per quam actus noſtros regamus. 30. quæ faciat nos ſobrios. I. abſtinentiam. 31. ſpes non debet jacere, ſed ſe erigit. Æ. ſed quæ erigat nos ad cœleſtia ſperanda. 32. liberalem in mendicos & pauperes. 33. I. delectabilis. 34 fumus. Æ. ſicut ex hoſtiis aſcendebat fumus ad Deum. 35. I. genus pigmenti. 36. Æ ſparſas. 37. quia ex Perſiâ & Arabia odores proveniunt nobis. I. Perſia, regio eſt, ubi abundant aromata. 38. Æ. ſc. ex templo viri boni & juſti. 39. illud ſacrificium proſperè cumulatum & oblatum. I benignum. 40. Æ. eſt Deo acceptum. 41. quam ego modo propoſui. 42. iratus & prohibens. I. moleſtus. 43. probabiliter, nomen pro adverbio. Æ. probe & ſancte. 44. divina contemplari. 45. vim intelligendi igneam, quæ ex cœlo traxit originem. Virg.

Igneus

Nec excitari vim ſinis 46 prudentiæ.
O 47 merſa limo cæcitas gentilium!
O 48 carnulenta nationum pectora!
O 49 ſpiſſus error! ô tenebroſum genus!
50 Terris amicum, deditum 51 cadaveri,
52 Subjecta ſemper intuens, nunquam ſupra.
1 Furorne ſummus, ultima & dementia eſt,
Deos putare, qui creantur nuptiis?
Rem ſpiritalem 2 terrulentè quærere:
Elementa mundi conſecrare altaribus:
Id, quod creatum eſt, conditorem credere?
3 Deaſciato ſupplicare ſtipiti:
Verris cruore 4 ſcripta ſaxa ſpargere:
4 Aras 6 ofellis obſecrare bubulis:

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.

I. animæ, quæ eſt igneæ naturæ. 46. Æ. partis intellectivæ. 47. terreſtribus involuta 48 carni & non ſpiritui ſubjecta. 49. frequens & creber, aut nubiloſus & tenebroſus, ut ſtatim ſubdit. 50. quod amat terreſtria. 51. corpori & rebus corporeis. I. corpori, quod reſolvendum eſt in cadaver. 52. Æ. terreſtria & infima, nunquam ſuperna & cœleſtia. 1. q. d: furor eſt maximus. 2. *terrulenter*) quaſi terreſtria, quia divina aliter quæruntur. I. *terrulenter*) in terrâ. 3. cum aſciâ inciſo. aſciâ planato vel formato, aſcia genus inſtrumenti, quo formatur res Æ. aſciâ ſive dolabrâ dolato. 4. aras alicui Deo inſcriptas, & maxime Cereri ſive Bonæ Deæ, quibus porco ſacrificabatur, 5. Deos, quibus ſunt aræ dedicatæ. 6. I. Diminut. ab offâ, quod fructum ſigni-

Homines fuiſſe cum ſcias, quos conſecras,
Urnas eorum 7 mortuinas lambere?
Deſiſte Judex ſeculi, mutum nefas
Viris jubere fortibuſque & 8 liberis:
Nil eſt amore veritatis celſius.
DEI perennis numen 9 aſſerentibus
Nihil 10 eſt pavori, mors & ipſa 11 ſubjacet.
Dudum 12 coquebat 13 diſſerente Martyre
Aſclepiades intus iram 14 ſubdolam.
15 Stomachatus alto felle, 16 dum longum ſilet,
17 Bilemque tectis concipit præcordiis,
Tandem latentis vim furoris 18 evomit:
19 Prô Jupiter, quid eſt, quod ex hoc audio?
Stat inter aras & Deorum imagines,
Et, quod fateri cogor, in medio 20 foro,
Tacente memet, ac 21 perorat perditus,

ficat. 7. Æ. qui fuerunt mortales & repete à ſuperioribus, *ſemper furor eſt, idolothito manducare.* 8. Chriſtianis. I. à ſervitio diaboli. 9. affirmantibus. Æ. confitentibus. 10. I. ſc. illis. H. *Nihil pavori eſt* in Oxonio, Altinio, & uno Weitzii. 11. Æ. vincitur, contemniturque. 12. I. parabat. 13. hæc dicente. 14. fraudulentam. Æ. latenter doloſam. 15. iratus, & tamen iram altè comprimens. I. iratus. ſtomacor, iraſcor. 16. Æ. dum longum ſilentium martyri accommodat. 17. cholèra, in quâ eſt iræ ſedes. I. fel. invidiam vel iram bilis, nigredo fellis, unde ira procedit. 18. Æ. *Vomit*) in exclamationem prorumpit. 19. I. exclamativè. ah Deus. 20. Æ. ubi ego præſum. 21. *Et perorat*) non ſolum

oratione

Digitized by Google

Quidquid ſacrorum eſt ore fœdans 22 impio?
O 23 fas 24 priorum! moris ô 25 priſci ſtatus!
Inventa Regum pro ſalute publicâ
26 Pompiliorum 27 noſtra 28 carpunt ſæcula.
Quis hos 29 ſophiſtas error invexit novus,
Qui non colendos eſſe divos diſputent?
Nunc dogma nobis Chriſtianum naſcitur,
Poſt evolutos mille demum 30 Conſules

oratione utitur, ſed etiam peroratione, in quâ moventur affectus, ut perſvadeatur auditoribus, quod in oratione dictum eſt. I. loquitur. H. *Hic perorat perdius*) *ac perorat* Thuan. & Nomſius. rectè, quomodo & duo præſtantiſſimi apud Weitzium. 22. Æ. ſacrilego. 23. heu pietas & fas, i. qnod per religionem licet. l. lex. 24. antiquorum noſtrorum. 25. Æ. ô priſca fides. 26. I. patronimicum. Pompilius primus invenit culturam Deorum, ut populum à furore belli revocaret. Pompilius Numa, qui ferociam populi ad ſacra convertit. 27. Æ. homines noſtri ſæculi carpunt inventa regum Pompiliorum, i. Numæ Pompilii, qui religionem in urbem Romanam primus induxit, & aliorum qui ſimiles Pompilio Numæ fuerunt. I. tempora. 28. I. diſrumpunt. carpere, eſt minutatim rem diſtrahi, inde carpunt, i. diſrumpunt & vituperant. 29. i. callidos. Sophos; ſapiens. Sophiſta callidus & ingenioſus argumentator, falſos concluſores. Æ. qui verſutis argumentationibus tollunt religionem noſtram. 30. mille annos; quoniam anni â conſulibus denominabantur: unde Lucan:

31 Ab urbe Româ: ne 32 retexam 33 Neſtoras.
Quidquid 34 novellum ſurgit, olim non fuit.
Vis ſumma rerum noſſe? 35 Pyrrham conſule:
Ubi iſte veſter tunc erat ſummus 36 DEUS,
1 Divûm *favore cum puer 2 Mavortius*
Fundaret arcem 3 ſepticollem Romulus?
Quod Roma pollet 4 auſpicato condita,
Jovi 5 Statori debet & Diis ceteris.

Annum à conſule nomen habentem.

I. qui iſtos coluere Deos. 31. Æ. ſubaudi, conditâ; non quod ſemper à conſulibus res fuerit adminiſtrata; quoniam ex mille annis, qui fuerunt à condita urbe ad tempora Romani Martyris, Roma ſub Regibus fuit per ducentos quinquaginta annos. 32. I. ne computem, proferam, 33. antiquos reges. Neſtor rex Græcorum antiquiſſimus, qui coluit Deos: & inde excrevit illa nefanda conſuetudo. Æ. heroum tempora, ex quibus noſtra religio habuit ortum. 34. hoc novum eſt, atque ex conſequenti, odium affert ſecum. 35. quæ fuit uxor Deucalionis ſub quo fuit diluvium. I. uxor fuit Deucalionis. 36. Æ. dormiebatne, aut quid tunc faciebat? 1. I. in honore Deûm. 2. bellicoſus vel filius Martis. Æ. filius. 3. Romam, quæ ſeptem montes complectitur, *Capitolinum Exquilinum*, *Aventinum*, *Vimialem*, *Palatinum*, *Cælium majorem*, *Cælium minorem*; unde Romæ ſacra *Septimontalia* fiebant. I. quia ſeptem monticulos Roma cingit. 4. Adverb. pro auſpicio Æ. optimis auſpiciis ſub Romulo condita, qui duodecim vultures in ejus fundatione vidit. 5. qui in pugnâ

Hoc ſanctum 6 ab avo eſt, hoc ab atavis traditum:
Placanda nobis pro triumphis Principis
7 Delubra, 8 fauſtus ut 9 ſecundet 10 gloriam
11 Procinctus, utque ſubjugatis hoſtibus
Ductor quietum 12 frenet orbem legibus.
13 Accingere ergo, quiſquis es, nequiſſime,
Pro 14 Principali 15 rite nobiscum Deos
Orare vitâ; vel, quod 16 hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt, ſolve pœnam ſanguine.
17 Spreviſſe templa, reſpuiſſe eſt Principem.
18 Tunc ille: Nunquam pro ſalute, & maximis,
Fortiſſimique Principis cohortibus

pugnâ conſertâ cum Sabinis turpem fugam militum Romuli ſtitit, i. ſtare fecit; unde *Juppiter ſtator* dictus, l. Romulus etiam cum quadam vice inſequeretur ab hoſtibus, fugiente exercitu, vocavit Jovem; tunc ſtetit exercitus fugiens. Unde Jovis ſtator dicitur. 6. ab initio. 7. templa. Æ. dii, qui in delubris coluntur. 8. felix exercitus ſive belli expeditio. I. felix, beatus. 9. proſperet. Æ. fortunet. 10. victoriam principis noſtri. I. principis. 11. paratus; apparatus bellicus. 12. regat. Æ. regat. Virg.

Gentes frenare ſuperbas.

13. I. præparare. 14. Æ. pro principis incolumitate. 15. I. rectè. 16. Æ. læſæ majeſtatis reum. 17. religionem violaſſe & contempſiſſe juſſa principis, qui religionem ſuam obſervare præcepit. 18. I.

ſi-

Aliter precabor, quam 19 fidele ut militent,
Chriſtique lymphis ut 20 renaſcantur Patri,
Capiant & ipſum cælitum 21 Paraclitum:
Ut idolorum reſpuant 22 caliginem,
Cernant ut 23 illud lumen æternæ ſpei,
Non 24 ſucculentis 25 influens obtutibus,
Nec corporales per 26 feneſtras emicans,
Puris ſed intus quod relucet mentibus,
Pupilla carnis craſſa 27 craſſum perſpicit,
Et 28 res caduca, quod reſolvendum eſt, videt:
29 Liquidis videndi aptus eſt animæ 30 liquor:
31 Natura fervens ſola, 32 ferventiſſima
Divinitatis vim coruſcantem capit.
Hoc opto 33 lumen Imperator noverit
Tuus meuſque, 34 ſi velit fieri 35 meus:
Nam ſi reſiſtit Chriſtiano nomini,

ſc. ait. 19. fideliter. Æ. ſub Chriſti fide. 20. baptizentur. 21. *Paracletum*) Spiritum Sanctum, qui in baptizatos deſcendit. 22. contrariam luci, quæ Deus eſt. 23. ipſum Deum, quo ſperamus nos fruituros. H. *Cernant & illud*) *ut illud* noſtri. 24. Æ. oculis & viſu quæ in humore conſiſtunt. I. udis fletibus. nebuloſis. 25. ſc. illud lumen. 26. Æ. oculos. 27. non ſpirituale, ſed carneum. I. pro craſsè. 28. Æ. oculus, qui corrumpendus eſt, non poteſt videre, niſi quod corrumpendum eſt vel immutandum. 29. I. puris. 30. puritas. Æ. puritas. Æ. puritas ſive claritas. 31. animus igneus ut ſæpe dictum eſt. I. anima. 32. ferventiſſimè) avidiſſimè. 33. Æ. ſc. divinum. 34. I. ſi tamen. 35. Æ. Chriſtianus ordine, cujus ego ſum.

36. im-

Vt eſſe ille talis Imperator non erit :
36 Scelus jubenti, 37 crede, nunquam 38 ſerviam.
39 Statis, Miniſtri, clamitans Judex ait,
Statis, manumque continetis 40 vindices?
Non rupta 1 ſulcis diſſecatis viſcera?
Animam nec intus abditam 2 rimamini,
3 Erupit unde vox profana 4 in Principem?
Scindunt utrumque milites teterrimi
Mucrone 5 bisulco 6. penſili latus viri,
Sulcant per artus 7 longa 8 tractim vulnera,
9 Obliqua rectis, recta transverſis ſecant,
Et jam retectis pectus 10 albet oſſibus.

36. impietatem. 37. *l.* mihi. 38. H. *inſerviam.* malebat Cauchius. aliter ſcripti. *Nam ſtreſiſtat* paulo ante Cauchianus codex, cum Oxonio & Rottendorphio ac uno Torrentiano. 39. Æ. ceſſatis ab ultione. 40. punitrices. l. quæ debent vindicare nos à talibus. 1. Æ. ſulcando & rumpendo viſcera. 2. per rimas excluditis. I. abſconditam ſcrutamini. 3. H. *Erumpit unde*) *Erupit* Thuaneus. deinde *utrimque* non *utrumque*, duo Torrentiani & ex Giſelianis nonnulli. 4. l. contra. 5. fiſſili. evaginato. Æ. ab effectu, quod hiare facit vulnera. 6. in æculeo pendentis. l. pendentis. 7. Æ in longum porrecta. 8. per tractatus, h. e. trahendo ungulas & reſtim. I. trahendo. ut major eſſet cruciatus, ideo tractim ſecabant. 9. Æ. ita ut vulnera ex transverſo in vulnera incurſent. 10. quia oſſa alba ſunt.

11. dum

11 *Nitendo anhelant, diffluunt ſudoribus:*
Cum ſit quietus heros, in quem ſæviunt.
Hæc inter 12 *addit ſponte Romanus loqui.*
Si quæris, ô Præfecte, verum noſcere;
Hoc omne, 13 *quidquid lancinamur,* 14 *non dolet:*
Dolet, quod error pectori 15 *inſedit tuo,*
Populos quod iſtos perditum tecum trahis.
Currunt frequentes undique ad ſpectaculum
Gentile vulgus, 16 *heu, gemenda corpora;*
17 *Crudumque* 18 *noſtræ ſortis exemplum tremunt.*
Audite cuncti: clamo longè ac prædico:
Emitto vocem de 19 *cataſta celſior:*
Chriſtus paternæ gloriæ 20 *ſplendor, Deus*

11. dum nituntur infligendo vulnera. I. inſiſtendo vel incumbendo. 12. H. ita ſcripti. & cave mutes in *audet*. diximus ad Maronem Georg. primo, v. 513. 13. Æ. in quo laceramur. 14. Martial.

Vulnus, quod fieri non dolet, inquit.

15. H. *pectori inſidet tuo*) *inſedit* meliores. mox *perditum tecum trahis* in Ambroſiano, non *perditos* etiam in Thuaneo à manu ſecundâ, nam à manu primâ *perditum* illic. vere, ut opinor, ſic apud Terentium, *cur te is perditum.* 16. verba ſunt Romani de iis, qui concurrebant ad ſpectaculum, qui potius miſerandi erant, quam is, qui pendebat. 17. I. crudele. 18. Æ. noſtrorum tormentorum timent exemplum. 19. vinculis ſive compedibus. 20. ut ſupra dixit, ex Epiſt. ad Hebr. *Qui cum ſit* ſplendor Pa-

tris

Rerum creator, noſter idem 21 particeps,
Spondet ſalutem 22 perpetem credentibus.
Animæ ſalutem, ſola quæ non 23 occidit,
Sed 24 juge durans 25 diſpares caſus ſubit,
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur.
Chriſtum ſecuta Patris intrat gloriam:
26 *Disjuncta Chriſto, 27 mancipatur Tartaro.*
Curanda 28 mercis qualitas, 29 quænam mihi
Contingat 30 olim 31 perpetis ſubſtantiæ:
Nam membra parvi pendo quo 32. pacto cadant,
33. *Caſura certè lege naturæ ſuæ.*
34. *Inſtat ruina: quod reſolvendum eſt, ruat,*
35 Nec diſtat, ignis & 36 fidicula ſæviant,

tris & figura ſubſtantiæ ejus 21. hamo, cujusmodi nos ſumus. 22. non hanc brevi duraturam, ſcilicet corporis, ſed animæ. I. perpes, perpetis, permanens. 23. Æ. quæ immortalis eſt. 24. I. diu. pro, jugiter. 25. Æ. quod ſtatim declarat, quo modo *diſparet*. 26. I. ſeparata. 27. capitur, 28. Æ. quæ merx ſit pretioſior, curandum eſt. H. ſic ſcripti. Cauchius caſtigabat, *Curanda merces qualis & quanam mihi*, propius accedat ad vulgatam, *qualis ac quænam*. 29 Æ. ſc. merx, 30. I. in futuro. 31. Æ. animæ immortalis. 32. I. lege. 33. Æ quæ alioqui ſunt corrumpenda ſuapte natura. 34. ſc. mors, quæ fuit conſumenda, 35. non refert. H. *nec diſtat ignes*) *ignis* in potioribus mox *ſævitas* ab Egmondano eſt, ceteri *ſevitia*. *ſævitas* etiam ex conjectura Cauchius. 36. I. *fidicula*) funus ad flagellandum: quamvis

An corpus ægrum languor aſper torqueat,
Cum ſæpè 37 morbos major armet ſævitas.
Non ungularum tanta vis latus fodit,
Mucrone quanto dira pulſat 1 pleuriſis.
Nec ſic 2 inuſtæ laminis ardet cutis,
Ut febris 3 atro felle venas exedit;
Vel 4 ſumma pellis ignis 5 obductus coquit,
6 Papulasque fervor æſtuoſus excitat:
Credas cremari ſtridulis 7 cauteribus.

quamvis fidicula à fidibus dicatur; in hoc tamen loco ſignificat ungulas vel genus tormenti, quo rei in eculeo ſuſpenſi torquentur, ut fides & veritas inveniatur. fidicula genus tormenti vel ferri ſubtiliſſimi, quo incidebantur martyres. Æ. tormenti genus per chordas, ſive quod ſeo fides extorqueatur, ſive ab ipſis fidibus dictum. 37. qui longe magis excruciant aliquando quam tormenta. 1. pro, pleuritis, i. dolor lateris. I. morbus vel dolor laterum. 2. valde; uſta. 3. Æ. melancholica, quæ fel atrum interpretatur. 4. I. ſummitatem papularum. 5. latens. Æ. febris cutem inflammans ab omni corporis parte. 6. cutis exulcerationes cum rubore. Virg. 2. Georg.

Ardentes papulæ atque immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur.

7. ferramentis Chirurgicis, quibus inurunt corpora. I. hic & hæc cauterium facit, ſub ſecunda & tertia declinatione & dictum cauterium à cate tenen-

Miſerum putatis, quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod 8 revelluntur pedes,
Compago nervis quod ſonat 9 crepantibus?
Sic ejulantes oſſa clamant 10 dividi,
11 Nodoſa torquet quos padágra & 12 arthriſis.
Horretis omnes haſce carnificum manus,
Num mitiores ſunt manus 13 medentium,
14 Laniena quando ſævit 15 Hippocratica?
Vivum ſecatur 16 viſcus, & recens cruor

tenendum. ne ſe homo coquatur. 8. Æ. luxantur diſcolanturque. 9. perinde acſi rumpantur. 10. rumpi & frangi illorum opinione, q podagrâ & arthreſi hanc vulgus indoctum *arteticam* vocant, i. morbum articularem. 11. I. quæ nodis ineſt. 12. H. hæc vera ſcriptura ut & ſupra *pleuriſis*. 13. *arthreſis*) vel *artiſis* dentium dolor, vel communiter omnium articulorum: & ſumſit nomen â paſſione articulorum. 13. Æ. chirurgorum. 14. carnificina, i. ferrum medicabile; vel locus, ubi animalia mactantur. vel ipſe pecudum laniator & hominum carnifex, â laniatura ictus. laniola, locus, ubi medici faciunt medicinas, & laniant carnes infirmorum. 15. Hippocrates, medicus. inde hippocratica dicitur medicina, â, principe medicorum dicta. Hippocras ...mmus medicus. inde adject: hippocraticus. Æ. ...ia Hippocrates vinciri jubet illos, qui ſecandi ...nt. 16 caro. Virg. 1. Æneid. *Et viſcera nudant*. unde viſceratio dicta, cum carnes diſtribuebantur viritim, I. caro.

17 Scalpella tinguit, dum 18 putredo abraditur.
19 Putare ferrum triſte 20 chirurgos meis
Inferre coſtis, quod ſecat 21 ſalubriter.
22 Non eſt amarum, quo reformatur ſalus.
Videntur 23 iſti carpere 24 artus tabidos:
Sed dant medellam rebus intus 25 vividis.
Quis neſcit autem, quanta 26 corruptela ſit
Contaminatæ carnis ac ſolubilis?
27 Sordet, 28 tumeſcit, 29 liquitur, 30 fœtet, dolet,

17. i. ferrum, quibus abraditur putredo ab oſſibus. Æ. madefacit ferramentum quo ſcalpitur caro. 18. pars putrida. Ovid. 1. Metam.

---- Sed immedicabile vulnus
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

19. perinde eſt, me à carnificibus laniari, ac ſi chirurgi deberent inurere & ſecare partes corporis mei læſas. 20. I. medicus dicitur. quod homines incidere ſolet; chirurgus à manuum operatione dictus. χεὶρ enim Græc. manus dicitur. Chirurgi, medici manu medicinam operantes. Chira enim gr. manus. Empirici vero tantum intellectu morbum cognoſcentes ſalutem corporum tantum voce indicant, manibus nihil operantes. 21. Æ. ſalutis comparandæ gratia. 22. eſſe non debet, 23. I. chirurgi. 24. Æ. membra putrida. 25. animæ. 26. quia *caro concupiſcit adverſus ſpiritum* Gal. 5. 27. H. *ſorde* Giphanius. ſed aliter noſtra Æ. peſtes animæ notat, quæ

Inflatur ira, ſolvitur libidine :
Plerumque felle tincta 31 livores trahit.
Aurum 32 regeſtum nonne 33 carni adquiritur?
34. Inluſa veſtis, gemma, 35 bombyx, purpura,
In carnis uſum mille quæruntur dolis :
36 Luxus vorandi carnis 37 arvinam fovet.
Carnis 38 voluptas omne per nefas ruit.
Medere, quæſo carnifex, 39 tantis malis :
Concide, carpe 40 fomitem peccaminum :
Fac, ut reſectio debilis carnis 41 ſitu
Dolore ab omni mens 42 ſuperſit 43. libera ;

quæ ex parte carnis oriuntur, ad avaritiam referri poteſt ; quoniam *ſordes* pro avaritia ſæpe legimus. Horat. *ſepulcrum ſine ſordibus exſtrue.* 28. hoc ad ſuperbiam. 29. defluit in delicias. 30. ſi legas *gaudet* ; quatuor animi perturbationes tangit. 31. invidiam I. colores pallidos de nigra Cholera dicit. 32. abſconditum, à terra abſtractum. Æ. congeſtum & coadunatum. 33. voluptatibus corporeis. 34. picta & auro intertexa. Virg. 2 Georg. *illuſaſque auro veſtes*, i. in quibus artifex quaſi ludens aliquid varietate colorum pinxit. I. picta. 35. ſericum. vermis de cujus ſangvine purpura tinguitur. Æ pro, veſtes bombicinæ. 36. I. dulcedo, ſuperfluitas. 37. pingvedinem. Æ. pingvitudinem creat carnis: nam illud pingve dicitur *arvina.* 38. I. delectatio 39. Æ. q. d. his morbis carnis. 40. materiem peccandi, corpus. I. incendium. 41. Æ. ſqvallore & illuvie ac ſordibus carnis reſciſſis. 42. I. ramaneat. 43. Æ. quæ afferunt animæ, dolorem,

Ne geſtet ultra, quod 1 *tyrannus amputet.*
Nec terrearis, 2 *turba circumſtantium;*
3 *Hoc perdo ſolum, quod peribit* 4 *omnibus:*
Regi, 5 *clienti, pauperique & diviti.*
Sic 6 *vernularum, ſic Senatorum caro*
7 *Tabeſcit, imo cum ſepulchro condita eſt.*
8 *Jactura vilis* 9 *mordet & damnum leve;*
Si, quo 10 *carendum eſt, perdere extimeſcimus.*
Cur, quod neceſſe eſt, non voluntas 11 *occupat?*
12 *Natura cur non* 13 *vertit in rem* 14 *gloriæ?*
15 *Legale* 16 *damnum deputemus* 17 *præmiis.*
Sed, præmiorum 18 *formaque ſit* 19 *fortibus.*

rem, h. e. vitia. 1. qui non poteſt ſævire, niſi in partes corporis, animam vero non poteſt cruciare. 2. I, ô mea. 3. Æ. corpus. 4. quia paulo poſt omnibus eſt moriendum. 5. I. minori, vasſo (vaſallo) ſervienti. 6. ſervorum. 7. Æ. in tabem defluit & reſolvitur. 8. I. perditio, damnum. proprie eſt damnum, quod navigantes in mari patiuntur, ſed ponitur pro omni damno. 9. punit, conſtringit. 10. Æ. ſc. vita, quam alioqui ſumus amiſſuri. 11. præcipit in ſuam laudem, quod poſtea neceſſitate ſumus obituri. I. ſc. mori. 12. Æ. mors naturalis. I. naturalis res eſt mors. 13. pro, vertitur. 14. Æ. unde laudem aſſequamur. 15. pœnam à lege inductam. H. *regale* liber Cauchii & Rottendorphii. mox *cælo refulſus* idem Cauchianus cum Ambroſiano veterrimo. 16. I. mortem. 17. ſempiternis. Æ. i. convertamus in voluntatem, unde præmium recipiamus. 18. ſpecies. 19. I. martyribus.

20. Æ.

Videamus: illa nempe, quæ numquam perit,
Cælo 20 refuſus 21 ſubvolabit ſpiritus;
Dei parentis perfruetur lumine,
22 Regnante Chriſto ſtans in arce regiâ.
Quandoque cælum, ceu 23 liber, 24 plicabitur;
Cadet rotati Solis in terram 25 globus:
26 Sphæram ruina 27 menſtrualem deſtruet:
Deus ſuperſtes ſolus, & juſti ſimul
Cum ſempiternis permanebunt Angelis.
28 Contemne 29 præſens utile, ô prudens homo,
Quod terminandum, quod relinquendum eſt tibi:
Omitte corpus, rem ſepulchri & funeris:
Tende ad futuram gloriam: perge ad Deum:
Agnoſce, 30 qui ſis: vince mundum & ſæculum.

20. Æ. qui ex cœlo habuit originem eodem refundetur. 21. I. aſcendit. 22. Æ. ſub Chriſto Rege. 23. Eſ. *complicabuntur, ſicut liber, cœli, & omnis militia eorum deſluet, ſicut deſluit folium de vinea.* Et Salvator noſter dicit: *Cœlum & terram tranſituros in aliam formam.* 24. I. involvetur, cum non cadet, ſed præ nimio dolore ita videbitur. 25. Æ. omnia interitura, & in aliam formam mutanda, ſcriptura ſacra ſæpe memorat, ſed imprimis ſolem & lunam. 26. lunam, cujus curſus menſtruo tempore conficitur. 27. lunam, quæ ſingulis menſibus creſcit. 28. I. reſpue. 29. præſentem utilitatem. Æ. quod in præſentiarum utile videtur. 30. quia tu non es is, qui digito monſtrari poteſt, ſed *quiſque animus ſuus eſt* ut Ariſtoteles in Ethic. Et Cicero in 6. de Republ. ſcri-

Vix 31 dum elocutus martyr hanc peregerat
Orationem, cùm furens 32 interſerit
Aſclepiades: Vertat iſtum carnifex
In os 33 loquentis; inque maxillas manum,
Sulcosque acutos & 34 fidiculas transferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur 35 locus;
36 Scaturrientes perdat ut loquacitas
Sermonis auras perſoneis follibus,
Quibus ſonandi nulla lex ponit 38 modum:
Ipſa & loquentis 39 verba torqueri volo:
Implet jubentis dicta 1 lictor impius:
2 Charaxat ambas ungulis 3 ſcribentibus
Genas, cruentis & ſecat faciem 4 notis;

ſcribunt. 31. I. adjectio ſyllabica. 32. interrumpit ſermonem. Æ. interloquitur. 33 ut confundat inſtrumenta loquendi 34. ſpeciem pro genere poſuit: nam quid fidiculæ poterant ori nocere? 35. os, quo verba effundit. 36. H. *ebullientes* conjectat Cauchius, nil muta. I. ebullientes. Æ. verba ex ore emanantia. 37. buccis, quæ, cum loquimur, in modum follium inflantur ad emittendam vocem. 38 finem, Horatius;

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.

39: inſtrumenta, quibus verba formantur. I. labra. 1. H. *lictor improbus*) *impius* noſtri omnes, niſi quod in Ambroſiano *livor impius*. 2. I. ſcribit. Charaxo gr. eſt ſcribo: inde charaxavit, i. ſcripſit. Æ. ſculpit & ſignat; ſed charatto eſt verbum Græcum, & in futuro charaxo. 3. arantibus ſive ſculcantibus faciem. 4. literis; ut perſtra-

ret

Hirſuta 5 barbis ſolvitur 6 carptim cutis,
Et mentum adusque 7 vultus omnis ſcinditur.
Martyr fluentem fatur inter ſanguinem.
Grates tibi, ô Præfecte, magnas 8 debeo,
Quòdq; multa pandens ora jam Chriſtum loquor 9
Artabat ampli 10 nominis 11 præconium
12 *Meatus unus, impar ad laudes Dei.*
Rimas patentes invenit vox edita,
Multiſque fuſa 13 rictibus reddit ſonos
Hinc inde plures, & profatur 14 undique
Chriſti Patriſque ſempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora, quod ſunt vulnera.
Tali repreſſus 15 cognitor conſtantia,
Ceſſare pœnam præcipit, tunc ſic ait:
Per Solis 16 ignem juro; qui 17 noſtros dies
18 *Reciprocatis adminiſtras circulis,*

ret in translatione. 5. aut quia barbam more gentis nutriebat, aut ex longo carcere 6. dum carpitur laceraturq; usque ad mentum, ipſam barbæ ſedem, ſive oſſa menti. I. minuatim. 7. Æ. pro facie. 8. habeo. 9. cum antehac uno tantum ore loquerer. 10. l. ſc. Dei. 11. laudem. 12. Æ. unum os. per quod jurabat vox una. 13. oris apertionibus. I. apertionibus. ringo, os aperio. inde rictus, apertio. 14. Æ. ab omni parte faciei. 15. Judex. 16. lucem & ſplendorem. H. *per ſolis ignes*) *ignem* noſtri ijdem tum mox *ignes pœnandos & devorent*, non *ignis pœnandus & devoret*, Ambroſianus cum Thuaneo, nec aliter Aldus & unus Weitzij. 17. ætatem noſtram, quam diebus metimur, & quicquid aliud agimus. 18. Æ. tam in motu diurno, quam in annuo, in ſe redeundo; ut dicit Virg.

Cujus recurſu lux & annus actitur,
Ignes parandos jam tibi triſtis rogi,
Qui ſine digno corpus iſtud 19 devorent,
Quod perſeverans cum reſiſtit 20 nequiter
Sacris vetuſtis; nec dolorum 21 ſpiculis,
22 Victum 23 fatiſcit, ſique pœnis fortius.
Quis hunc 24 rigorem pectori injecit 25 ſtupor?
Mens 26 obſtinata eſt: corpus omne 27 occalluit.
Tantus novelli dogmatis regnat furor.
Hic nempe veſter Chriſtus haud olim fuit,
Quem tu fateris ipſe ſuffixum cruci.
Hæc illa crux eſt omnium noſtrum ſalũ,
Romanus inquit; hominis hæc redemtio eſt.
Scio incapacem, te ſacramenti, impie;
Non poſſe cæcis ſenſibus myſterium
28 Haurire noſtrum: nil 29 diurnum 30 nox capit.
Tamen in tenebris proferam clarum 31 facem.
1 Sanus videbit: 2 lippus oculos obteget.

Atq; in ſe ſuaper veſtigia volvitur annus.
I. revocatis, iteratis. 19 Æ. conſumat. 20. I. crudeliter. 21. Æ. armamentis, quibus dolor infertur. 22. I. corpus. 23. Æ. finditur, ceditque. 24. I fortitudinem. 25. Æ. qui nihil ſentit ex inflictis vulneribus. 26 I. dura. 27 obduruit, obduravit. Æ. calles obduxit. 28 accipere. 29. lucidum; quia lux & tenebræ non poſſunt ſimul eſſe. I. Chriſtum. 30. peccatores. 31. Æ. lucem claram, i. manifeſtam veritatem. 1. qui credit, ſtatim

Removete lumen, dicet [4] *inſanabilis:*
Injurioſa eſt nil videnti claritas.
Audi, profane, quod [5] *gravatus oderis.*
Regem [6] *perennem Rex perennis protulit,*
[7] *In ſe manentem, nec minorem* [8] *tempore,*
Quia tempus illum non tenet: nam fons [9] *retrò*
Exordiorum eſt, & dierum, & temporum,
Ex [10] *patre Chriſtus: hoc Pater, quod Filius,*
Hic ſe videndum præſtitit mortalibus:
Mortale corpus ſumſit [12] *immortalitas,*
Ut, dum [13] *caducum portat æternus Deus,*
Tranſire [14] *noſtrum poſſit ad cæleſtia:*
Homo eſt [15] *peremtus, & reſurrexit Deus.*

ſtatim intelliget; juxta: *niſi credideritis, non intelligetis.* 2. qui lucem non admittit ex oculorum defectu. 3. *oclos*) oculos; ſyncopa nota in hujusmodi nominibus; *ſeclum* pro ſeculum; *periclum* pro periculum. 4. qui jam habet organa videndi læſa. 5. I. iratus. 6. Æ. hæc ſunt verba lucis, quam tenebræ non poterant comprehendere. 7. quia intra ſe Pater generat Filium, cætera autem extra ſe creavit. 8. quia æternaliter illum intra ſe genuit. 9. principium, quo dies & tempora inceperunt. I. ante. 10. Æ. manans ab illo per æternam generationem. 11. quantum ad eſſentiam, quæ ſignificatur per genus neutrum; nam in genere maſculino falſum eſſet dicere: hic eſt Pater, qui eſt Filius. 12. divinitas. 13. hominem mortalem. 14. nos mortales. I. corpus. 15. Æ. i. quia homo erat.

17 *Congreſſa mors eſt* 18 *membra geſtanti Deo:*
Dum noſtra 19 *temptat, ceſſit* 20 *immortalibus.*
Stultum putatis hoc 21 *ſophiſtæ ſæculi:*
Sed 22 *ſtulta mundi ſummus elegit Pater;*
Ut ſtultus eſſet ſæculi, prudens Dei.
Antiquitatem 23 *Romuli, &* 24 *Mavortiam*
Lupam renarras, primum & omen 25 *vulturum:*
Si res novellas reſpuis, nil tam 26 *recens:*
Vix 27 *mille* 28 *faſtis implet hanc ætatulam*

16. i. quâ Deus erat, ut. 1.Pet..1. & Apoſtolus Paulus multis in locis ſcribit, & quod Pater ſuſcitavit Filium, & quod Deus ſuſcitavit illum à mortuis. 17. cum Deo, Virg. *Atque impar congreſſus Achilli*.I. pugnavit. congredior tibi, i. pugno contra te. 18. Æ.ſc.humana. 19. *tentat*)tenet. 20. quid ſi legas *immortalitas*? ut ſit ſenſus; quod immortalitas ceſſit morti,quia dicemus ex communicatione naturarum, quod Deus paſſus eſt. 21. I. ſapientes. 22. ex 1. Corinth. 1. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.* Et ibidem: *Quæ ſtulta ſunt mundi, eligit Deus.* 23. confutat, quod Aſclepiades dixerat de antiquitate Religionis Romanæ. 14. Martis tutelæ conſecratam, quæ Romulum educavit. 25.ſ. cum auſpicia urbis condendæ captans vidit duodecim vultures. 26. quam ſcilicet Romuli Deificatio. 27. tot fere anni fuerunt ab urbe conditâ ad Galerium, ſub quo Romanus paſſus eſt. 28. in faſtis, h. e. annalibus, qui *faſti* dicuntur, unde eſt Ovidius *de Faſtis.* I. libris vel conſulibus.

Curſus dierum conditore ab 29 augure,
Sexcenta poſſum 30 regna pridem condita
Proferre toto in orbe, ſi ſit 31 otium,
Multò antè clara, quam 32 capellam 33 Cnoſſiam
Suxiſſe fertur Juppiter Martis pater:
Sed illa non 34 ſunt, hæc & 35 olim non erunt.
Crux iſta Chriſti, quam novellam dicitis,
Naſcente mundo factus ut primùm eſt homo
Expreſſa ſignis, 36 expedita eſt litteris:
Adventus ejus mille per miracula
Prænuntiatus ore vatum 38 conſono.
Reges, Prophetæ, Judices & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtilo,

29 Æ. Romulo, qui auguria captavit, cum urbem eſſet conditurus. 30. puta Aſſyriorum, Sicyoniorum, Ægyptiorum, quæ omnia fuerunt ante Jovem, patrem Martis, progenitoris Romuli. 31. I. tempus. 32. Æ. Amaltheam, quæ Jovem educavit. I. Amaltheam capram, quæ fertur nutriſſe Jovem. 33. Creticam. 34. Æ. quia jam perierunt; & hæc quæ nunc ſunt, aliquando peribunt. 35. I. in futuro. futuro tempore; quæ colitis. 36. prodita. Æ. puta, quod Adam fuit ex fructu arboris deceptus, & per arboris crucem reſtitutus; juxta illud, quod Eccleſia canit; *Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* 37. ſacris, quæ hoc multis in locis ſignificarunt; ut, quod *Moſes exaltavit æneum ſerpentem in deſerto.* 38. quia idem prædixerunt, quanquam diverſis eſſent locis & temporibus. I. convenienter.

Non deſtiterunt 1 pingere formam crucis.
Crux 2 prænotata, crux 3 adumbrata eſt prius,
Crucem vetuſta 4 combiberunt ſæcula.
Tandem 5 retectis vocibus propheticis
Ætate noſtrâ comprobata 6 antiquitas,
7 Coram refulſit ore 8 conſpicabili,
9 Ne 10 fluctuaret veritas dubiâ fide,
Si non pateret teſte viſu 11 comminus.
Hinc 12 nos & ipſum 13 non perire credimus
Corpus ſepulchro quod vorandum traditur:
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus Cruci

1. H. *pingere hanc formam crucis*) omittunt *τὸ hanc* codices noſtri, & Weitziani plerique cum Aldo. 2. I. præſcripta. 3. figurata. Æ. per figuram umbratilem ſignificata. nam figura umbra rei eſt, quam deſignat ſignificata. Eſt autem hæc crux ſæpe apud Prophetas; ut, quod *Dominus regnavit in ligno*. 4. imbuta fuerunt crucis ſignificatione, quæ quidem noſtris temporibus eſt completa. I. graviter ſenſerunt. perceperunt. 5. Æ. apertis & manifeſtis; cum antea fuiſſent tectæ. 6. i. antiquorum Prophetarum dicta ætate noſtra experimento vera. 7. publicè eſt manifeſtata. I. manifeſtè. 8. veneranti vel lucido. Æ. verbis non obſcuris, ut prius; ſed perſpicuis. nam quod antea non intelligebatur, nunc perſpicue cernimus oculis. 9. H. *Nec* Thuaneus. 10. Æ. vacillaret, infirma eſſet; niſi ea, quæ ſunt prædicta, viderentur oculis manifeſta. *I.* titubaret. 11. præſentialiter, vel prope. Æ. prope & ante oculos. 12. I. noſtra caro. 13. Æ. niſi ad tem-

Secum excitatum vexit ad ſolium Patris,
Viamque cunctis ad reſurgendum dedit.
14 Crux illa noſtra eſt, nos patibulum 14 aſcendimus:
16 Nobis peremtus Chriſtus; & nobis Deus
Chriſtus 17 reverſus, ipſe qui moriens 18 homo eſt:
19 Natum duplex moritur & mortem domat,
20 Reditque in illud, quod perire neſciat.
Dixiſſe 21 pauca ſit ſatis 22 de myſticis
Noſtræ ſalutis, deque proceſſu 23 ſpei.
Jamjam ſilebo: 24 margaritas ſpargere

tempus; quia poſtea reſurrecturi ſumus, quemadmodum & Chriſtus reſurrexerit, primitiæ dormientium; quod Apoſtolus multis in locis teſtatur, 14. pro nobis Chriſtus passus eſt. 15. ſc. cum Chriſto; cujus membra nos ſumus, ipſe autem caput. 16. cauſâ noſtrâ. 17. reſurgens, ut & in die judicii nos reſurgamus. 18. quâ parte moritur, eſt homo: nam quâ Deus eſt, immortalis permanet. 19. ſc. Deus & homo; ſed moritur, quâ eſt homo; domat mortem, quâ eſt Deus, juxta illud Prophetæ: ***Ero mors tua, ô mors; morſus tuus, inferne.*** H. Veram loci diſtinctionem Ambroſiano codici referimus acceptam. 20. Æ. reſurgit, juxta illud quod perire neſciat; i. in immortalitatem. 21. colligit ſuperiora, ut tranſitum faciat ad ſequentia. 22. de myſteriis, quæ ſupra retulit. 23. ſpes noſtra quo tendat. l. incremento. 24. Æ: juxta illud Salvatoris Matth. cap. 7. *ſanctum non eſt canibus dandum*

Chriſti vetamur inter immundos ſues;
Luculentum ſanctum ne terant animalia.
Sed, quia 25 *profunda non licet* 26 *luctarier*
Ratione tecum, conſulamus 27 *proxima.*
28 *Interrogetur ipſa naturalium*
Simplex ſine arte ſenſuum 29 *ſententia:*
30 *Fuci imperitus fac ut adſit arbiter:*
Da 31 *ſeptuennem circiter puerum aut minus,*
Qui ſit favoris liber, & non oderit
Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat:
33 *Periclitemur, quid recens infantia*

dandum neque porcis margarita. 25. quia non eſt capax ſententiarum, quæ ſunt profundiores. 26. I. pro luctari. 27. Æ. non altiora, ſed quæ ſunt nobis propinqua. 28. adducatur puer ſimplex, & qui neque artem ſyllogizandi, neque artem orandi noverit; ſed in puris naturalibus, ut ita dicam, ſit poſitus, & hic ſit judex inter nos. 29 H. *ſenſuum ſcientia*) *ſententia* in noſtris & Weitzianis cum Aldo. Æ. non fucata aut arte aliqua imbuta 30 *fucum* appellat, i, faciei medicamentum, quo utuntur mulieres. dialecticam, rhetoricam & phyſicam. I. mendacij vel fraudis, nigredine peccati vel mendacij. omnes enim, qui in judicio lambuntur, aut lambentur odio, aut timore, aut amore 18. Æ. ſeptem annorum. 32. qui neutri parti faveat; i. ſit vacuus amore, odio invidia, quæ ſolent adimere homini verum judicium. I. rumoris vel adulationis, jactantiæ. 33. Probemus. periclitari eſt probare. Æ. periculum h. e. experientiam faciamus.

34. ille

Dicat ſequendum, quid novum ſapiat 34 *vigor,*
Hanc 35 *ille ſancti martyris* 36 *vocem* 37 *libens*
Amplexus, unum de catervâ infantium
Parvum, 38 *nec olim lacte* 39 *depulſum, capi,*
Captumque adeſſe præcipit. Quidvis roga,
Inquit: ſequamur, quod 1 *probarit* 2 *puſio.*
Romanus 3 *ardens experiri innoxiam*
4 *Lactentis oris indolem. Filiole, ait,*
Dic, quid videtur eſſe 5 *verum & congruens,*
Unumne Chriſtum colere, & in Chriſto Patrem,
An comprecari mille formarum Deos?
6 *Adriſit* 7 *infans, nec moratus* 8 *retulit:*
9 *Eſt quidquid illud, quod ferunt homines Deum,*
Unum eſſe oportet, &, quod 10 *uni, eſt unicum.*
Cùm Chriſtus, hoc ſit, Chriſtus eſt verus Deus.

34. ille puer nullâ arte imbutus, ſed rerum omnium rudis. 35. ſc. præfectus. 36. ſc. ut rudis puer eſſet judex. 37. pro libenter; ut *recens*, pro recenter. 38. l. nuper. 39. Æ. ablactatum. Virg. in Buc.

Depulſis arbutus hœdis.

1. utrius noſtrûm ſententiam approbarit. 2. hic puerulus. 3. cupiens. 4. pueri lactantis, H. *lactantis oris*) imo *lactentis* cum nonnullis. 5. Æ. utrum verius & congruentius. 6. L. conſentit. 7. Barulas. 8. reſpondit 9. Æ. ordo eſt; quicquid illud eſt, quod eſt unicum uni, ex Platonis ſententia; quod Deus unum Deum genuit, & quod dicunt Poëtæ; Jovem ex concuſſione capitis Minervam genuiſſe; ſed unum Pater generavit intra ſe, qui & ipſe Deus eſt. 10. H. *quod cuique eſt uni-*

cum

Genera deorum multa nec 11 pueri putant.

Stupuit tyrannus, ſub 12 pudore 13 fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre 14 leges, nec loquenti talia
Furor ſinebat effrenus parcere.
Quis 15 auctor, inquit, vocis eſt hujus tibi?

Reſpondit ille: 16 Mater, & matri 17 Deus.
Illa ex parente Spiritu docta 18 imbibit,
Quo me inter ipſa 19 paſceret cunabula:
Ego, ut gemellis uberum de 20 fontibus
Lac parvus 21 hauſi, Chriſtum & hauſi credere.

Ergo ipſa mater adſit, exclamat, 22 cedo,
Aſclepiades: diſciplina & 23 exitum
Triſtem ſua magiſtra ſpectet 24 impia,
Male 25 eruditi torqueatur funere

---

cum ex conjectura Cauchius. 11. Æ. Juvenal. *nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur.* 12. præ nimio pudore. l. ſub verecundia; dubitans quid faceret. 13 Æ. neſcius quid faceret. 14 *legis*) cujus ipſe præfectus erat exſecutor. H. *inferre lege*) cum Aldo rurſus & ſcriptis. apud me *leges*. 15. Æ. quis te docuit iſta. 16. ſubaudi, eſt autor. 17. etiam eſt autor. 18. hauſit & accepit; ſubaudi, illud. 19. nutriet me. 20 uberibus, lacte manantibus: qui ſunt pares & æquales. 21. l. potavi. Æ. accepi, ut crederem 22. l. conſentio; impero. 23. Æ. filii triſtem mortem aſpiciat. 24. aut in filium, docens unde periret; aut in Deos, male de illis ſentiens. 25. in malum

Infantis 26 orba; quemque 27 corrupit, ſleat.
28 abſit, miniſtros vilis ut muliercula
Noſtros 29 fatiget. 30 quantulos autem dolor
Vexabit artus 31 morte auxilio brevi!
Oculi 32 parentis punientur 33 acrius,
Quam ſi cruenta membra carpant 34 ungula.
Vix hæc profatus, puſionem præcipit
35 Sublimè tollant, & manu pulſent 36 nates:
Mox & remota veſte virgis verberent.

malum & perniciem illius docti. 26. I. vidua. 27. ſua doctrina. Æ. malis artibus erudiendo. 28. *aſſit*) hæc eſt vera lectio, non *abſit.* 29. delaſſando illos, filius dum torquebitur, infans nam quæ filius patietur, acrius ſentiet mater quam idem ipſe filius: unde ſubdit: *quantulus dolor*, q. d. minimus dolor vexabit artus infantis, quia brevi morietur. ipſa autem mater vivet in luctu, filio orbata. hinc illud Quintiliani; *torquebis filium, & fatebitur mater*, 30. H. *tantulos at ſi dolor vexabit artus*) Weitzius cum ſcriptis nonnullis, *quantulus autem dolor*, contra metrum. pro *vexabit* Cauchius reponebat *vexavit*. ſed bene *quantulos autem* in Thuano & Rottendorphio 31. I. quia cito moritur infans 32. Æ. ſpectantis tormenta filii, 33. I. videndo dolorem filii. 34. Æ. ferramenta, quibus dilaniabantur martyrum corpora. Unde Hymnograph. *Ceſſit bis lacerans fortiter ungula, nec carpſit penetralia.* 35. ſublimiter. i. in altum. 36. quô modô infantes verberantur; quod jubet fieri, ut paulatim creſcant tormenta cum doloribus.

Cujus recurſu lux & annus ducitur,
Ignes parandos jam tibi triſtis rogi,
Qui ſine digne corpus iſtud 19 devorent,
Quod perſeverans tam reſiſtit 20 nequiter
Sacris vetuſtis; nec dolorum 21 ſpiculis,
22 Victum 23 ſatiſcit, ſitque pœnis fortius.
Quis hunc 24 rigorem pectori injecit 25 ſtupor?
Mens 26 obſtinata eſt: corpus omne 27 occalluit.
Tantus novelli dogmatis regnat furor.
Hic nempe vester Chriſtus haud olim fuit,
Quem tu fateris ipſe ſuffixum cruci.
Hæc illa crux eſt omnium noſtrum ſalus,
Romanus inquit; hominis hæc redemtio eſt.
Scio incapacem, te ſacramenti, impie,
Non poſſe cæcis ſenſibus myſterium
28 Haurire noſtrum: nil 29 diurnum 30 nox capit.
Tamen in tenebris proferam clarum 31 facem.
1 Sanus videbit: 2 lippus oculos obteget.

Atq; in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

1. revocatis, iteratis. 19 Æ conſumat. 20. I. crudeliter. 21. Æ. armamentis, quibus dolor infertur. 22. I. corpus. 23. Æ. finditur, ceditque, 24. I fortitudinem. 25. Æ qui nihil ſentit ex inflictis vulneribus. 26. I. dura. 27 obduruit, obduravit. Æ. calles obduxit. 28 accipere, 29. lucidum; quia lux & tenebræ non poſſunt ſimul eſſe. I. Chriſtum. 30. peccatores. 31. Æ. lucem claram, i. manifeſtam veritatem. 1. qui credit, ſtatim

Digitized by Google

Removete lumen, dicet 4 inſanabilis:
Injurioſa eſt nil videnti claritas.
Audi, profane, quod 5 gravatus oderis.
Regem 6 perennem Rex perennis protulit,
7 In ſe manentem, nec minorem 8 tempore,
Quia tempus illum non tenet: nam fons 9 retrò
Exordiorum eſt, & dierum, & temporum,
Ex 10 patre Chriſtus: hoc Pater, quod Filius.
Hic ſe videndum præſtitit mortalibus;
Mortale corpus ſumſit 12 immortalitas,
Ut, dum 13 caducum portat æternus Deus,
Tranſire 14 noſtrum poſſit ad cæleſtia:
Homo eſt 15 peremtus, & reſurrexit Deus.

ſtatim intelliget; juxta: *niſi credideritis, non intelligetis.* 2. qui lucem non admittit ex oculorum defectu. 3 *oclos*) oculos; ſyncopa nota in hujusmodi nominibus; *ſeclum* pro ſeculum; *periclum* pro periculum. 4. qui jam habet organa videndi læſa. 5. I. iratus. 6. Æ. hæc ſunt verba lucis, quam tenebræ non poterant comprehendere. 7. quia intra ſe Pater generat Filium, cætera autem extra ſe creavit. 8. quia æternaliter illum intra ſe genuit. 9. principium, quo dies & tempora inceperunt. I. ante. 10. Æ. manans ab illo per æternam generationem. 11. quantum ad eſſentiam, quæ ſignificatur per genus neutrum; nam in genere maſculino falſum eſſet dicere: hic eſt Pater, qui eſt Filius. 12. divinitas. 13. hominem mortalem. 14. nos mortales. I. corpus. 15. Æ. i. quia homo erat.

17 *Congreſſa mors eſt* 18 *membra geſtanti* Deo:
Dum noſtra 19 *temptat, ceſſit* 20 *immortalibus.*
Stultum putatis hoc 21 *ſophiſtæ ſæculi:*
Sed 22 *ſtulta mundi ſummus elegit Pater;*
Ut ſtultus eſſet ſæculi, prudens Dei.
Antiquitatem 23 *Romuli, &* 24 *Mavortiam*
Lupam renarras, primum & omen 25 *vulturum?*
Si res novellas reſpuis, nil tam 26 *recens:*
Vix 27 *mille* 28 *faſtis implet hanc ætatulam*

16. i. quâ Deus erat, ut. 1.Pet.1. & Apoſtolus Paulus multis in locis ſcribit, & quod Pater ſuſcitavit Filium, & quod Deus ſuſcitavit illum à mortuis. 17. cum Deo, Virg. *Atque impar congreſſus Achilli*.I. pugnavit. congredior tibi, i. pugno contra te. 18. Æ.ſc.humana. 19. *tentat*)tenet. 20. quid ſi legas *immortalitas*? ut ſit ſenſus; quod immortalitas ceſſit morti,quia dicemus ex communicatione naturarum, quod Deus paſſus eſt. 21. I. ſapientes. 22. ex 1. Corinth. 1. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus*. Et ibidem: *Quæ ſtulta ſunt mundi, eligit Deus*. 23. confutat, quod Aſclepiades dixerat de antiquitate Religionis Romanæ. 24. Martis tutelæ conſecratam, quæ Romulum educavit. 25. cum auſpicia urbis condendæ captans vidit duodecim vultures. 26. quam ſcilicet Romuli Deificatio. 27. tot fere anni fuerunt ab urbe conditâ ad Galerium, ſub quo Romanus paſſus eſt. 28. in faſtis, h. e. annalibus, qui *faſti* dicuntur, unde eſt Ovidius *de Faſtis*. I. libris vel conſulibus.

Curſus dierum conditore ab 29 augure,
Sexcenta poſſum 30 regna pridem condita
Proferre toto in orbe, ſi ſit 31 otium,
Multò antè clara, quam 32 capellam 33 Cnoſſiam
Suxiſſe fertur Juppiter Martis pater:
Sedilla non 34 ſunt, hæc & 35 olim non erunt.
Crux iſta Chriſti, quam novellam dicitis,
Naſcente mundo factus ut primùm eſt homo
Expreſſa ſignis, 36 expedita eſt litteris:
Adventus ejus mille per miracula
Prænunciatus ore vatum 38 conſono.
Reges, Prophetæ, Judices & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtilo,

29 Æ. Romulo, qui auguria captavit, cum urbem eſſet conditurus. 30. puta Aſſyriorum, Sicyoniorum, Ægyptiorum, quæ omnia fuerunt ante Jovem, patrem Martis, progenitoris Romuli. 31. I. tempus. 32. Æ. Amaltheam, quæ Jovem educavit. I. Amaltheam capram, quæ fertur nutriſſe Jovem. 33. Creticam. 34. Æ. quia jam perierunt; & hæc quæ nunc ſunt, aliquando peribunt. 35. I. in futuro. futuro tempore; quæ colitis. 36. prodita. Æ. puta, quod Adam fuit ex fructu arboris deceptus, & per arboris crucem reſtitutus; juxta illud, quod Eccleſia canit; *Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* 37. ſacris, quæ hoc multis in locis ſignificarunt; ut, quod *Moſes exaltavit aneum ſerpentem in deſerto.* 38. quia idem prædixerunt, quanquam diverſis eſſent locis & temporibus. I. convenienti.

Non deſtituerunt 1 pingere formam crucis.
Crux 2 prænotata, crux 3 adumbrata eſt prius,
Crucem vetuſta 4 conbiberunt ſæcula.
Tandem 5 retectis vocibus propheticis
Ætate noſtrâ comprobata 6 antiquitas,
7 Coram refulſit ore 8 conſpicabili,
9 Ne 10 fluctuaret veritas dubiâ fide,
Si non pateret teſte viſu 11 comminus.
Hinc 12 nos & ipſum 13 non perire credimus
Corpus ſepulchro quod vorandum traditur:
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus Cruci

1. H. *pingere hanc formam crucis*) omittunt *τὸ hanc* codices noſtri, & Weitziani plerique cum Aldo. 2. l. præſcripta. 3. figurata. Æ, per figuram umbratilem ſignificata. nam figura umbra rei eſt, quam deſignat ſignificata. Eſt autem hæc crux ſæpe apud Prophetas; ut, quod *Dominus regnavit in ligno.* 4. imbuta fuerunt crucis ſignificatione, quæ quidem noſtris temporibus eſt completa. l. graviter ſenſerunt. perceperunt. 5. Æ. apertis & manifeſtis; cum antea fuiſſent tectæ. 6. i. antiquorum Prophetarum dicta ætate noſtra experimento vera. 7. publicè eſt manifeſtata. l. manifeſtè. 8. veneranti vel lucido. Æ. verbis non obſcuris, ut prius; ſed perſpicuis. nam quod antea non intelligebatur, nunc perſpicue cernimus oculis. 9. H. *Nec* Thuaneus. 10. Æ. vacillaret, infirma eſſet; niſi ea, quæ ſunt prædicta, viderentur oculis manifeſta. *l.* titubaret. 11. præſentialiter, vel prope. Æ. prope & ante oculos. 12. l. noſtra caro. 13. Æ. niſi ad tem-

Secum excitatum vexit ad ſolium Patris,
Viamque cunctis ad reſurgendum dedit.
14 Crux illa noſtra eſt, nos patibulum 14 adſcendimus:
16 Nobis peremtus Chriſtus; & nobis Deus
Chriſtus 17 reverſus, ipſe qui moriens 18 homo eſt:
19 Natum duplex moritur & mortem domat,
20 Reditque in illud, quod perire neſciat.
Dixiſſe 21 pauca ſit ſatis 22 de myſticis
Noſtræ ſalutis, deque proceſſu 23 ſpei.
Jamjam ſilebo: 24 margaritas ſpargere

tempus; quia poſtea reſurrecturi ſumus, quemadmodum & Chriſtus reſurrexerit, primitiæ dormientium; quod Apoſtolus multis in locis teſtatur. 14. pro nobis Chriſtus paſſus eſt. 15. ſc. cum Chriſto; cujus membra nos ſumus, ipſe autem caput. 16. cauſâ noſtrâ. 17. reſurgens, ut & in die judicii nos reſurgamus. 18. quâ parte moritur, eſt homo: nam quâ Deus eſt, immortalis permanet. 19. ſc. Deus & homo; ſed moritur, quâ eſt homo; domat mortem, quâ eſt Deus, juxta illud Prophetæ: ***Ero mors tua, ô mors; morſus tuus, inferne.*** H. Veram loci diſtinctionem Ambroſiano codici referimus acceptam. 20. Æ. reſurgit, juxta illud quod perire neſciat; i. in immortalitatem. 21. colligit ſuperiora, ut tranſitum faciat ad ſequentia. 22. de myſteriis, quæ ſupra retulit. 23. ſpes noſtra quo tendat. l. incremento. 24. Æ: juxta illud Salvatoris Matth. cap. 7. ***ſanctum non eſt canibus dandum***

Chriſti vetamur inter immundos ſues;
Luculentum ſanctum ne terant animalia.
Sed, quia 25 *profunda non licet* 26 *luctarier*
Ratione tecum, conſulamus 27 *proxima.*
28 *Interrogetur ipſa naturalium*
Simplex ſine arte ſenſuum 29 *ſententia:*
30 *Fuci imperitus fac ut adſit arbiter:*
Da 31 *ſeptuennem circiter puerum aut minus,*
Qui ſit favoris liber, & non oderit
Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat:
33 *Periclitemur, quid recens infantia*

dandum neque porcis margarita. 25. quia non eſt capax ſententiarum, quæ ſunt profundiores. 26. I. pro luctari. 27. Æ. non altiora, ſed quæ ſunt nobis propinqua. 28. adducatur puer ſimplex,& qui neque artem ſyllogizandi, neque artem orandi noverit; ſed in puris naturalibus, ut ita dicam, ſit poſitus, & hic ſit judex inter nos. 29 H. *ſenſuum ſcientia*) *ſententia* in noſtris & Weitzianis cum Aldo. Æ. non fucata aut arte aliqua imbuta 30 *fucum* appellat,i, faciei medicamentum.quo utuntur mulieres.dialecticam,rhetoricam & phyſicam. I. mendacij vel fraudis, nigredine peccati vel mendacij. omnes enim,qui in judicio lambuntur,aut lambentur odio, aut timore, aut amore 18. Æ. ſeptem annorum. 32. qui neutri parti faveat; i. ſit vacuus amore, odio invidia, quæ ſolent adimere homini verum judicium. I.rumoris vel adulationis. jactantiæ. 33. Probemus. periclitari eſt probare. Æ. periculum h. e. experientiam faciamus.

34. ille

Dicat ſequendum, quid novum ſapiat 34 vigor,
Hanc 35 ille ſancti martyris 36 vocem 37 libens
Amplexus, unum de catervâ infantium
Parvum, 38 nec olim lacte 39 depulſum, capi,
Captumque adeſſe præcipit. Quidvis roga,
Inquit: ſequamur, quod 1 probarit 2 puſio.
Romanus 3 ardens experiri innoxiam
4 Lactentis oris indolem. Filiole, ait,
Dic, quid videtur eſſe 5 verum & congruens,
Unumne Chriſtum colere, & in Chriſto Patrem,
An comprecari mille formarum Deos?
6 Adriſit 7 infans, nec moratus 8 retulit:
9 Eſt quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
Unum eſſe oportet, &, quod 10 uni, eſt unicum.
Cùm Chriſtus, hoc ſit, Chriſtus eſt verus Deus.

34. ille puer nullâ arte imbutus, ſed rerum omnium rudis. 35. ſc. præfectus. 36. ſc. ut rudis puer eſſet judex. 37. pro libenter; ut *recens*, pro recenter. 38. l. nuper. 39. Æ. ablactatum. Virg. in Buc.

Depulſis arbutus hœdis.

1. utrius noſtrûm ſententiam approbarit. 2. hic puerulus. 3. cupiens. 4. pueri lactantis, H. *lactantis oris*) imo *lactentis* cum nonnullis. 5. Æ. utrum verius & congruentius. 6. I. conſentit. 7. Barulas. 8. reſpondit 9. Æ. ordo eſt; quicquid illud eſt, quod eſt unicum uni, ex Platonis ſententia; quod Deus unum Deum genuit, & quod dicunt Poëtæ; Jovem ex concuſſione capitis Minervam genuiſſe; ſed unum Pater generavit intra ſe, qui & ipſe Deus eſt. 10. H. *quod cuique eſt uni-*

cum

Genera deorum multa nec 11 pueri putant.

Stupuit tyrannus, ſub 12 pudore 13 fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre 14 leges, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis 15 auctor, inquit, vocis eſt hujus tibi?

Reſpondit ille: 16 Mater, & matri 17 Deus.
Illa ex parente Spiritu docta 18 imbibit,
Quo me inter ipſa 19 paſceret cunabula:
Ego, *ut gemellis uberum de 20 fontibus*
Lac parvus 21 hauſi, Chriſtum & hauſi credere.

Ergo ipſa mater adſit, exclamat, 22 cedo,
Aſclepiades: diſciplina & 23 exitum
Triſtem ſua magiſtra ſpectet 24 impia,
Male 25 eruditi torqueatur funere

cum ex conjectura Cauchius. 11. Æ. Juvenal. *nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur.* 12. præ nimio pudore. l. ſub verecundia; dubitans quid faceret. 13 Æ. neſcius quid faceret. 14 *legis*) cujus ipſe præfectus erat exſecutor. H. *inferre lege*) cum Aldo rurſus & ſcriptis, apud me *leges*. 15. Æ. quis te docuit iſta. 16. ſubaudi, eſt autor. 17. etiam eſt autor, 18. hauſit & accepit; ſubaudi, illud. 19. nutriet me. 20 uberibus, lacte manantibus: qui ſunt pares & æquales. 21. l. potavi. Æ. accepi, ut crederem 22. l. conſentio; impero. 23. Æ. filii triſtem mortem aſpiciat. 24. aut in filium, docens unde periret; aut in Deos, male de illis ſentiens. 25. in

malum

Infantis 26 orba; quemque 27 corrupit, fleat, ego
28 abſit, miniſtros vilis ut muliercula
Noſtros 29 fatiget. 30 quantulos autem dolor
Vexabit artus 31 morte auxilio brevis!
Oculi 32 parentis punientur 33 acrius,
Quam ſi cruenta membra carpant 34 ungula.
Vix hæc profatus, puſionem præcipit
35 Sublimè tollant, & manu pulſent 36 nates:
Mox & remota veſte virgis verberent.

malum & perniciem illius docti. 26. I. vidua. 27. ſua doctrina. Æ. malis artibus erudiendo. 28. *adſit*) hæc eſt vera lectio, non *abſit*. 29. delaſſando illos, filius dum torquebitur, infans nam quæ filius patietur, acrius ſentiet mater quam idem ipſe filius: unde ſubdit: *quantulus dolor*, q. d. minimus dolor vexabit artus infantis, quia brevi morietur. ipſa autem mater vivet in luctu, filio orbata. hinc illud Quintiliani; *torquebis filium; & fatebitur mater*, 30. H. *tantulos at ſi dolor vexabit artus*) Weitzius cum ſcriptis nonnullis, *quantulus autem dolor*, contra metrum. pro *vexabit* Cauchius reponebat *vexarit*. ſed bene *quantulos autem* in Thuano & Rottendorphio 31. I. quia cito moritur infans 32. Æ. ſpectantis tormenta filii, 33. I. videndo dolorem filii. 34. Æ. ferramenta, quibus dilaniabantur martyrum corpora. Unde Hymnograph. *Caſſis his lacerans fortiter ungula, nec carpſit penetralia*. 35. ſublimiter, i. in altum. 36. quô modô infantes verberantur; quod jubet fieri, ut paulatim creſcant tormenta cum dolo-

Tenerumque 37 duris ictibus tergum ſecent;
Plus unde 1 lactis, quam cruoris deſluat.
Quæ 2 cautis illud perpeti ſpectaculum,
Quis ferre poſſit 3 æris aut ferri rigor?
4 Inpacta quotiens corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine uda vimina,
Quem plaga 5 fleret 6 roſcidis livoribus.
Ferunt minaces verberantium 7 genas
8 Inlacrimaſſe ſponte de 9 manantibus
Guttis per ora barbarum frementia;
10 Scribas & ipſos, & 11 coronam plebium,
Proceresque ſiccis 12 non fletiſſe viſibus.

ribus. 37. H. ſic noſtri. *ductis ictibus* Weitzius ex Egmondano. 1. Æ. ex Juvenale de hedo: *qui plus lactis habet, quam ſangvinis.* 2. quis homo ſaxeus & durus crudeliſque. 3. æreus & ferreus. 4. virgæ ſangvinæ humidæ. I. immiſſa. in pingo, i. mitto, inde inpacta. 5. Æ. quem ſangvinem virgæ expreſſerant; eo modo, quo lacrimæ ex oculis eliciuntur; ſed forte aliud verbum loco *fleret* reponendum eſt. 6. manantibus in morem roris, virgarum ictibus facientibus livores 7. oculos, qui genis integuntur, ſed quomodo *minaces*, ſi illacrimabantur? nimirum quia duplici laborabant affectu, crudelitate ſc. & commiſeratione: unde ſubdit, *per ora trementia barbarorum:* nam & fremebant & flebant. 8. I. valde lacrimaſſe. 9. effluentibus. 10. exceptores, qui dicta judicis & reſponſa martyris excipiebant. 11. multitudinem. 12. Æ. ſubaudi *ferunt* ex ſuperioribus.

13. I.

At ſola mater 13 hiſce lamentis caret,
14 Soli ſereno frons 15 renidet gaudio:
Stat impiorum corde 16 pietas fortior,
Amore Chriſti, contumax doloribus;
Firmatque ſenſum mollis 17 indulgentia.
Sitire ſeſe parvus exclamaverat:
Animæ 18 æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat, lympha ut hauſtum poſceret:
Quem 19 torva mater 20 eminus 21 triſte intuens,
Vultu, & ſeveris, vocibus ſic increpat:

13. I. pro his. 14. illi. 15. reſplendet. Æ. læta & ſerena. Lucretius:

Nec domus argento fulgens auroque renidens.

16. Matris perſeverantia; nam *contumacia* in malam accipitur partem. 17. quia, ut ait Quintilianus: *indulgentia eſt mollis liberorum educatio.* Sed hac mater cohibebat tenerum illum amorem, & obfirmabat ſe ad patientiam. 18. quia triſtitia & dolor ſiccant oſſa; itaque in tormentis poſiti ſitiunt. Neque hoc affectu Salvator noſter caruit, dicens in cruce, Joh cap. 19. *Sitio*, quanquam illud *ſitio* aliud ſignificabat. 19. irata in filium, quod videbatur cedere atque vinci tormentis. 20 à longe, ſicut ſupra: *cominus*, prope. 21. H. *eminus triſti intuens (vultu) triſte intuens* Ambroſ. Oxonius & Nomſius. Et ſic potiores Weitziani, in Rottendorphio & tribus Torrentianis *triſtem tuens. triſtem intuens* in Cauchiano. ipſe Cauchius *triſti.*

 22. Æ.

Puto imbecillo, nate, turbaris metu,
Et te doloris horror adflictum domat:
Non hanc meorum viſcerum 22 *ſtirpem fore*
Deo ſpopondi, non in hanc ſpem gloria
Te procreavi, cedere ut 23 *leto ſcias.*
Aquam bibendam 24 *poſtulas, cùm ſit tibi*
25 *Fons ille vivus præſto, qui ſemper fluit,*
Et cuncta ſolus irrigat viventia,
Intus foriſque ſpiritum & corpus ſimul,
Æternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox 26 *fluentum; ſi modò*
Animo ac medullis ſolus ardor æſtuet,
Videre Chriſtum: quod ſemel potum adfatim
Sit 27 *ſedat omnem pectoris* 28 *flagrantiam,*
Vitæ ut beata jam ſitire neſciat.
1 *Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi eſt* 2 *calix,*
Mille in Bethlehem quem biberunt 3 *parvuli:*
Oblita lactis & papillarum immemor

22. Æ. talem filium mihi futurum, ut vinceretur. 23. mortis timore 24. interrogativè legendum. 25. ex Joh. cap. 4. *aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* & Pſalm. 25. *Apud te eſt fons vitæ.* 26. flumen. Virg. *Xanthique fluenta deſerit.* 27. I. quieſcat. 28. Æ. ardorem. Gellius lib. 11. *Vigor maternæ flagrantiæ paulatim reſtinguitur.* 1. exemplis ad animi robur puerum hortatur mater, & primo Sanctorum Innocentium. 2. alludit ad illud ex Evangelio Matthæi cap. 20. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum.* 3. & per appoſitionem *ætas oblita lactis* &c. Et eſt ordo: ætas

refecta

Ætas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis 4 mella ſumſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud 5 nitere, ô fortis puer,
Generoſa proles 6 matris & potentia.
Omnes capaces eſſe virtutum 7 Pater
Mandavit annos: neminem excepit diem,
Ipſis triumfos annuens 8 vagitibus:
9 Scis, ſæpe dixi, cùm 10 docenti 11 alluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,
Iſac fuiſſe parvulum patri unicum:
Qui, cum immolandus aram & enſem cerneret,
Ultro 12 ſacranti colla præbuerit ſeni.
13 Narravi & illud nobile ac memorabile

refecta poculis amaris ſangvinis: mox deinde refecta poculis dulcibus ſumſit. 4. I. dulcedines. 5. conate. 6. Æ. ſic Virg. Æneid. 1. ad Cupidinem filium loquitur; *Nate mea vires, mea magna potentia ſolus.* Simile eſt illud Geneſ. cap. 48. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.* 7. Deus omnipotens, juxta illud: *Cani hominis, ſapientia illius.* 8. infantibus: ut de innocentibus dixit. I. adhuc vagientibus. 9. Æ. alterum exemplum adducit de Iſaac immolando, ex Geneſ. cap. 22. 10. mihi. 11. quaſi per ludum verba mea redderes. Vig. 7. Æneid. *Nec plura alludens.* quod Servius exponit, *ad reſponſum verba componit,* unde ſubdit, *& garrulorum ſigna verborum dares.* Nam pueri non exacte proferunt, quæ audiunt à docente. 12. ſacrificari volenti Abraham Patri ſeni. 13. tertium affert exemplum de ſeptem Machabæis, ex ſecundo Machabæorum volumine.

Certamen, unâ matre quod ſeptem 14 *editi*
Geſſere pueri, ſed tamen facti viri:
Hortante eâdem matre, in 15 *ancipiti exitu*
Pœna & corona ſanguini ut ne 16 *parcerent.*
Videbat ipſos adparatus 17 *funerum*
Præſens ſuorum, nec movebatur parens,
Lætata quotiens aut olivo 18 *ſtridula*
Sartago frixum torruiſſet 19 *puberem,*
Dira aut crepaſſet 20 *laminarum impreſſio.*
Comam cutemque verticis revulſerat
A fronte tortor, 21 *nuda teſta ut tegmine*
Cervicem adusque 22 *dehoneſtaret caput.*
Clamabat illa: Patere, gemmis veſtiet

ne, cap. 7 ubi latiſſimè ponitur hiſtoria. 14 I. formati. 15. Æ. quia forte illi defeciſſent, ſi mater illos non fuiſſet exhortata. 16. imò ſangvinem effunderent. 17. aut funerum, quæ ſui filij ſuſtinebant; aut quod illorum mortes erant ſua mors 18. ſtridens; cum in ea frigitur aliquid; & hoc mortis genere obijt ex Machabæis primus. 19 I. puerum. pubis & puber, puberis facit, de puero. 20. Æ. *lamina* candens capiti impreſſa; ſed hoc non legitur in Machabæorum libro; ſed quod ſequitur, videlicet quod ſecundo ex Machabæis tortor detraxit capitis cutem, relicto cranio cute nudo; & eſt ordo, *tortor revulſit cutem verticis à fronte.* 21 tegmine nudata usque ad cervicem, ita ut dehoneſtaret, i. deformaret caput, tegmine detracto. 22. I. deturparet. 23. H. *Apicem corona) apicem hunc* noſtri. aliter Weitzius. 24. I. decoratum. 25. Æ. corona, quæ Regum eſt inſigne.
26 hoc

23 Apicem 24 hunc corona regio ex 25 diademate.

26 Linguam tyrannus amputari juſſerat
Uni ex ephebis, mater ajebat: 27 Satis
Jam parta nobis gloria eſt: pars 28 optima
Deo immolatur ecce noſtri corporis:
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia.
29 Interpres animi, enuntiatrix ſenſuum,
1 Cordis miniſtra, 2 præco operti pectoris.
Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit 3 redemtrix prima membrorum omnium,
4 Ducem 5 dicatam mox ſequentur cetera.
His 6 Machabæos incitans ſtimulis parens,
Hoſtem ſubegit ſubjugatum 7 ſepties,
Quot facta natis, tot triumfis inclyta:
Me partus unus ut 8 fetem gloria,

26. hoc Antiochus juſſit fieri ex Machabæis tertio. 27. I. multum. 28. Æ. lingva, cujus laudes ex officio proſequitur. 29. nam ut Horatius in Poëticâ arte ſcribit:

Poſt effert animi motus interprete lingva.

1. eorum, quæ corde concipiuntur. 2. quaſi *præco* ſit nomen commune duorum generum, dixit *lingva præco*. 3. animæ. 4. præviam & omnium primam. 5. Deo conſecratam. I. *dicata*) conſecrata. 6. Æ. ſic Græcè appellarunt, quos vocant Hebræi *Aſmonaim*. Interpretatur autem *Machabæus* pugnator. nam *machè* eſt pugna, & *machoma* pugno. 7. nam toties de Antiocho triumphavit mater illa cum filijs victoribus. I. pro martyrio VII. filiorum. 8. fecundam & portatricem:

Mea vim, præſtet, in tua eſt ſitum manu.
Per hujus 9 alvi fida 10 conceptacula,
Per 11 hoſpitalem menſe bis quino larem;
Si dulce noſtri pectoris 12 nectar tibi,
Si molle 13 gremium, grata ſi 14 crepundia:
15 Perſiſte, & horum 16 munerum auctorem 17 adſere.

Æ. fertilem & ſecundam. 9. adjuratio eſt. 10 uterum, ſive loculos, ubi concipiuntur infantes. H. *contemptacula* in Thuaneo à manu primâ i. contentacula. 11. Æ. uterum, in quo diverſatus es per menſes decem ſc. inchoatos; de quibus autores ſæpe faciunt mentionem. Virg.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

12. lac. Virg. 4. Æneid.

Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
Dulce meum.

13. in quo te ſæpe ſuſtinui. 14. amuleta & ludicra, quæ ſolent infantibus appendi: nonnunquam incunabula & panni, quibus involvuntur. Dicuntur autem *crepundia* à crepitu, unde etiam *crepitacula*; de quibus Martialis in diſticho, cujus lemma eſt, *crepitaculum*:

Si tibi plorator de collo vernula pendens,
Hæc quatiant tenerum garrula ſiſtra manu.

15. eſto conſtans & perſeverans. 16. tantorum bene-

Quanam arte nobis vivere intus cœperis,
18 *Nihilumque, & illud, unde corpus, neſcio:*
Novit 19 *animator ſolus & factor tui.*
20 *Impendere ipſi, cujus* 21 *ortus* 22 *munere es:*
Bene in datorem, 23 *quod dedit,* 24 *refuderis.*

Talia canente matre jam lætus puer
Virgas 25 *ſtrepentes, & dolorem* 26 *verberum*
Ridebat, hic tum 27 *cognitor pronunciat:*
Claudatur infans carcere, & tanti mali
Romanus auctor torqueatur acriùs.

Illum recentes per 28 *cicatricum vias*

beneficiorum, quanta nobis contulit, ſc. animum, corpus, vitam: unde ſubdit, *quânam arte*. ordo & ſenſus eſt: Ego neſcio quâ arte, i. quomodo, cœperis vivere nobis intus, i. cum te geſtarem intra viſcera, quomodo ex inanimi intus ſis animatus. 17. adſertor eſto & profitere. I. adfirma. 18. quia ex nihilo Deus corpus format. Æ. non nihilum; quia eſt aliquid ſemen virile & menſtruum muliebre, unde eſt hominis corpus; nam anima â Deo infunditur. 19. Deus ſcit, ego neſcio. Si igitur, quod vivis, quod ſpiras, hoc totum Dei eſt: impendere ipſi. 20. ſubaudi, decet; ut Virg. 1. Æneid. *mene incepto deſiſtere victam.* 2 . vivis. 22. beneficio. 23. vitam. 24. reddideris. I. pro, refunde. 25. Æ. ſonantes, cum cædebatur puer. 26. H. *& doloris vulnerum) & dolorem verberum* ſcripti cum Aldo. 27. Æ. judex, qui de cauſa cognoſcebat. I. judex, qui res cognoſcendo dijudicat. 28. Æ. per cicatrices adhuc

Gladius recidat vile vix [21] *hominis caput*
Infantis: iſtum flamma vindex concremet.
Sit his ſub uno fine diſpar exitus.
Perventum ad ipſum cladis implendæ locum,
Natum gerebat mater amplexu & ſinu,
Ut primitivum crederes fætum geri,
Deo offerendum ſancti Abelis [22] *ferculo,*
Lectum ex ovili [23] *puriorem ceteris.*
Puerum popoſcit carnifex: mater dedit,
Nec [24] *immemorata eſt fletibus: tantùm oſculum*
Impreſſit [25] *unum. Vale, ait, dulciſſime;*
Et cùm beatus regna Chriſti intraveris,
Memento matris, jam patrone ex [26] *filio.*
Dixit: *deinde, dum feris cerviculam*
Percuſſor enſe, docta mulier [27] *pſallere,*
Hymnum canebat [28] *carminis Davidici.*

18 quia infans homo eſt. ſed imperfectus. 19. in quo infans jugulari & Romanus cremari debebat. 20. infantem mater ferebat jugulandum, eo modo, quo Abel obtulit Deo de primogenitis gregis ſui. Geneſ. cap. 4. 21. H. *gregi* Thuaneus, puto *gregis*. 22. Æ. eſt *ferculum*, quod fertur & in quo aliquid fertur. 23. ait namque ſcriptura; *Abel obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum*. 24. imo ſtatum dedit non flens, ſed læta. 25. H. *udum* Rottendorphius & tres Torrentiani, cum Cauchij excerptis. ſic apud Martial. lib. 8. Ep 44. & mane ſudas urbis oſculis udus. 26. quia cum ſis mihi filius, illic eris mihi patronus. & eſt caſus vocativi *patrone*, & eſt jungendum *dulciſſime patrone*. 27. Deo laudes. 28. Æ. qui eſt in ordine CXV.

Pretioſa 29 *ſancti mors ſub adſpectu Dei:*
Tum ille 30 *ſervus*, 31 *proles ancillæ tuæ.*
Talia 32 *retexens* 33 *explicabat pallium,*
Manusque 34 *tendebat, ſub* 35 *ictu & ſanguine,*
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet 1 *globum:*
Excepit, & caro adplicavit pectori.
At parte campi ex alterâ immanem pyram
Texebat 2 *uſtor fumidus pinu* 3 *aridâ,*
Sarmenta mixtim ſubdita, & feni 4 *ſtruem*
Spargens liquato rore ferventis picis,
Quo flamma 5 *paſtu creſceret* 6 *ferocius.*

CXV. Pſalmor. *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* 29. hujus filij mei. 30. ex Pſalmo 122. *ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum: ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* 31. H. *prolis* Ambroſ. & Thuan. vide annotata Cathemerinon hymno VII. v. 1 62. 32. Æ. canens, ſic Hymnograph. *quæ vox, quæ poterit lingua retexere.* aliàs *retexere* eſt, quod textum eſt, non-textum facere. 33 quo exciperet ſangvinem pueri. I. reſolvebat. 34. Æ. cum explicato pallio. 35. I. ictu & ſangvine globum q. ſpiritum volens recipere filij. 1. Æ. ſangvinis undam conglobatam. 2. qui ſtruebat pyram. 3. quo facilius ignem comprehenderet. 4. cumulum fomitis. 5. quo fomite. 6. fortius. I. acrius.

7. Æ.

7 Et jam 8 retortis brachiis furca eminus
Romanus actus 9 ingerebatur rogo.
Scio, inquit ille, non futurum, ut 10 concremer:
Nec paſſionis hoc genus datum, eſt mihi;
Et reſtat ingens, quod ſiat miraculum.
Hæc ejus orſa ſequitur immenſus 11 fragor
Nubis ruentis: nimbus undatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes 12 obruit.
13 Alunt olivo ſemicombuſtas faces;
Sed vincit imber jam madentem 14 fomitem.
15 Trepidare tæter carnifex rebus 16 novis
Turbatus, & qua poſſet arte 17 inſiſtere,
18 Verſare torres cum favillis humidis,
Prunas maniplis 19 confovere ſtuppeis,

7. Æ. ordo eſt; Etiam Romanus actus, i. impulſus. 8. habens brachia retorta ingerebatur. 9. I. immitebatur. 10. H. *ut nunc cremer* Thuaneus. deinde verſu proximo Oxonius & Aldus *hoc genus dictum eſt mihi*, de quo ad Maronem. deinde, *& reſtat ingens* Ambroſ. Thuan. cum Torrentij duobus alijsque nonnullis. non *ſed*. 11. Æ. tonitrus. nam *fragor* proprie dicitur de rebus fractis: ſed quia dicit *ruentis*, poteſt intelligi de fulmine; ſed non ſignificat niſi imbrem de cœlo cadentem. 12. extingvit. 13. ſc. tortores. 14. materiem ignis combuſtibilem. I. nutrimentum: quo ignis incendebatur. 15. bat. Æ. pro, trepidabat. 16. miraculis 17. inſiſtebat. 18. verſabat. I bat. 19. Æ. confovebat, & proprie, nam *fovere* de foco proprie dicitur.

Et 20 ſemen ignis inter undas 21 quarere.
Quod, cum tumenti 22 nuntiatum Judici,
Moviſſet imum fellis inplacabilis :
Quouſque tandem ſummus hic nobis 23 magus
24 Inludet, inquit 25 Theſſalarum carmine,
Pœnam 26 peritus vertere in 27 ludibrium?
28 Fortaſſe cervix ſi ſecandam juſſero
29 Flecti ſub enſem, non patebit vulneri :
Vel amputatum plaga collum dividens
Rurſus 30 coibit ac 31 reglutinabatur,
Humerisque vertex eminebit abditus.
Temptemus igitur antê partem 34 quampiam

tur. 20. ſcintillas. 21. pro, quærebat. 22. H. *nunciatum judici moviſſe imum* prob. Ambroſ. Thuan. Cauchianus, & duo Torrentij. 23. Æ. nam magicæ imputat hæc miracula, non divinæ potentiæ. 24. H. *illudit, inquit, Theſſalorum carmine*) *inludet* vetuſtiores duo, ſed & *Theſſalarum* Ambroſianus, eleganter. Theſſalites enim ob artem magicam infames, nihil notius. 25. I. Theſſalia, abundans eſt venenis & herbis, quibus magicam faciunt magici; & ibi multi ſunt magici & incantatores, è quibus Erichtho fuit, ut refert Lucanus. Æ. ubi artes magicæ vigebant; ut eſt apud Lucianum & Apulejum. Lucanus de Necromantica Phormonue dixit: *Theſſalis incubuit membris.* 24. I doctus. 27. Æ. dum punitur, eludere nos. 28. per Ironiam hoc dicitur. 29. pro cædi. 30. conſolidabitur in cicatricem. I. coadunatur. 31. zuſammen gewället. 32. Æ. caput; pars pro toto. I. caput. 33. Æ. extabit. 34. aliam. I. aliquam.

35. Æ.

Tenerumque 37 duris ictibus tergum ſecent;
Plus unde 1 lactis, quam cruoris defluat.
Quæ 2 cautis illud perpeti ſpectaculum,
Quis ferre poſſit 3 æris aut ferri rigor?
4 Inpacta quotiens corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine uda vimina,
Quem plaga 5 fleret 6 roſcidis livoribus.
Ferunt minaces verberantium 7 genas
8 Inlacrimaſſe ſponte de 9 manantibus
Guttis per ora barbarum frementia;
10 Scribas & ipſos, & 11 coronam plebium,
Proceresque ſiccis 12 non ſtetiſſe viſibus.

ribus. 37. H. ſic noſtri. *dutiis ictibus* Weitzius ex Egmondano. 1. Æ. ex Juvenale de hedo: *qui plus lactis habet, quam ſangvinis.* 2. quis homo ſaxeus & durus crudeliſque. 3. æreus & ferreus. 4. virgæ ſangvinæ humidæ. I. immiſſa. inpingo, i. mitto, inde inpacta. 5. Æ. quem ſangvinem virgæ expreſſerant; eo modo, quo lacrimæ ex oculis eliciuntur; ſed forte aliud verbum loco *fleret* reponendum eſt. 6. manantibus in morem roris, virgarum ictibus facientibus livores 7. oculos, qui genis integuntur, ſed quomodo *minaces*, ſi illacrimabantur? nimirum quia duplici laborabant affectu, crudelitate ſc. & commiſeratione: unde ſubdit, *per ora frementia barbarorum:* [nam & fremebant & flebant. 8. I. valde lacrimaſſe. 9. effluentibus. 10. exceptores, qui dicta judicis & reſponſa martyris excipiebant. 11. multitudinem. 12. Æ. ſubaudi *ferunt* ex ſuperioribus.

At ſola mater 13 hiſce lamentis caret,
14 Soli ſereno frons 15 renidet gaudio:
Stat impiorum corde 16 pietas fortior,
Amore Chriſti, contumax doloribus;
Firmatque ſenſum mollis 17 indulgentia.
Sitire ſeſe parvus exclamaverat:
Animæ 18 æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat, lympha ut hauſtum poſceret:
Quem 19 torva mater 20 eminus 21 triſte intuens,
Vultu, & ſeveris vocibus ſic increpat:

13. I pro his. 14. illi. 15. reſplendet. Æ. læta & ſerena. Lucretius:

Nec domus argento fulgens auroque renidens.

16. Matris perſeverantia; nam *contumacia* in malam accipitur partem. 17. quia, ut ait Quintilianus; *indulgentia eſt mollis liberorum educatio.* Sed hac mater cohibebat tenerum illum amorem, & obfirmabat ſe ad patientiam. 18. quia triſtitia & dolor ſiccant oſſa; itaque in tormentis poſiti ſitiunt. Neque hoc affectu Salvator noſter caruit, dicens in cruce, Joh cap. 19. *Sitio*, quanquam illud *ſitio* aliud ſignificabat. 19. irata in filium, quod videbatur cedere atque vinci tormentis. 20 à longe, ſicut ſupra: *cominus*, prope. 21. H. *eminus triſti intuens vultu) triſte intuens* Ambroſ. Oxonius & Nomſius. Et ſic potiores Weitziani, in Rottendorphio & tribus Torrentianis *triſtem tuens. triſtem intuens* in Cauchiano. ipſe Cauchius *triſti.*

Ætas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis 4 mella ſumſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud 5 nitere, ô fortis puer,
Generoſa proles 6 matris & potentia.
Omnes capaces eſſe virtutum 7 Pater
Mandauit annos: neminem excepit diem,
Ipſis triumfos annuens 8 vagitibus.
9 Scis, ſæpe dixi, cùm 10 docenti 11 alluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,
Iſac fuiſſe paruulum patri unicum:
Qui, cum immolandus aram & enſem cerneret,
Ultro 12 ſacranti colla præbuerit ſeni.
13 Narrare & illud nobile ac memorabile

refecta poculis amaris ſangvinis; mox deinde refecta poculis dulcibus ſumſit. 4. I. dulcedines. 5. conare. 6. Æ. ſic Virg. Æneid. 1. ad Cupidinem filium loquitur; *Nate mea vires, mea magna potentia ſolus.* Simile eſt illud Geneſ. cap. 48. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.* 7. Deus omnipotens, juxta illud: *Cani hominis, ſapientia illius.* 8. infantibus: ut de innocentibus dixit. I. adhuc vagientibus. 9. Æ. alterum exemplum adducit de Iſaac immolando, ex Geneſ. cap. 22. 10. mihi. 11. quaſi per ludum verba mea redderes. Vig. 7. Æneid, *Nec plum alludens*, quod Servius exponit, *ad reſponſum verba componit*, unde ſubdit, *& garrulorum ſigna verborum dares.* Nam pueri non exacte proferunt, quæ audiunt à docente. 12. ſacrificari volenti Abraham Patri ſeni. 13. tertium affert exemplum de ſeptem Machabæis, ex ſecundo Machabæorum volumine.

Certamen, unâ matre quod ſeptem 14 editi
Geſſere pueri, ſed tamen facti viri:
Hortante eâdem matre, in 15 ancipiti exitu
Pœna & corona ſanguini ut ne 16 parcerent.
Videbat ipſos adparatus 17 funerum
Præſens ſuorum, nec movebatur parens,
Lætata quotiens aut olivo. 18 ſtridula
Sartago frixum torruiſſet 19 puberem,
Dira aut crepaſſet 20 laminarum impreſſio.
Comam cutemque verticis revulſerat
A fronte tortor, 21 nuda teſta ut tegmine
Cervicem adusque 22 dehoneſtaret caput.
Clamabat illa; Patere, gemmis veſtiet

ne, cap. 7 ubi latisſimè ponitur hiſtoria. 14 I. formati. 15. Æ. quia forte illi defeciſſent, ſi mater illos non fuiſſet exhortata. 16. imò ſangvinem effunderent. 17. aut funerum, quæ ſui filij ſuſtinebant; aut quod illorum mortes erant ſua mors 18. ſtridens; cum in ea frigitur aliquid; & hoc mortis genere obijt ex Machabæis primus. 19 I. puerum. pubis & puber, puberis facit, de puero. 20. Æ. *lamina* candens capiti impreſſa; ſed hoc non legitur in Machabæorum libro; ſed quod ſequitur, videlicet quod ſecundo ex Machabæis tortor detraxit capitis cutem, relicto cranio cute nudo; & eſt ordo, *tortor revulſit cutem verticis à fronte.* 21 tegmine nudata usque ad cervicem, ita ut dehoneſtaret, i. deformaret caput, tegmine detracto. 22. I. deturparet. 23. H. *Apicem corona*) *apicem hunc* noſtri. aliter Weitzius, 24. I. decoratum. 25. Æ. corona, quæ Regum eſt inſigne.

26 hoc

23 Apicem 24 hunc corona regio ex 25 diademate.

26 Linguam tyrannus amputari juſſerat
Uni ex ephebis. mater ajebat: 27 Satis
Jam parta nobis gloria eſt: pars 28 optima
Deo immolatur ecce noſtri corporis:
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia.
29 Interpres animi, enuntiatrix ſenſuum,
1 Cordis miniſtra, 2 præco operti pectoris.
Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit 3 redemtrix prima membrorum omnium,
4 Ducem 5 dicatam mox ſequentur cetera.
His 6 Machabæos incitans ſtimulis parens,
Hoſtem ſubegit ſubjugatum 7 ſepties,
Quot feta natis, tot triumfis inclyta:
Me partus unus ut 8 feracem gloria,

26. hoc Antiochus juſſit fieri ex Machabæis tertio. 27. I. multum. 28. Æ. lingva, cujus laudes ex officio proſequitur. 29. nam ut Horatius in Poëticâ arte ſcribit:

Poſt effert animi motus interprete lingva.

1. eorum, quæ corde concipiuntur. 2. quaſi *præco* ſit nomen commune duorum generum, dixit *lingva præco.* 3. animæ. 4. præviam & omnium primam. 5. Deo conſecratam. I. *dicata)* conſecrata. 6. Æ. ſic Græcè appellarunt, quos vocant Hebræi *Aſmonaim.* Interpretatur autem *Machabæus* pugnator. nam *mache* eſt pugna, & *machome* pugno. 7. nam toties de Antiocho triumphavit mater illa cum filijs victoribus. I. pro martyrio VII. filiorum. 8. fecundam & portatricem: Æ. fer-

Mea vita, præſul, in tua eſt ſitum manu.
Per hujus 9 alvi fida 10 conceptacula,
Per 11 hoſpitalem menſe bis quino larem;
Si dulce noſtri pectoris 12 nectar tibi,
Si molle 13 gremium, grata ſi 14 crepundia;
15 Perſiſte, & horum 16 munerum auctorem 17 adſere.

Æ. fertilem & ſecundam. 9. adjuratio eſt. 10 uterum, ſive loculos, ubi concipiuntur infantes H. *contemptacula* in Thuaneo â manu primâ i. contentacula. 11. Æ. uterum, in quo diverſatus es per menſes decem ſc. inchoatos; de quibus autores ſæpe faciunt mentionem. Virg.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

12. ſac. Virg. 4. Æneid.

Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
Dulce meum.

13. in quo te ſæpe ſuſtinui. 14. amuleta & ludicra, quæ ſolent infantibus appendi; nonnunquam incunabula & panni, quibus involvuntur. Dicuntur autem *crepundia* â crepitu, unde etiam *crepitacula*; de quibus Martialis in diſticho, cujus lemma eſt, *crepitaculum*:

Si tibi plorator de collo vernula pendent,
Hæc quatiant tenerum garrula ſiſtra manu.

15. eſto conſtans & perſeverans. 16. tantorum bene-

Quanam arte nobis vivere intus cœperis,
18 *Nihilumque, & illud, unde corpus, neſcio:*
Novit 19 *animator ſolus & factor tui.*
20 *Impendere ipſi, cujus* 21 *ortus* 22 *munere es:*
Bene in datorem, 23 *quod dedit,* 24 *refuderis.*

Talia canente matre jam lætus puer
Virgas 25 *ſtrepentes, & dolorem* 26 *verberum*
Ridebat, hic tum 27 *cognitor pronunciat:*
Claudatur infans carcere, & tanti mali
Romanus auctor torqueatur acriùs.

Illum recentes per 28 *cicatricum vias*

beneficiorum, quanta nobis contulit, ſc. animum, corpus, vitam: unde ſubdit, *quánam arte.* ordo & ſenſus eſt: Ego neſcio quâ arte, i. quomodo, cœperis vivere nobis intus, i. cum te geſtarem intra viſcera, quomodo ex inanimi intus ſis animatus. 17. adſertor eſto & profitere. I. adfirma. 18. quia ex nihilo Deus corpus format. Æ. non nihilum; quia eſt aliquid ſemen virile & menſtruum muliebre, unde eſt hominis corpus; nam anima â Deo infunditur. 19. Deus ſcit, ego neſcio. Si igitur, quod vivis, quod ſpiras, hoc totum Dei eſt: impendere ipſi. 20. ſubaudi, decet; ut Virg. 1. Æneid. *mene incepto deſiſtere victam.* 21. vivis. 22. beneficio. 23. vitam. 24. reddideris. I. pro, refunde. 25. Æ. ſonantes, cum cædebatur puer. 26. H. *& doloris vulnerum) & dolorem verberum* ſcripſi cum Aldo. 27. Æ. judex, qui de cauſa cognoſcebat. I. judex, qui res cognoſcendo dijudicat. 28. Æ. per cicatrices ad-

 huc

Demum 29 exarabant, quaque 30 acutum traxerant
Paullò ante ferrum, mox 31 recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur 32 notas;
33 Quos jam ſuperbus 34 victor 35 ignavos vocat.

O non virile robur, ô molles manus!
Unam labantis diſſipare tam diu
Vos non 36 poteſſe fabricam corpuſculi!
Vix jam 37 cohæret: nec tamen penitus cadit.
Vincens 38 lacertos dexterarum 39 inertium.
40 Citius cadaver dentibus carpunt canes,
Longeque morſus vulturum 41 efficacior
Ad devorandas carnis 1 offas mortuæ.
2 Langueris imbelli fame ac 3 fatiſcitis:

huc recentes. 29. ungulæ ſulcos excarnificando ducebant. 30. ungulas. 31. recentatis & renovatis. 32. vulnerum ſigna, quæ adhuc non colerant. 33. tortores. 34. I. fortis Romanus. 35. pigros. 36. Æ. pro. poſſe. Lucretius:

Quod ſi fortè aliquis credit graviora poteſſe
Corpora.

37. ſc. corpuſculum. Virg. in Bucol. *Vix oſſibus hærent.* 38. I. brachia. 39. Æ. languentium & debilium ad infligenda verbera & plagas. 40. ſubaudi, quam vos corpus hoc meum laceratis. 41. I. valentior. 1. morſus. 2. Æ. cupitis excarnificare, & deſunt vobis vires. 3. deficitis & feſſi eſtis. unde *defeſſus* à defatiſcor deducitur participium, Priſciano

Gula eſt 4 *ferina, ſed* 5 *ſocors edacitas.*
Exarſit 7 *iſtis turbida ira Judicis,*
Seque in ſupremam 8 *concitat ſententiam:*
Si te 9 *motuum pœnitet; finem citum*
Subeas licebit ignibus vombere
10 *Damnatus, &* 11 *favilla jam tenuis fies.*
Abiens at ille, cum 12 *foro abriperent virum*
Truces miniſtri, 13 *ponè reſpectans ait:*
14 *Apello ab iſta, perfide, ad Chriſtum meum*
Crudelitate, non metu mortis tremens,
Sed ut probetur eſſe 15 *nil, quod judicas.*
Quid 16 *differo, inquit ille, utroſque perdere,*
Puerum ac magiſtrum, 17 *complices ſectæ impiæ?*

Priſciano autore. I. laſſatis. 4. Æ. qualis eſt ferarum 5. ignava rabies edendi. I. ſocordia dicitur pigritia 6. voluntas edendi. 7. verbis. 8. commovet. 9. Æ. vis cito perire. 10. I. morte ſc. ut eum morti traderet. 11. Æ. cremaberis & redigeris in cinerem. H. ſic vetuſtiores, in nonnullis *jam fumans eris.* quomodo ex noſtris Altinius & Rottendorphius, etiam Cauchianus. ſed priorem in *fias* & alibi corripuit, ut hymno VI.83. 12. Æ. ubi judicatus eſt ad ignem. 13. retrò; ſed retro ſuperfluit, quia *reſpecto* per ſe ſignificat retro aſpicio. I. retrò. 14. voco. Homines in judicio poſiti, quibus violentia infertur, ſolent dicere: Appello ſedem Apoſtolicam, vel Regem. Æ. provoco: nam illud proprie eſt *provocare*, quod recentiores appellare dicunt. 15. fruſtra. 16. I. moror, 17. Æ. ſimul ſocii & ſectatores.

18. quia

Gladius recidat vile vix 21 hominis caput
Infantis: iſtum flamma vindex concremet,
Sit his ſub uno fine diſpar exitus.
Perventum ad ipſum cadis implendæ locum,
Natum gerebat mater amplexu & ſinu,
Ut primitivum crederes fetum geri,
Deo offerendum ſancti Abelis 22 ferculo,
Lectum ex ovili 23 puriorem cæteris.
Puerum popoſcit carnifex: mater dedit,
Nec 24 immorata eſt fletibus: tantùm oſculum
Impreſſit 25 unum. Vale, ait, dulciſſime:
Et cùm beatus regna Chriſti intraveris,
Memento matris, jam patrone ex 26 filio.
Dixit: *deinde, dum feris cerviculam*
percuſſor enſe, docta mulier 27 pſallere,
Hymnum canebat 28 carminis Davidici.

18 quia infans homo eſt. ſed imperfectus. 19. in quo infans jugulari & Romanus cremari debebat. 20. infantem mater ferebat jugulandum, eo modo, quo Abel obtulit Deo de primogenitis gregis ſui. Geneſ. cap. 4. 21. H. *gregi* Thuaneus, puto *gregis*. 22. Æ. eſt *ferculum*, quod fertur & in quo aliquid fertur. 23. ait namque ſcriptura; *Abel obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum*. 24. imo ſtatum dedit non flens, ſed læta. 25. H. *udum* Rottendorphius & tres Torrentiani, cum Cauchij excerptis. ſic apud Martial. lib. 8. Ep. 44. & mane ſudas urbis oſculis udus. 26. quia cum ſis mihi filius, illic eris mihi patronus. & eſt caſus vocativi *patrone*, & eſt jungendum *dulciſſime patrone*. 27. Deo laudes. 28. Æ. qui eſt in ordine

CXV.

Pretioſa 29 ſancti mors ſub adſpectu Dei:
Tum ille 30 ſervus, 31 proles ancillæ tuæ.
Talia 32 retexens 33 explicabat pallium,
Manuque 34 tendebat, ſub 35 ictu & ſanguine,
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet 1 globum:
Excepit, & caro adplicavit pectori.
At parte campi ex alterâ immanem pyram
Texebat 2 uſtor fumidus pinu 3 aridâ,
Sarmenta mixtim ſubdita, & feni 4 ſtruem
Spargens liquato rore ferventis picis,
Quo flamma 5 paſta creſceret 6 ferocius.

CXV. Pſalmor. *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* 29. hujus filij mei. 30. ex Pſalmo 122. *ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum: ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* 31. H. *prolis* Ambroſ. & Thuan. vide annotata Cathemerinon hymno VII. v. 162. 32. Æ. canens, ſic Hymnograph. *quæ vox, quæ poterit lingua retexere.* aliàs *retexere* eſt, quod textum eſt, non-textum facere. 33. quo exciperet ſangvinem pueri. I. reſolvebat. 34. Æ. cum explicato pallio. 35. I. ictu & ſangvine globumq. ſpiritum volens recipere filij. 1. Æ. ſangvinis undam conglobatam. 2. qui ſtruebat pyram. 3. quo facilius ignem comprehenderet. 4. cumulum fomitis. 5. quo fomite. 6. fortius. I. acrius.

7 Et jam 8 retortis brachiis furcâ eminus
Romanus actus 9 ingerebatur rogo.
Scio, inquit ille, non futurum, ut 10 concremer:
Nec paſſionis hoc genus datum eſt mihi;
Et reſtat ingens, quod fiat miraculum.
Hæc ejus orſa ſequitur immenſus 11 fragor
Nubis ruentis: nimbus undarum nigro
Præceps aquarum flumine ignes 12 obruit.
13 Alunt olivo ſemiconbuſtas faces;
Sed vincit imber jam madentem 14 fomitem.
15 Trepidare tæter carnifex rebus 16 novis
Turbatus, & qua poſſet arte 17 inſiſtere,
18 Verſare torres cum favillis humidis,
Prunas maniplis 19 confovere ſtuppeis,

7. Æ. ordo eſt: Etiam Romanus actus, i. impulſus. 8. habens brachia retorta ingerebatur. 9. I. immitebatur. 10. H. *ut nunc cremer* Thuaneus. deinde verſu proximo Oxonius & Aldus *hoc genus dictum eſt mihi*. de quo ad Maronem. deinde, *& reſtat ingens* Ambroſ. Thuan. cum Torrentij duobus alijsque nonnullis. non *ſed*. 11. Æ. tonitrus. nam *fragor* proprie dicitur de rebus fractis: ſed quia dicit *ruentis*, poteſt intelligi de fulmine; ſed non ſignificat niſi imbrem de cœlo cadentem. 12. extingvit. 13. ſc. tortores. 14. materiem ignis combuſtibilem. I. nutrimentum: quo ignis incendebatur. 15. bat. Æ. pro, trepidabat. 16. miraculis 17. inſiſtebat. 18. verſabat. I bat. 19. Æ. confovebat, & proprie, nam *fovere* de foco proprie dicitur.

Et 20 ſemen ignis inter undas 21 quærere.
Quod, cum tumenti 22 nuntiatum Judici,
Moviſſet imum fellis inplacabilis:
Quousque tandem ſummus hic nobis 23 magus
24 Inludet, inquit 25 Theſſalarum carmine,
Pœnam 26 peritus vertere in 27 ludibrium?
28 Fortaſſe cervix ſi ſecandam juſſero
29 Flecti ſub enſem, non patebit vulneri:
Vel amputatum plaga collum dividens
Rurſus 30 coibit ac 31 reglutinabatur,
Humerisque vertex eminebit abditus.
Temptemus igitur antê partem 34 quampiam

tur. 20. ſcintillas. 21. pro, quærebat. 22. H. *nunciatum judici moviſſe imum* prob. Ambroſ. Thuan. Cauchianus, & duo Torrentij. 23. Æ. nam magicæ imputat hæc miracula, non divinæ potentiæ. 24. H. *illudit, inquit, Theſſalorum carmine*) *inludet* vetuſtiores duo, ſed & *Theſſalarum* Ambroſianus, eleganter. Theſſalites enim ob artem magicam infames, nihil notius. 25. I. Theſſalia, abundans eſt venenis & herbis, quibus magicam faciunt magici; & ibi multi ſunt magici & incantatores, è quibus Erichtho fuit, ut refert Lucanus. Æ. ubi artes magicæ vigebant; ut eſt apud Lucianum & Apulejum. Lucanus de Necromantica Phormonue dixit: *Theſſalis incubuit membris.* 24. I doctus. 27. Æ. dum punitur, eludere nos. 28. per Ironiam hoc dicitur. 29. pro cædi. 30. conſolidabitur in cicatricem. I. coadunatur. 31. zuſammen gewället. 32. Æ. caput; pars pro toto. I. caput. 33. Æ. extabit. 34. aliam. I. aliquam.

35. Æ.

Truncare ferro corporis ſuperſtitis,
Ne morte 35 ſimpla criminoſus 36 multiplex
37 Cadat, vel una perfidus cæde 38 obpetat:
Quot membra geſtat 1 tot modis pereat volo.
Libet experiri, l tetra ſicut traditur,
Utrum renatis pullulaſcat artubus,
Ac ſe 2 imminuti corporis damnis novum
Inſtauret: ipſe præſto 3 erit tunc Hercules,
Hydrina ſuccus uſtuire 4 vulnera.
Jam nunc ſecandi doctus adſit artifex:
Qui cuncta norit viſcerum 5 confinia,
Vel nexa nervis 6 diſſipare vincula.

35. Æ. ſimplici & unica. 36 multipliciter nocens. 37. H *cadat velat una* Ambroſ. forte *cadetque & una.* 38. l. moriatur 1. Æ. q. d. tot mortibus. 2. *Imminutis corporis damnis*) lege *imminutus*, i. truncatus damnis corporis. 3. præſto; q. d. non aderit. H. *Præſto tunc erit Hercules*) *erit tunc* ſcripti. deinde Ambroſ. & Thuan. *uſtuire* alii nonnulli *uſtum ire*. duo Torrentiani pro diverſa ſcriptura *uſtuare* quod & in Altinio exſtabat. Et Cauchio ex conjectura arriſit. alii aliter. Salmaſius *uſturire* vel *uſtulare* ſed *uſtuire* etiam in Weitzii vetuſtioribus & recte, quod pro *uſtumire* ponitur. ſic *circuire* pro *circumire*, & ſimilia. *hymnire* ſupra habuimus. Videndus de his Antonius Auguſtinus Emend. Juris libro II. cap. 2. *uſtum ire* Giphanius ad Lucretium. 4. Æ. quæ hydræ intulit. nam tandem compreſſis faucibus Hydram exſiccavit & quaſi uſtulavit. 5. juncturas. 6. luxare, convellere & diſtrahere. 7. oſſa

nervis

Date 8 *hunc* 9 *revulſis qui medetur oſſibus,*
Aut fracta 10 *nodis* 11 *farciens compaginat.*
Linguam priorem detrahat radicitus,
Quæ corpore omni ſola vivit nequior:
Illa & procaci peſſima in noſtros Deos
Invecta motu 12 *fas* 13 *profanavit vetus,*
Audax & ipſi non pepercit Principi.
Ariſto 14 *quidam medicus* 15 *accitus venit,*
Proferre linguam præcipit: profert ſtatim
Martyr 16 *retectam, pandit ima & faucium.*
Ille & 17 *palatum tractat, & digito exitum*
18 *Vocis pererrans, vulneri explorat locum.*
Linguam deinde longè ab ore protrahens,
19 *Scalpellum in uſque guttur* 20 *inſerens agit.*

nervis colligata. 8. ſc. Romanum. 9, luxatis. nam qui ſcit dedolare & reſtituere oſſa luxata, poterit facilius illa diſſipare. 10. colligationibus, quod faciunt luxatorum medici & chirurgi. 11. H. *farcians* Thuan. an *Sarcinans*? quod Salmaſio videbatur. 12. Æ. antiquam religionem. nam *fas* dicta eſt, quæ prius dicebatur *themis*. 13. I. corrupit. 14 H. *quendam medicum* in Ambroſiano. tum *accitus* in omnibus noſtris. aliter Weitzius. deinde *pandit ima & faucium* iidem noſtrj. 15. I. advocatus. 16. Æ. apertam. Virg. *radiisque retexerit orbem*. 17. explorans, quomodo poſſit totam linguam abſcindere. 18. Epiglotida, qua vox ex arteria erumpit. 19. ferramentum illud, quo vena pertunditur in ſangvinis diminutione. *Scalprum* quoque reperitur, pro novacula. Marcianus *ſcalpro* dicebat *circumcidi vitia infantibus*

Illo ſecante 21 fila 22 ſenſim ſingula
Numquam momordit martyr aut os dentibus
Compreſſit artis, nec cruorem ſorbuit.
Immotus & patente 23 rictu conſtitit,
Dum ſanguis extrà 24 deſluit 25 ſcaturriens:
Perfuſa pulcher menta ruſſo 26 ſtemmate
27 Fert, & cruenti pectoris ſpectat decus,
Fruiturque & 28 oſtro veſtis ut jam regia.
29 Ergo ratus Perfectus elinguem virum
Cogi ad tacendum poſſe, cum verbis carens
Nil in Deorum 30 blateraret dedecus:

---

poſſe. I. genus ferri, quô medici utuntur. 20. immittens. Inſertare eſt immittere cum aliquâ violentia. 21. Æ. ex quibus compacta eſt lingva. 22. I. tractim. 23. rictus, apertio oris. Æ. ex ore aperto. 24. H. *deſluat* in Rottendorphio & Cauchiano. Cauchius *deſluens ebullit.* quomodo & ſupra v. 552. conjecerat, ſed male. 25. I. ebulliens. 26. rubeo ſanguine. Æ. *ruſſo ſtemmate*) corona, quam ex ruſſo ſangvine eſt conſecutus. *Stemma* namque à *Stephanoo*, quod eſt corono, deducitur. 27. I. ſuffert 28. Æ nam *oſtrum*, h. e. purpura, veſtibus tantum accommodabatur principum, q. d. tam honorificus erit hic ſangvis in veſte Romani, quam purpura in veſtibus Regum. 29. H. ſcripti mira pertinacia, ut & Aldus, *Præfectus ergo ratus*, obnitente metro. 30. *Nil in Deorum oblateraret dedecus*) *blateraret* Thuan. Rottendorph. Altin. & tres Torrentiani. Aldus *oblacteraret*, *oblatraret* Giphanius. ſed *blateraret* probo, quod & in Weitzianis nonnul-

lis

Iubet reduci jam tacentem ac debilem,
Multo loquentis 31 turbine olim territus.
1 Reponit aras 2 ad tribunal denuò,
Et tus, & ignem vividum in carbonibus,
Taurina & exta, vel ſuilla 3 abdomina:
Ingreſſus ille, ut 4 hos paratus perſpicit,
5 Inſufflat, ipſos ceu videret dæmonas.
Irridet hoc Aſclepiades lictor:
Addit deinde: 6 Numquid 7 inclementiùs,
Sicut ſolebas, es paratus dicere?
Eſſare 8 quidvis, ac perora & differe.
Permitto, vocem liberè ut exerceas.
Romanus, alto corde ſuſpirans diu,
Gemitu querelam traxit, & ſic orſus eſt.

lis comparet. produxit & primam in *blaterare* auctor Philomelæ,

Blaterat hinc aries, aſt pia balat ovis.

I. *oblatraret*) latraret. Æ. *oblaterarer*) blateraret. *Blaterare*, inquit Feſtus, *eſt ſtulte & percupidè loqui.* Nonius quoqve multa de hoc verbo. 31. magno impetu & vehementiâ, qua obruebatur antea. 1. I. repromittit. 2. ante 3 pingvedine, de folliculo ſuis. Æ. porcina. Et eſt *abdomen* pingvè illud, quod inteſtinis obducitur. 4. I. tales. 5. Æ. cum non loqueretur in contemtum inſufflavit illos. 6. aliquid. 7. I. durius, furioſius. 8 H. *effare quodvis ac perora & differe*) ita noſtri, niſi quod in iis *quidvis*. deinde iidem cum Aldo & Weitzianis *liberè ut exerceas*, non *exercere te*. Sed aut τὸ *ut* tollendum, ut hiatus relinquatur, aut ſcribendum *te exer-*

Chriſtum loquentis lingua numquam diffuit:
Nec verba quæris quo regantur organo,
Cùm prædicatur ipſe verborum dator.
Qui fecit, ut vis vocis expreſſa intimo
9 *Pulmone, & oris* 10 *torta ſub* 11 *teſtudine,*
Nunc ex palato det 12 *repercuſſos ſonos,*
Nunc temperetur 13 *dentium de pectine,*
Sitque his 14 *agendis* 15 *lingua plectrum mobile:*
Si mandet 16 *idem, faucium ſit* 17 *fiſtulas*

ccas. quod & Salmaſio venerat in mentem. 9. Æ. unde eſt vocis origo interior. 10. repercuſſa. 11. ſub cœlo, i. oris concavitate. I. curvatura. teſtudo, curvatura. ſub teſtitudine ideo dicit, quia uranon Græc. Lat. palatum dicitur, eo quod curvum eſt in ſimilitudine cœli, qui & uranon dicitur. cavitate. 12. H. *palato repercuſſo* Oxonius. Æ. *repercuſſo*) ex teſtitudine oris. 13. nam vox articulata complures literas format inter lingvam & dentes, ut t. d. th. f. u. conſonans de dentibus, vel à dentibus pectinatim coëuntibus. 14. formandis. quod duobus exemplis probat, ſe eo modo loqui, quo, ſi Deus vellet, loqueretur fiſtula, vel cymbalum, & quæ habent ſonos, & non voces articulatas. 15. quia lingva eſt q. plectrum, quod ferit certa loca, ad formandum verba. & puto pro *nunc* untrobique legendum eſſe *nec*, ut ſit ſenſus: qui Deus fecit in me, ut vox expreſſa ex intimo pulmone repercuſſa ad cœlum, nec det ſonos ex palato repercuſſo, nec temperetur de pectine dentium, neque ſit. 16. I. Deus

Spirare flatu concinentes 18 conſono,
Ut verba in ipſis explicent 19 meatibus,
Vel 20 exitu oris cymbala 21 profarier,
Nunc preſſa 22 parcè 23 labra, nunc hiantia:
Dubitaſne 24 verti poſſe naturæ ſtatum,
25 Cui facta 26 forma eſt qualis eſſet primitùs?
Hanc 27 nempe factor vertere, ut libet, poteſt;
Poſitasque leges 28 texere ac retexere;
Linguam loquela ne miniſtram 29 poſtulet.
Vis ſcire noſtri Numinis potentiam?
Fluctum liquentis æquoris 30 preſſis pede:
Natura 31 fluxa ac tenuis in ſolidum 32 coit,
Quam 33 diſpar illis legibus, 34 queis condita eſt!

Deus. 17. ſicut lingva. 18. convenienti. 19. Æ. fiſtulis, q. arteriis. 20. H. idem Oxonius, *vel in exitu oris.* I. *exitum*) ſonitum. 21. loqui. 22. moderate. 23. Æ. ut in prolatione b. p. ph in literis nunc hiantia, ut in aliis literis, q. d. ita poſſent loqui cymbala & fiſtulæ, perinde acſi haberent inſtrumenta, quibus formantur literæ & voces articulatæ. 24. mutari ab illo. 25. à quo. 26. oris figura. 27. I. certe. 28. ordinare. Æ. ponere ac tollere, ſic Virg. 6. Æneid. *leges fixit atque refixit.* 29 deſideret; quia poteſt facere, ut ſine lingva quis loquatur. I. indigeat, 30. Æ. quo pacto abſente Salvatore diſcipuli obruebantur undis, ad quos per fluctus venit; ex Matth. cap. 14. 31. qualis eſt aquæ. 32 condenſatur ut ſuſtinere poſſit, ne cedat ponderi. I. coadunatur 33. multum. Æ. contraria. 34. pro quibus puta, *quod ſit natabilis; nunc autem ſub Chriſto*

35 *Solet natatum ferre, fert veſtigia.*
Habet uſitatum 36 munus hoc divinitas.
Quæ vera nobis colitur in Chriſto & Patre,
Mutis loquellam, 1 percitum claudis 2 gradum,
Surdis fruendam reddere 3 audientiam,
Donare cæcis lucis inſuetæ diem.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat,
Vel ipſe tute ſi parum fidelis
4 *Rebare pridem, vera cognoſcas licet :*
Habes loquentem, cujus amputaveras
Linguam : probatus 5 cede jam miraculis.
Horror ſtupentem perſecutorem ſubit :
Timorque & ira pectus in caliginem
6 *Vertêre : neſcit, vigilet anne ſomniet :*
Miratur 7 hærens, quod ſit 8 oſtenti genus.
9 *Formido frangit ; armat indignatio.*
Nec 10 vim domare mentis 11 effrena poteſt ; 12

ſuſtinet veſtigia. 35. I. mare. 36. Æ. officium quod facit miracula, ut hoc, quod dixit, & quæ ſequuntur. 1 velocem. alias *percitus* eſt commotus. percitus dicitur velox. 2. I. greſſum. 3. Æ. actum audiendi. 4. I. pro, rebaris. 5. Æ. vincere & dato locum. 6. pro, vertebat; *in caliginem*, i. ignorantiam veri, quia

Impedit ira animum ne poſſit cernere verum.

7. dubitans. Juvenal. *Hæremus, dicet, ipſe*. I. ſtupens, dubitans. 8. monſtri. miraculi. 9. Æ. affectus contrarij in eodem homine. 10. violentiam & impetum. 11. I. indomitæ.

12. Æ.

Nec 12 *quò furoris tela verteret, invenit.*
Poſtremò medicum ſævus inſontem jubet
Reum 13 *citari:* 14 *nundinatum hunc* 15 *arguit,*
Mercede certâ 16 *pactum ut* 17 *colluderet;*
Aut ferrum in ore nil agens & 18 *irritum*
Verſaſſe fruſtra ceu 19 *retunſis ictibus;*
Aut arte quadam vulnus inlatum breve,
Quod ſauciatâ 20 *parte linguam læderet,*
Nervos nec omnes 21 *usquequaque* 22 *abſcideret.*

12. Æ. in quem ſæviat; cum non poſſit in Romanum, 13. in jus vocari. I. vocari. 14. mercatum, locatum pretio. nundinor, mercor. Æ. ad diem certum vocatum. Nam *nundinari* eſt in urbem litis causâ ad certum diem venire, aliquando etiam alijs de rebus. 15. I. nunc. 16. Æ. cum Romano precium faciens. 17. Colluſionem faceret. 18. vanum, nihilque efficiens. 19. *retunſis*) obtuſis & hebetibus. H. *ſeu retunſis tactibus* plerique ſcripti cum Aldo. In Thuaneo â manu primâ, *ſe retunſis actibus.* nec aliter Egmondanus. quod amplector. Altinius, *ſe retunſis tactibus*, pro quo nonnulli *ictibus.* Adi notata Cathem. hymn. IV. v. 77. 20. Æ. & non totâ lingvâ. 21. omni ex parte; aliâs *ſemper*. aliâs *ubique* ſignificat. I. omnimodis, ex omni parte. 22. occideret. H. *usquequaque abſcinderet*) *abſcideret* caſtigatiores. dictum Apotheoſi v. 945. ſed in Aitinio, Nomſio & duobus Weitzianis, *occideret.* ἀρχαϊκῶς pro cæderet. mox *vocis armoniam probe* Ambroſ. & alii quidam.

23 Manere ſalvam vocis 24 harmoniam 25 probè,
26 Non poſſe inani concavo verba exprimi,
Quæ 27 concrepare 28 ligula moderatrix facit.
Eſto, ut reſultet ſpiritus vacuo 29 ſpecu:
30 Echo ſed exſtat inde, non 31 oratio.
32 Veris 33 refutat medicus hanc 34 calumniam,
35 Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
Intuque dentes curioſum pollicem
Circumfer, hauſtus vel 36 patentes inſpice,
37 Lateatne quidquam, quod regat 38 ſpiramina.

23. Æ. ſubdaui, judex dicebat non poſſe & non poſſe iterum verba exprimi in oris concavitate ſine lingua, quæ moderatur, verba. 24. I. conſonantiam. 25. *proba*) bonæ. 26. ſc. putabat ille. 27. ſonare. 28. H. *lingua moderatrix facit*) *ligula* probe Ambroſ. & Thuaneus, quo & duo Weitziani alludunt, in quibus *lingula ligula* diminutivum à *lingua*, deinde *Echo ſed exſtat* non *exit*, noſtri omnes cum Aldo. 29. I. antro: eo quod ibi lateat lingva veluti in ſpecu. Æ. concedamus, quod erumpat vox aut ſpiritus, non tamen articulatus. *Vacuo ſpecu*) ex ore vacuo & thorace. 30. per repercuſſionem, unde generatur *Echo*. 31. quæ conſtat vocibus articulatis. 32. I. verbis, probamentis. 33. abnegat. 34. Æ. falſam criminationem. 35. I. ô judex. 36. Æ. partes, per quas haurimus cibum potumque 37. I. utrum. 38. Æ. formet voces in verba, quod eſt linguæ

39 Quamquam ſoraſſem fortè ſi puncto 40 levi,
Tenuive lingvam contigiſſem vulnere;
Titubante 1 plectro 2 fatus eſſet debilis.
Nam, cum 3 Magiſtra vocis in vitium 4 cadit,
Uſus, neceſſe eſt 5 & loquendi intercidat.
Fiat 6 periclum ſi placet, cujusmodi
7 Edat querellam quadrupes lingvâ 8 erutâ,
Elingvis & quem porca grunnitum ſtrepat,
9 Cui vox 10 fragoſa, clamor eſt 11 inconditus:
Probabo mutam nil ſonare 12 ſtridulum,
Teſtor 13 ſalutem Principis, me ſimplicè
Functum jocantis arte, Judex optime;
Serviſſe juſſis absque fraude publicis.

lingvæ officium. 39. *l.* quamvis. 40. Æ. punctura modica. 1. lingvâ Cic. 2. de natura Deor.

Plectri ſimilem lingvam noſtram ſolent dicere.

2. loquela, à *faris* vel *fare.* 3. lingva, 4. Æ. i. vitiatur & læditur. 5. H. *ut loquendi intercidat*) *& loquendi* noſtri cum Aldo rurſus, niſi quod in Altinio *eloquendi.* 6. Æ. experimentum, Terentius:

Fac periculum in literis, fac in palæſtra.

l. inquiſitio, ſac probamentum. 7. proferat. 8. Æ. evulſa, 9. l. à qua. 10. ſc. clamat, Æ. horrida & aſpera; ſed ſi elingvis fiat, nullam habebit omnino. 11. inarticulatus. 12. non modo non emittet vocem, ſed neque ſtridorem quidem. l. pro ſtridulè. 13. Æ. ſic jurare conſueverunt ſubdit.

Sciat hic, quis illi verba 14 ſuggillet DEUS:
Ego, unde mutus ſit 15 diſertus, neſcio.
16 His ſeſe Ariſto purgat, at contra impium
Nil hæc 17 latronem Chriſtianorum movent:
Magis magisque fertur in 18 vaſaniam:
19 Quærit, alienus ſanguis ille adſperſerit
Virum, ſuone fluxerit de vulnere.
Reſpondit his Romanus: 20 Eccum, præſto ſum:
Meus iſte ſanguis verus eſt, non 21 bubulus:
22 Agnoſcis illum, quem loquor, miſerrime
23 Pagane, veſtri ſanguinem ſacrum 24 bovis,
Cujus 25 litum cæde 26 permadeſcitis?

Per vitam & per genium Principis.

14. forte *ſuggerat* i. ſubminiſtret: quia ſuggillare aliud eſt. I. pro ſumminiſtret. H. *ſuggerat* in Ambroſiano, quod & marginem editionis Giſelinæ occupavit. nil auſim immutare, etſi *ſuggerat* Cauchius quoque ex conjectura. 15. I. diſtincte loquens. 16. ſc. ubi. 17. Æ. perſecutorem & carnificem. 18. I. pertinaciam. 19. H. *quærio num alienus ſanguis illum adſperſerit*) alij aliter. ſed Ambroſ. Thuan. Altin. Cauchian. & Rottendorphius probe, *quærit, alienus ſanguis ille*, tum *fluxerit*, non *effluxerit*, & *eccum præſto ſum*, non, *ecce*, noſtri. 20. I. pro, ecce, 21. Æ. à bove profuſus. 22. ſc. bubulum ſangvinem, & quod non eſt hic bubulus, ſed meus. 23. non initiate ad Chriſtianorum ſacra, ſed profane, & eſt translatio ſumta ex eo, quod omnis homo aut miles eſt, aut paganus. 24. quem vos ſacrificare conſveviſtis. 25. in ſacrificio effuſo bovis ſangvine. 26. I humeſca-

Summus Sacerdos nempe ſub terram 27 ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur,
28 Mitra 29 infulatus, feſta vittis 30 tempora
Nectens, coronâ tum 31 repexus aureâ,
Cinctu 32 Gabino ſericam 33 fultus togam. 10 &c.

mefactatis H. *promadeſcitis* in Thuaneo. Verbum inſolens, ſed ſcribendum eſt *prò madeſcitis*, quod eſt exclamantis. *prò* non *proh*. ſcribebant veteres. 27. Æ. videtur ſignificare Terentina ſacra, quæ fiebant Romæ in campo Martio, in loco, qui dicebatur Terentos; in quo erat ara Diti Patri ſacra, pedibus viginti ſub terrum defoſſa; ſacrificabatur autem bos nigra. 28. H. *mire infulatus*) *Mitra* tres Torrentiani, Cauchianus, ac Rottendorphius. Et hoc bene. tum *vittis tempora nectens* noſtri. Et *repexus* in Thuaneo, Oxonio & Rottendorphio. In Ambroſiano, *coronatum repexus auream*. ſcribe *coronam tum repexus auream*, ut ſit Græciſſimus. τὸ *repexus* in Oxonio bene explicatur, i. *ornatus*. de quo nos ad Claudianum Conſulatu Olybrij. fruſtra Giphanius ad Lucretium τὸ *replexus* hic loci aſſertum ivit. Denique *ſericam fultus togam* noſtri omnes, etiam Ambroſianus, non *ruſſeam*. 29. Æ. infula indutum habens caput, quod erat Sacerdotum inſigne, ut nunc eſt *epiſcoporum mitra*. 30. ipſe feſtus & q die feſto ornatus. 31. aut nimium pexus, ut Perſius; *pexus togaque recenti*; aut quod ſacerdoti caput repecteretur, ut turbarentur capilli. Ovid. 3. de arte: *Illa depexa modo eſt*. 32. præcinctus & expeditus. Virg. lib. 7.

Qui-

Tabulis 34 ſupernè 35 ſtrata texunt 36 pulpita,
37 Rimoſa rari 38 pegmatis compagibus:
Scindunt 39 ſubinde vel terebrant 40 aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens 41 hiatibus.
Huc 42 taurus ingens, fronte torvâ & hiſpidâ,
Sertis revinctus aut per armos floreis,

Quirinali lituo cinctaque Gabino.

Et Lucan in. I. *Ritu ſuccincta Gabino.* I. genus veſtimenti. Gabini Romanis vicini fuerunt, â quibus magnam partem ceremoniarum ſumſerunt. 33. fultam habens, Æ. habens togam ſericam. 34. â parte ſuperiori ſcrobis. I. *ſuper*) deſuper. 35. Æ. ſtragulis operta, 36. I. gradus ſcenæ, ſedes vel lectuli Deorum., 37. Æ. ut per rimas, defluat ſaugvis in ſcrobem. 38. pulpiti in modum pægmatis ſuggeſti. *rarum* autem dixit, pro, rimoſum. eſt autem *pagma* machina ex tabulis compacta, quæ rotis impoſita poterat deferri per urbem. Juvenal.

Et pegma & pueros inde ad Velaria raptos.

I. juncturis, pegma h. I. pro junctura aliâs ferrum rotundum, quo ſcenici ludunt. i. theatrales. conglutinationes. & compaginationis. pegma genus machinamenti, quô luditur in theatris. 39. deinde. 40. planiciem tabularum. Æ. pulpiti iſtius planiciem, quam dixit *rimoſam.* 41. foraminibus, per quæ defluat ſangvis. 42. ſacrificandus, &c. qui aram ferebatur ornatus linteo candido, &

Aut 43 impeditis cornibus deducitur:
Nec non & auro frons coruſcat hoſtiæ,
Setasque fulgor 1 bracteatis 2 inficit.
Hic, ut ſtatum eſt immolanda belua,
3 Pectus ſacrata dividunt 4 venabula:
Eructat amplum vulnus undam ſanguinis
Ferventis, inque 5 texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumen, & latè æſtuat.
Tum, per 6 frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber, tabidum 7 rorem pluit:
8 Defoſſus intus quem ſacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubjectans caput,
Et veſte & omni 9 putrefactus corpore.
10 Quin os ſupinat, obvias offert 11 genas,

cornibus auratis, & ſertis ex floribus. 43. I. coronatus. H. *impeditis* ſcripti & Aldus. mox *ſacrata venabula* Thuan. & Nomſius. in aliis duobus *ſacratum venabula.* 1. Æ. ex bracteis auri, quibus eſt inauratus. I. laminis aureis. 2. miſcet. 3. ſc. tauro. 4. *venabulo*) ferrum, quo dividitur pecus aptum venatoribus, i. minor ſecuris, lancea. Æ. *Venabulo*) vel cultro, vel alio ferramento; cum *venabulum* ſit venationi aptum. 5. tabulata, tabulis cotexta, in modum pontis ſublicii, 6. ſangvinis evaporantis. 7. ſangvinem jam corruptum; quia extra venas in modum roris ſparſum. 8. ſc. in ſcrobe, quam dixit. 9. maculatus & tabidus. I. ſordidus H. *putrefactus corpore*) *putrefactus* in Thuaneo probe. nam apud Prudentium prima in *putrefactus* & *putris* ſemper occurrit brevis. 10. ſic meliores libri

cum

Supponit aures, labra, nares objicit,
Oculos & ipſos perluit liquoribus;
Nec jam palato parcit, & linguam rigat;
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam 12 *cadaver ſanguine* 13 *egeſto rigens,*
14 *Compage ab illa Flamines retraxerint;*
Procedit inde Pontifex, viſu horridus;
Oſtentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus 15 *ebrios.*
Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis ſordidum 16 *piaculi;*
Omnes ſalutant atque adorant 17 *eminus;*
Vilis quod illum ſanguis & bos mortuus
Fœdis latentem ſub cavernis 18 *laverint.*
Addamus 19 *illam, vis,* 20 *Hecatomben tuam?*

cum Cauchio. Magnus Scaliger Auſonianis Lectionibus corrigendum cenſet *Cunos ſupinat.* cum in depravatis exemplaribus inveniſſet, *Quinos ſupinat.* accedit Scaligero Gattackerus ad Antoninum de vita ſua. male. Æ. *Quinos ſupinat*) organa omnium quinque ſenſuum erigit, ut ſangvinem excipiat. 11. oculorum palpebras, aut malas. 12. bovis. 13. exhauſto. I. emiſſo. 14. tabula Æ. i. ſcrobe, cui ſuperimpoſitum erat pulpitum ex tabulis compactum. 15. ſangvine madefactos. 16. ſacrificii facti in piaculum, i. purgationem animarum. I. purgationis. 17. Æ. à longe; non audentes accedere propter venerationem ſacerdotis. 18. expiaverit. 19 H. *illam ſi vis* conjectabat Cauchius, ut metro conſulatur;

Centena ferro 21 *cùm cadunt animalia,*
Variáque abundans cæde reſtagnat cruor,
Vix ut cruentis 22 *augures natatibus*
Poſſint meare per profundum ſanguinis.
Sed quid macellum pingue 23 *pulvinarium,*
Quid maximorum lancinatores gregum,
Eviſcerata carne 24 *crudos criminor?*
Sunt ſacra, 25 *quando* 26 *voſmet ipſi exciditis,*
1 *Votivus & cùm membra detruncat dolor.*
Cultrum in lacertos exſerit 2 *fanaticus,*
Sectiſque Matrem brachiis placat 3 *Deam.*

tur; abnuunt ſcripti. 20. Æ. centum boum hoſtiam; de quâ ſæpe Homerus & Juvenalis, *qui promittat Hecatomben*: unde ſubdit *centena ferro*. I. *Eccatonten*) centum, inde Hechatontam, i. centum poteſtates habentem & ideo centum hoſtiæ ei immolabantur. 21. H. *cui cadunt* in Rottendorphio. 22. Æ. ipſi ſacrificuli. 23. ſacrificia templorum reduntantia cruore, q. in macello. *Pulvinaria* autem ſternebantur in honorem Deorum. Cic. 4. Thuſc. *Deorum*, inquit, *pulvinaribus & epulis magiſtratuum*. I. lectiſternium vocat pulvinarium, qui in templo ponabatur, quando augurium quærebant per ſacrificium. 24. ruſticos, pingves. 25. ſiquidem 26. Æ. de ſacerdotibus Bellonæ dicit, qui non alieno, ſed ſangvine ſuo Deæ ſacrificabant, & utrâque manu gladiis ſtrictis armati per urbem efferebantur, & ita vaticinabantur fanatici, i. furibundi. 1. I. qui per votum venit. 2. ſacerdos qui in fano moratur, 3. Berechinthiam. Æ. lego

Deum

Furere ac 4 rotari jus putatur 5 myſticum:
6 Parca ſecandum dextra 7 fertur impia:
8 Cælum meretur vulnerum crudelitas.
Aſt 9 hic 10 merenda dedicat genitalia,
11 Numen reciſo mitigans ab inguine:
Offert 12 pudendum 13 ſemivir donum Deo:
Illam revulſa maſculini germinis
14 Venâ, 15 effluenti paſcit 16 auctam ſanguine.

Deûm pro, Deorum, i. Cybeben, ex Apuleii ſententia, qui tres DeasBellonam Cybelen, Iſidem idem numen eſſe putat. Et Juvenalis eosdem ſacerdotes illis attribuit, cum dicit: *Bellona matriſque Deum chorus intrat.* 4. caput. I. ſe. objectans caput. 5. figuratum. 6. quæ parcit, non ſe incidendo, Æ. *Parus*) parata. H. *parus ad ſecandum*) imo *Parca* cum melioribus noſtris, quos inter Ambroſ. Thuan. & Oxonius 7. I. dicitur eſſe. 8, Æ. divinitatem. 9. gallus, ſacerdos Matris Deorum. 10. ſecanda. Horat. 1. Serm. *Caudamque ſalacem demeteret ferro.* I. abſcindenda. 11. Æ. Deam Cybelen. nam putabant id eſſe ſacrificii quoddam genus, Juvenal.

Mollia qui Samia ſecuit genitalia teſtâ.

12. mentulam virilem. 13. quoniam genitalia amiſit. 14. genitale virile quod venis conſtat Horat.

Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido.

15 H. *effluenti* Thuaneus. puto & *fluenti*. Salmaſius *vena fluente*, mox *frugiridas*, non *ſphrugitidas* conſtanter ſcripti, & *lenibus novaculis*, 16. I. accumu-

Uterque ſexus 17 ſanctitati 18 diſplicet :
Medium retentat inter alternum genus :
Mas eſſe ceſſat, ille, nec fit fœmina.
Felix deorum Mater 19 imberbes ſibi
Parat miniſtros 20 levibus novaculis.

Quid cum 21 ſacrandus accipit 22 ſphragitidas ?
Acus minutas ingerunt fornacibus :
His 23 membra pergunt urere, ut 24 igniverint :
Quamcunque partem corporis fervens nota

cumulatam vel placatam. 17. illi. *uterque*) ironicos dicit. Æ. Deæ ſanctæ nam Gallus neque vir eſt, neque fœmina : unde & *ſemivir* appellatur. 18. I. Eviratum, utrumque genus deſpicit & maſculinum & fœmininum. 19. Æ. aut quia caſtratis decidunt barbæ, unde Juvenalis, *Et deſpernit barba* : aut quia ephebi ad hoc munus eligebantur. 20. *lenibus*) acutis & politis. 21. Sacerdos ille Gallus. 22. medicamenta ex terra ſphragitide, i. ſigillata, quæ valet ad cicatricanda vulnera. Celſus lib. 6.

Paſtillus ad glutinandum vulnus ſphragis nuncupatur.

nam *ſphragizo* eſt ſigillo ſive concludo. 23. genitalia abſciſa. 24. acus illæ fuerint ignitæ ; ſed uſitatius eſt *igneo* vel *ignefio*. I. pinxerint. H. *utque igniverint*) ut igniverint ſcripſi cum Aldo, etiam Giphaniani, nec auſim damnare, ut quartâ

 ſede

25 Stigmarit, hanc 26 ſic conſecratam prædicant.
27 Functum deinde cùm reliquit ſpiritus,
Et ad ſepulcrum pompa fertur funeris;
Partes per ipſas imprimuntur 28 bracteæ:
Inſignis auri lamina 29 obducit cutem;
Tegitur medallo, quod peruſtum eſt ignibus.
Has ferre pœnas cogitur gentilitas.
Hac dî coërcent lege cultores ſuos:
Sic dæmon ipſe ludit hos, quos ceperit.
Docet exſecrandas ferre 30 contumelias,
Tormenta 31 inuri mandat infelicibus.
At noſter iſte ſanguis ex veſtra fluit
Crudelitate: vos tyrannide impiâ
Exulceratis innocentum corpora.
Si vos ſinatis, incruentè vivimus:
At ſi cruentè puniamur, vincimus.
Sed jam ſilebo: 1 finis inſtat debitus;
Finis malorum, paſſionis gloria:

ſede tribrachijs admittatur. 25. Æ. pro ſtigmatizaverit, i. ſtigmate notaverit. 26. H. *hanc ſi* Rottendorphius & Aldus. *hanc ſacratam* Egmondanus, claudicante verſu, fortaſſis *hancce ſic ſacratam*, vel *hancce conſecratam prædicant*. 27. I. defunctum. Fungi, dicimus officium implere, defungi ab officio ceſſare. Defunctus dicitur ab officio vitæ ceſſans. 28. laminæ auri. 29. Æ. operit partem illam, cauterio notatam. 30. I. contumeliæ propriè ſunt verbera & illatæ alicui injuriæ. 31. Æ. per inuſtionem infligi. 1 mors, quæ eſt malo-

2 Jam non licebit, improbe, ut licuit modò,
Torquere noſtra vel ſecare viſcera:
3 Cedas neceſſe eſt victus, & jam 4 deſinat.
Ceſſabit equidem tortor & 5 ſector dehinc,
Judex minatur: 6 ſed peremtoris manus
7 Succedet 8 illis ſtrangulatrix faucium:
Aliter ſilere neſcit oris garruli
Vox inquieta, quam tubam ſi fregero.

Dixit foroque procumbi juſſit virum,
Trudi in tenebras 9 noxialis carceris:
Elidit illic fune collum martyris
10 Lictor nefandus. ſic peracta eſt paſſio:
Anima abſoluta 11 vinculis cælum petit.

malorum finis 2. ſc. poſt mortem: 3. vincaris. 4. ſc. torquere. 5. carnifex, qui ſecat membra. 6. ordo eſt: *ſed manus peremtoris, ſtrangulatrix faucium ſuccedet illis*, ſc. *faucibus*, *quia vox inquieta oris garruli aliter neſcit ſilere, quam ſi fregero tubam*, i. interclusero vocis meatus per ſtrangulationem. 7. H. *ſuccedit* in Ambroſiano *ſuccedat* in Oxonio & Rottendorphio *ſuccedet ille* in Nomſio. 8. I. tortoribus & ſectoribus. 9. Æ quo noxij ſunt clauſi. 10. ſic appellatur conſulis aut prætoris miniſter. 11. corporis; in quibus violenter detinetur ex Platonis ſententia, ad quod alludit Apoſtolus, cum dicit: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Et alibi, *miſer ego, quis me liberabit à corpore mortis*

Geſta intimaſſe cuncta fertur 12 *Principi*
Præfectus, addens ordinem 13 *voluminum,*
Seriemque tanta digerens 14 *tragœdiæ.*
Lætatus omne crimen in 15 *faſtos refert*
Suum tyrannus chartulis 16 *vivacibus.*

Illas ſed ætas 17 *conficit* 18 *diutina,*
19 *Fuligo fuſcat, pulvis obducit* 20 *ſitu,*
Carpit ſenectus aut ruinis obruit:
21 *Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt,*
Nec 22 *obſoleſcit ullus in cælis* 23 *apex.*
Excepit adſtans 24 *Angelus coram* Deo
Et quæ locutus martyr & quæ pertulit:

hujus? 12. Galerio Cæſari, qui hunc Aſclepiadem præfecerat Antiochiæ, 13. per volumina librorum explicatum. 14. nam hæc materia quodammodo tragica fuit. 15. *in faſces*) ſic librorum; vel potius in *annales*, qui à conſulibus nomen accipiebant, quorum faſces erant inſignia cum ſecuribus. H. *in faſces refert ſuum tyrannus*) Cauchius ex conjectura *in faſtos refert ſuos*. 16. I. diu durantibus. 20. Æ. obliterat; quia in actis ſub Galerio non reperitur hujus martyris paſſio. 18. I. longæva. 19. H. *uligo fuſcat*) ſic Cauchian. & Thuan. in cœteris ferè *Fuligo*. 20. I. vetuſtate. 21. Æ. in libro vitæ, de quo in Apocal. & Evangelio Luc. 10. *nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*. 22. obliterabitur; unde *obſoleta* dicuntur deſveta longo uſu. I. deletur. 23. litera. Æ. qui literis Hebræis præſertim imponi conſvevit. 24. ex Evangelio: *Angeli eorum ſemper vident faci-*

em

Nec verba ſolum differentis condidit:
Sed ipſa 25 pingens vulnera expreſſit ſtilo,
Laterum, genarum, pectoriſque, & faucium.

Omnis notata eſt ſanguinis 26 dimenſio,
Ut quamque plagam 27 ſulcus exaraverit,
Altam, & patentem, 28 proximam longam, brevem:
Quæ vis doloris, quive 29 ſegmenti modus,
Guttam cruoris ille nullam perdidit.

Hic in 30 regeſtis eſt liber cæleſtibus,
31 Monumenta ſervans laudis indelebilis,
Relegendus 32 olim ſempiterno Judici:
33 Libramine æquo qui malorum pondera,
Et 34 præmiorum comparabit copias.

em Patris. 25. deſcribens. 26. quantitas. 27. qua ductum eſt ferrum. 28. in cutis ſummitate, ut ſit contrarium ei, quod dixit, *altam*, h. e. profundam. 29. ſectionis; nam à ſeco dicitur *ſegmentum*. 30. in voluminibus, in quibus continentur acta & res geſtæ. Nam corrupte dicitur volumen illud Gregorij, *regiſtrum*. pro, regeſtis. In occultis. Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum librorum, & epiſtolas in unum collectas. Et dictum regeſtum, q. iterum geſtum. Johannes Scotus Regiſtron dicebat. 31. monumentum & monimentum & monimen ſub uno ſenſu ſemper ponuntur. 32. in futuro tempore. 33. pondere. 34. Æ. bonorum, id quod ſequitur pro-

35 Vellem, ſiniſter inter hædorum 36 greges,
Ut ſum futurus, 37 eminus dinoſcerer;
Atque, hoc precante, diceret 38 Rex optimus:
Romanus orat; 39 transfer huc hædum mihi:
Sit dexter agnus; induatur 40 vellere.

pro eo, quod præcedit. 35. H. ſic diſtingvendus hic locus. Dicit optare ſe, ut vel inter hædorum greges ſtatuatur, ſed hac conditione, ut & eminus, qualis erit, dignoſceretur, & Romanus pro ſe oraret, quem â Chriſto exaudiendum fore certo perſvadet ſibi. Fabricius alijque mentem auctoris parum perſpexere. 36. Æ inter peccatores, qui ſiſtendi ad ſiniſtram judicis Matth. 25. 37 â longe me conſpiceret Romanus. 38 l. Chriſtus. 39. H *transfer hunc hædum mihi, transfer huc* in Rottendorphio, rectius, ut puto. Æ. ſc. â ſiniſtra in dextram, & ſit agnus. 40. l. innocentia.

HYMNUS. XI.

De Paſſione Sancti Hyppolyti beatiſſimi martyris. Ad Valerianum Epiſcopum.

INnumeros cineres ſanctorum 1 Romulâ in urbe
Vidimus, ô 2 Chriſte Valeriane 3 ſacer.

1. I. debuiſſet dicere, in Romuleâ: ſed propter metrum, Romula dicitur 2. H. *ô Chriſto Valeriane ſacer*) *Chriſti* membranæ omnes & Aldus, quod amovendum non fuit. Apud Ciceronem, Verrina tertia, *illa inſula eorum Deorum ſacra putatur.* Plinius libro Nat. Hiſt IIX cap. 21. *Feram nomine axin ſacram Libero Patri.* Apud Naſonem,

Ille

4 Inciſos tumulis titulos & 5 ſingula quæris
Nomina? difficile eſt, ut 6 replicare queam.
Tantos juſtorum populos furor impius 7 hauſit,
8 Cùm 9 coleret patrios 10 Troia Roma deos.
Plurima litteralū 11 ſignata ſepulcra loquuntur
Martyris aut nomen, aut 12 epigramma aliquod.
Sunt & 13 muta tamen tacitas claudentia 14 tumbas
Marmora, quæ ſolum 15 ſignificant numerum.
Quanta 16 virûm jaceant congeſtis corpora acervis,
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic, defoſſas mole ſub unâ,
Reliquias memini me didiciſſe hominum:
Quorum ſolus habet 17 comperta vocabula Chriſtus,
Utpote quos propria junxit amicitia.
Hæc dum luſtro oculis, & 18 ſic ubi fortè latentes

Iſſe ſacros Martis ſub juga panda boves.
Verſu proximo denuo ſcripti cum Aldo, bene, *Et ſingula quæris*, non *tu*. 3. I. ſacerdos. 4. ſculptos, vidimus. 5. ſc. ſi. 6. explanare, numerare originem. 7. conſumſit, q. devoravit. 8. quando. 9. colebat. 10. quia à Trojanis ducunt originem. 11. clauſa. 12. ſuperſcriptio. 13. H. *ſunt & multa* &c.) *ſunt & muta* caſtigatiores libri cum Aldo. Tum & *tumbas*. 14. I. ſepulcra. 15. indicant. 16. virorum. 17. recitata. 18. ubi

19 *Rerum apices veterum per monumenta ſequor ;*
Invenio Hippolytum, qui quondam 20 ſchiſma 21 Novati
Presbyter attigerat, 22 noſtra ſequenda negans.
Uſque ad martyrii 23 provectum 24 inſigne, 25 tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicii.
Nec 1 mirere 2 ſenem, perverſi dogmatis olim,
Munere 3 ditatum catholicæ fidei.
Cùm jam vaſano 4 victor raperetur ab hoſte,
Exultante animâ, carnis ad 5 exitium,
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat.
6 *Conſultus, quænam 7 ſecta foret melior,*
Reſpondit : Fugite, ô miſeri, 8 exſecranda Novati

ubique. 19. martyrii. 20. dogma, diſcuſſio, hæreſim, 21. Novatus iſte ſciſmaticus. Nam diſtat inter ſciſmaticum & hæreticum. Sciſma, i ſciſſio. Inde ſciſmaticus, qui à corpore Eccleſiæ aliqua novitate, ſicut iſte, qui dicebat, hominem ſemel prolapſum criminali peccato, nunquam poſſe reſurgere. Hæreticus namque qui ſectam ſuam colit. Hæreſis enim ſecta, videlicet non credens unum Deum eſſe Patrem & Filium, Spiritum Sanctum, ſicut Arrius. 22. I. eccleſiaſtica, Catholicam. Ecceleſiam. 23. ſc. ſirveni, 24. ornamentum. 25. accepiſſe. 1, mireris. 2. Hyppolitum. 3. ſc. eſſe. 4. ipſe. 5. periculum. 6. interrogatus. 7. fides. 8. odioſa, reſpuenda.

9. cre-

Schiſmata 8 catholicis reddite vos populis
Una fides 9 vigeat, 10 priſco quæ condita 11 templo eſt:
Quam Paulus retinet, quamque 12 cathedra Petri.
Quæ 13 docui, docuiſſe 14 piget: 15 venerabile 16 martyr
17 Cerno, quod à 18 cultu 19 rebar abeſſe Dei.
20 His ubi detorſit 21 lævo de tramite plebem,
Monſtravitque ſequi, quà via 22 dextra vocat;
Seque ducem recti 23 ſpretis 24 anfractibus idem
Præbuit, erroris qui priùs auctor erat:
25 Siſtitur 26 inſano rectori, Chriſticolas tunc
Oſtia vexanti per 27 Tiberina viros.
Illo namque die Romà ſeceſſerat, 28 ipſos
29 Peſte ſuburbanos ut 30 quateret populos.
Non contentus humum, 31 celſa intra mœnia Romæ,

9 creſcat in vobis. 10 Chriſti. 11. familia, 12. doctrina, 13. antea. 14. pudet. 15. dignum eſſe. 16. ſc. ego, reciprocum. 17. ſc. modò. 18. religione. 19. æſtimabam, ſperabam vel dicebam. 20. ſc. verbis. 21. avertit ſiniſtro. 22. recta. 23. contemtis. 24. dubietates errorum. 25. præſentatur ipſe Yppolitus. 26. contra inſanum rectorèm. 27. ubi mare intrat Tyberim. 28. H *ipſo* Cauchius. *Ipſo illo die*. 29. I. perſecutione. 30. puniret. 31. H. *Celſa intra*) *Celſa* Aldus & ſcri-

 ptū

32 Tinguere juſtorum cædibus aſſiduis.
33 Janiculum cùm jam madidum, 34 Fora, 35 Roſtra, 36 Suburam
Cerneret 37 eluvie ſanguinis adfluere 38
Protulerat rabiem 39 Tyrrheni ad litoris 40 oram,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices, & conſtipata ſedebat
Officia, extructo celſior in ſolio.
Diſcipulos fidei, deteſtandique rebelles
41 Idoli 42 ardebat dedere 43 perfidiæ.

pti caſtigatiores. mox iidem, *eluvie ſanguinis adfluere* non *effluere.* 32. l. fluxu. 33. illum montem. domum, l. montem. 34. loca. fora, fori, forum & fores ita diſtingvuntur. Fora, exercendarum litium, locus, â fando dicta. Forum mercatorum, quod foris habeatur. Fori, latera navium concava. â ferendis oneribus dicta: vel fori, loca, ubi uva calcatur. Fores, januæ, quæ, foras revolvuntur; ſicut valvæ, quæ intus. 35. loca, ubi roſtra de ære Antoniarum navium Romæ poſita ſunt: dicta quod bello Punico captis navibus Carthaginenſium roſtra ablata ſunt, & in foro Romano præfixa, ut eſſent hujus inſigne. 36. loci nomen in Roma, ubi nova coria parantur. vel ſubura, regio Romæ, ubi publicus conventus fieri ſolebat. 37. ſorde vel putredine. 38. abundare. 39. Tuſcani, Tyberini. 40. finem. 41. ſervitus idolorum, officium idolorum. 42. furebat. 43. idoli-

Carcereo crinitus 44 ſitu ſtare agmina contrà
Juſſerat, 45 horrendis 46 excrucianda modis.
47 Inde catenarum tractus, hinc 48 lorea 49 flagra
50 Stridere, virgarum 51 concrepitare fragor.
52 Ungula fixa cavis coſtarum 53 cratibus altos
1 Pandere ſeceſſus, & 2 lacerare jecur.
Ac jam laſſatis judex tortoribus ibat
In furias; 3 caſſa 4 cognitione fremens.
Nullus enim Chriſti ex famulis per mille repertus
Suppliciis, auderet qui vitiare animam.
Inde furens 5 quæſtor ait: Jam, tortor, ab 6 unco
Deſine: ſi vana eſt 7 quæſtio, morte 8 agito.
Huic abſcide caput: Crux illum 9 tollat in auras,
10 Viventesque oculos offerat alitibus:
Hos rape præcipites, & vinctos 11 conjice in ignem:
Sit 12 pyra, quæ multos devoret una reos.

idolicæ. 44. ſqualore. 45. H. *horrificis* Rottendorphius. 46. I. vexanda 47. poſtea. 48. ex loris facta. 49. flagella. 50. pro, bant. 51. pro, bat. 52. genus tormentorum. 53. coſtis vel juncturis. 1. pro. bat. ſc. cœpit. 2. pro, bat. 3. in vanum. 4. pœnâ. 5. judex. 6. ungula. 7. pœna, judicium, caſtigatio. 8. facito. Imperativus. H. *agita* Nomſius. Deinde potiores *huic abſcide caput*, non *abſcinde*. quomodo & Cauchius. dictum Apotheoſi v. 945. 9. I. elevet. 10. opertos. 11. projice. 12. rogus.

13. ſc.

13 *En tibi, quos properes rimoſa imponere cumbæ,*
P. llere & in medii ſtagna profunda freti.
Quos ubi ſuſceptos rapidum 14 *maleſuta per æquor*
15 *Vexerit, & tumidis* 16 *caſa* 17 *labarit aquis;*
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant undique naufragium.
Squamea cœnoſo præſtabit ventre ſepulcrum.
Belua, conſumtis cruda cadaveribus.

Hæc 18 *perſultanti celſum ſubitò antè tribunal*
Offertur 19 *ſenior nexibus* 20 *implicitus.*
Stipati circum juvenes clamore fremebant,
Ipſum Chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret exſtinctum properè caput, omnia vulgi
Pectora Romanis ſponte ſacranda Deis.
Inſolitum leti poſcunt genus, 21 *& nova pœna*
Inventa, exemplo quo trepident alii.
Ille ſupinatâ reſidens cervice, Quis, inquit,

13. ſc. ſint. 14. carina, male vincta. 15. navigator. 16. percuſſa. 17. natat. H. *lavarit aquis) labarit* exſcriptis. Monuit ad Lucretium Giphanius, qui etiam *rabidum æquor* malit verſu ſuperiore, ſed *rapidum* præter Aldum, Thuan. Oxon. Rottendorph. aliique complures. *Caſa levarit* codex Cauchii. 18. I. cum quadam arrogantia dicenti. 19. Hyppolitus. 20. ligaminibus ligatus. 21. H. *& nova pœna eſt inventa)* codices pleriq; verbum ſubſtantivum non habent, ſed vere duo Torren-

Dicitur? 22 adfirmant dicier Hippolytum.
23 Ergo ſit 24 Hippolytus: quatiat turbetque 25 jugales,
Intereatque feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille: duo cogunt animalia, freni
Ignara, inſueto ſubdere colla jugo:
Non ſtabulis 26 blandive manu palpata magiſtri,
Imperiumque equitis antè ſubacta pati:
Sed campeſtre vago nuper pecus è grege captum,
Quod pavor indomito corde ferinus agit.
Jamque reluctantes ſociarant vincula 1 bigas,
Oraque diſcordi fœdere 2 nexuerant.
Temonis vice funis ineſt, qui terga duorum
Dividit, & medius tangit utrumque latus,
Deque 3 jugo in longum ſe poſt veſtigia retrò
Protendens trahitur, tranſit & 4 ima pedum.
[5 Hujus ad 6 extremum, ſequitur quà pulvere ſummo
Cornipedum refugas 7 orbita trita vias,
Crura viri innectit laqueus, noduque tenaci
Adſtringit 8 plantas, cumque 9 rudente ligat.
Poſtquam compoſito ſatis inſtruxere paratu

Torrentiani, *& nova pœna inventa.* 22. I. reſpondent, 23. H. non ſollicitanda fuit à Weitzio hæc ſcriptura, quam libri omnes caſtigatiores exhibent. Giphanius tamen *agitet* malebat, quod ſolus ex noſtris Oxonius à manu prima agnoſcit. 24. I. i. equinus. 25. equus. 26. H. *blandave* codex Cauchianus. 1. I. equos. 2. ligaverant. 3. fune. 4. ſummitatem pedum. 5. ſc. funis. 6. ad extremitatem. 7. rotæ. 8. pedes. 9. fune novo. 10. H.

ver

Martyris ad pœnam verbera, vincla, feros:
Inſtigant ſubitis clamoribus atque flagellis,
11 *Iliaque infeſtis perfodiunt ſtimulis.*
Ultima vox audita 12 *ſenis venerabilis hæc eſt:*
13 *Hi rapiant artus; tu rape, Chriſte animam.*
Prorumpunt 14 *alacres,* 15 *cæco & terrore feruntur,*
Quà ſonus atque tremor, quà furor 16 *exagitant.*
17 *Incendit feritas, rapit impetus, & fragor urget:*
Nec curſus volucer mobile ſentit 18 *onus.*
Per ſilvas, per ſaxa ruunt; non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppoſitus cohibet.
Proſternunt ſepes, & cuncta obſtacula rumpunt:
19 *Prona* 20 *ſragoſa petunt;* 21 *ardua tranſiliunt.*
Sciſſa 22 *minutatim labefacto corpore* 23 *fruſta*
Carpit ſpinigeris ſtirpibus 24 *hirtus ager.*
Pars ſummis pendet ſcopulis, pars ſentibus hæret:

verbera, vincla, feras) *feros* quinque ex noſtris. bene. Et id Giphanius ad Lucretium fuerat amplexus. I. equos. 11. latera. 12. Hyppoliti. 13. ſc. equi. 14. læti. 15. H. ita noſtri Giphanus ex ſuis malebat *cæco & errore*. Weitzius *& cæco errore*. Nos vetuſtioribus adhæremus. 16. I. agunt. 17. ſc. eos. 18. corpus martyris. 19. humilia. 20. aſpera. 21. montes. 22. particulatim. 23. particulas. 24. horridus. 25. ſangvinis illius. 26. depi-

25 Parte rubent frondes, parte madeſcit humus.
26 Exemplar ſceleris paries 27 habet 28 illitus, in quo
Multicolor 29 fucus 30 digerit omne nefas.
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris,
31 Effigians tracti membra cruenta 32 viri.
33 Rorantes 34 ſaxorum 35 apices vidi, optime Papa,
Purpureaſque notas vepribus impoſitas.
Docta 36 manus virides imitando effingere 37 dumos
1 Luſerat è minio 2 ruſſeolam ſaniem.
Cernere 3 erat, ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos ſparſa jacere 4 ſitus.
5 Addiderat 6 caros, greſſu lacrimiſque ſequentes,

26. depictum. 27. retinet. 28. pictus. 29 malitiæ color. Hîc pictura. Fucus herba, unde tingvuntur veſtes. Undè in omnibus rebus, ubi rei veritas obducitur, fucus dici poteſt, 30. ordinat, componit. 31. ſignificans, conformans. 32. Hippoliti. 33. ſc. quaſi. laus picturæ. 34. in pictura. 35. ſummitates. 36. pictoris. 37. depingere ſpinas. 1. ludendo depinxerat. H. *luſerat & minio* / è *minio* Thuaneus. Mox idem, ut & Torrentiani duo cum Altinio, *devia quo fractum.* Tum *oculis lacrimantibus* non *rimantibus* Torrentiani bini cum Cauchiano. 2. i. rubicundam. 3. cerni poterat ſc. in pictura. 4. loca aſpera. 5. pictura. 6. propin-

Devia qua 7 fractum ſemita monſtrat iter,
Mœrore attoniti atque oculis 8 rimantibus ibant:
Implebantque ſinus viſceribus 9 laceris.
10 Ille caput niveum complectitur, ac 11 reverendam
Canitiem molli 12 confovet in gremio.
13 Hic humeros, truncaſque manus, & brachia & ulnas,
Et genua & crurum fragmina nuda 14 legit.
Palliolis etiam 15 bibulæ ſiccantur 16 harenæ,
Ne quis in 17 infecto pulvere 18 ros maneat.
Si 19 quis & in 20 ſudibus recalenti adſpergine ſanguis
Inſidet, hunc 21 omnem ſpongia preſſa rapit.
Nec jam denſa ſacro quidquam de 22 corpore ſilva
Obtinet, aut plenis fraudat ab 23 exſequiis.
Cumque 24 recenſitis conſtaret partibus ille,
Corporis integri qui fuerat numerus;
Nec purgata aliquid deberent avia toto,
Ex homine exterſis frondibus & ſcopulis,

pinqvos. 7. curvum. 8. inveſtigantibus, 9. laceratis. 10. ſc. ſinus. 11. venerabilem. 12. nutrit vel protegit. 13. alter. 14. colligit. 15. à bibendo. 16. ab ariditate. 17. corrupto, ſordido, mixto, interſo. H. ſic vetuſtiores. Alij *in intacto*. Cauchianus cum Torrentij duobus & Oxonio *in intacto*. 18. I. ſangvis. 19. aliquis. 20. ſpinis palis. 21. ſangvinem. 22. Hyppoliti. 23. non humaretur corpus. 24. renumeratis, inventis.

25. ex-

25 Metandus eligitur tumulo locus : 26 Oſtia linquunt :
Roma 27 placet ſanctos quæ teneat cineres.
Haud 28 procul extremo culta ad 29 pomœria vallo
Merſa latebroſis cripta 30 patet foveis.
31 Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per 32 anfractus luce latente docet.
Primas namque fores 33 ſummo tenus 34 intrat 35 hiatu,
Inluſtratque dies 36 limina veſtibuli.
37 Inde 38 ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox 39 obſcura, loci per ſpecus ambiguum
Occurrunt celſis immiſſa foramina tectis,
Quæ 40 jaciant claros antra ſuper radios.

25. exquirendo, ponendo. 26 Tyberina, portas januas 27. eligitur 28. non longe, à Roma. 29. prope murum. pomœrium hic pro viridario. Alio loco, locus ſecretus moro cinctus. Et dicitur pomœrium q. poſt murum. 30 H *latet foveis*) *patet* Aldus & ſcripti recte cum mox ſubſequatur *luce latente* Infra

Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe catervis
Haud dubium eſt, amplâ fauce licet pateat.

Nec male Rottendorphius *cavernoſis foveis*. 31. ſcriptæ. 32. cocleas. 33. à ſummo. 34. lux. 35. apertione 36. introitum porticus vel criptæ. 37. deinde. 38. ſc. itur. 39. tenebræ. 40. H. *quæ*

41 *Quamlibet 42 ancipites texant hinc inde receſſus,*
Arta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
1 Crebra terebrato 2 fornice lux penetrat.
Sic 3 datur abſentis per ſubterranea Solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui.
Talibus Hippolyti corpus 4 mandatur 5 opertis,
6 Propter ubi adpoſita eſt ara dicata Deo.
Illa 7 ſacramenti 8 donatrix menſa, eademque
Cuſtos fida ſui martyris adpoſita,
Servat ad æterni ſpem Judicis oſſa ſepulcro;
Paſcit item ſanctis 9 Tybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
10 Spes hominum placida proſperitate 11 juvat.
Hic 12 corruptelis animique & corporis æger
Oravi quotiens ſtratus, 13 opem merui.

jaciunt claros) *jaciant* Thuan. Alt. Cauch. Oxon. Nomſius, pro *caſis tectis* nonnulli veteres *celſis*, forte *cacis*. quanquam & vulgatum recte ſe habet. 41. I. quamvis. 42. dubii. 1. multa. 2. perforata cripta. 3. tali modo permittitur. Eſtque laus picturæ. 4. commendatur. 5. ſecretis, clauſtris. 6. juxta illum locum. 7. corporis vel ſangvinis Domini. H. Vel *dicamente* Oxonius. Deinde idem *menſa ſub antro*. Mox *æterni vindicis*, non *judicis*, denuo Oxonius idem, Cauch. Altinius. 8. I. ſc. eſt. 9. Romanos. 10. æſtimationes. 11. adjuvat. 12. peſtibus. 13. auxilium.

14. re-

Quòd lætor 14 reditu, quòd te, venerande ſacerdos,
Complecti licitum eſt, ſcribo quòd hæc eadem.
Hippolyto ſcio me debere: Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod 15 quis poſtulet, 16 adnuere.
Ipſa, illas animæ 17 exuvias quæ continet intus,
Ædicula argento 18 fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas 19 dives manus 20 æquore 21 levi
Candentes, recavum quale nitet ſpeculum.
Nec 22 Pariis 23 contenta 24 aditus obducere ſaxis,
Addidit 25 ornando clara talenta operi.
Mane 26 ſalutatum concurritur; omnis 27 adorat
28 Pubis: eunt, redeunt Solis adusque obitum.

14. reverſione. 15. aliquis. 16: adjuvare, tribuere, concedere. 17. de corpore dicit 18. ſplendet. 19. docta. Artificis. 20. planitiæ, æquor omnis æqualitas dicitur. 21. plano 22. candidis. Parus inſula abundans candido marmore. 23. ſufficiens. 24 fores cooperire. 25. ad ornandum. 26 ad ſalutandum i adorandum. ad ſalutem. 27 ipſum martyrem. 28 H *pubes*) *pubis* probe omnino Thuaneus. quomodo & Cauchius conjectabat, monitum Cathemerinon hymno VII. v 162, In duobus Torrentianis *plebis*. Sed Aldus & optimus Egmondanus cum Pa-

Conglobat in cuneum 29 Latios ſimul ac peregrinos
Permixtim populos religionis amor.
Oſcula 30 perſpicuo figunt impreſſa metallo:
Balſama defundunt: fletibus ora rigant.
Jam, cum ſe renovat decurſis menſibus annus,
Natalemque diem paſſio feſta refert,
Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi,
Quave 31 celebrando vota coire Deo!
Urbs 32 auguſta ſuos vomit effunditque 33 Quirites,
Unà & patricios 34 ambitione pari.
Confundit 1 plebeia phalanx 2 umbonibus æquis
3 Diſcrimen procerum, 4 præcipitante fide.
Nec minùs Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exſultant fremitus variarum hinc inde viarum;
Indigena, & 5 Picens, plebs & 6 Etruſca venit.

latino apud Weitzium *pubis* quoque. Sic *vulpis* & *gruis* in veterrimis Phædri fabulatoris exemplaribus. Mox *Balſama deſudant* Alcinius. In cœteris fere *defundunt*. 29. I. Latinos vel Romanos. 30. nitido, præclaro. 31. ad celebrandum. 32. Roma nobilis, 33. Romanos. Romanos principes. 34. cupiditate. 1 ruſtica. vilis exercitus, plebeji milites. 2. humeris. 3. discretionem. 4. incitante, impellente ad hoc: 5. gentile nomen, ſicut Romanus, a Piceno urbe. 6. Italica

7. ci-

Concurrit 7 Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, jamque 8 Nolanus adeſt.
Quiſque ſuâ lætus cum conjuge, dulcibus & cum
9 Pigneribus rapidum carpere 10 geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe catervis,
Haud dubium eſt, amplâ fauce licet pateat,
Stat ſed juxtà aliud, quod tanta frequentia templum.
Tunc adeat, cultu 11 nobile regifico,
Parietibus celſum ſublimibus, atque 12 ſuperbâ
Majeſtate potens, muneribuſque 13 opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet 14 auratis ſuppoſitus trabibus:
Adduntur graciles tecto 15 breviore receſſus,
Qui laterum ſeriem jugiter exſinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis, exſurgens editiore 16 apice.
Fronte ſub adverſâ gradibus ſublime tribunal
17 Tollitur, antiſtes prædicat unde Deum.
Plena laborantes 18 ægrè domus accipit 19 undas,

7. civis. A Samnia provincia. 8. à Nola civitate. H. *Bolanus* Cauchio arridebat, quod in *Nolanus* producatur prior ſyllaba. 9. I' hoc intereſt: pignora rerum pignora filiorum. 10. gaudet, cupit. 11. regale. 12. nobili. 13. dives, opulentum. 14. auro pictis 15. ſtrictiore. 16. altiore celſitudine. 17. elevatur. 18. vix. 19. catervas, frequentias populorum.

Arctaque 20 confertis æſtuat in foribus,
Maternum pandens gremium, quo condat 21 alumnos,
Ac foveat 22 fœtos accumulata ſinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Auguſti menſis, ut ipſa vocat,
Priſco more diem: quem te quoque, ſancte magiſter,
Annua feſta inter dinumerare velim.
23 *Crede; ſalutigeros feret hic venerantibus ortus,*
24 *Lucis honoratæ præmia reſtituens.*
Inter ſollemnes Cypriani vel Chelidoni,
Eulaliæque dies, currat & iſte tibi.
Sic te pro populo, cujus tibi credita vita eſt,
Orantem Chriſtus audiat omnipotens.
Sic 25 tibi de pleno lupus excludatur ovili,
Agna nec ulla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo,
26 *Sedulus ægrotam paſtor ovem referas.*
Sic cùm 27 lacteolis caulas 28 compleveris agnis,
Raptus & ipſe ſacro ſis comes Hyppolito.

20 plenis. 21 filios. 22. impletos. 23. ſc. mihi. 24. diei 25. optando 26. ſtudioſus. 27. candidis. 28. pro, compleas.

HYMNUS

HYMNUS XII.

Paſſio beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

PLus ſolito [1] coëunt ad gaudia: [2] dic amice, quid ſit.
Romam per omnem curſitant [3] ovantque
Feſtus Apoſtolici nobis redit hic dies triumfi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.
Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno,
Vidit [5] ſuperbâ morte [6] laureatum.
Scit Tiberina palus, quæ flumine [7] labitur propinquo,
Binis dicatum ceſpitem tropæis,

---

1. I. ſc. quid. 2. H. Forte, *dic amice, quid ſit* Romam &c. 3. I. lætantur, nam tractum eſt â triumphantibus, qui albam ovem immolabant, 4. q. reſpondet interrogatus. 5. nobili. 6. coronatum. 7. H. *lambitur* in Oxonio & tribus Weitzianis. Nec aliter Thuaneus à manu prima. Videtur caſtigandum eſſe.

Scit Tiberina palus, qui flumine lambitur propinquo,
Binis dicatum ceſpitem tropæis.

Ceſpes lambitur, non palus. Sic infra de Tiberino eodem,

Et crucis & 8 gladii 9 teſtis: 10 quibus inrigans eaſdem
Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſententia, legibus Neronis,
Pendere juſſum 11 præminente ligno.
Ille tamen 12 veritus 13 celſæ decus 14 æmulando mortis
15 Ambire tanti gloriam Magiſtri:
16 Exigit, ut pedibus merſum caput imprimant 17 ſupinis,
18 Quò ſpectet imum ſtipitem cerèbro.
Figitur ergo manus 19 ſubter 20 ſola verſus in cacumen:
Hoc mente 21 major, quò 22 minor 23 figurâ.
Noverat ex humili cælum citius ſolere adiri,
Dejecit ora, ſpiritum daturus.

Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.

8. I Petri & Pauli. 9. Tyberis. 10. tropæis. 11. eminente, alto patibulo. 12. timens. 13 quæ eſt illa gloria. 14. imitando. 15. deſiderare. 16. rogat, exegit, petiit 17. elevatis. 18. ut. 19. ad terram. 20. plantas. 21. humilior. 22. deſpectior, 23. honore.

Ut 1 teres orbis iter flexi 2 rota percucurrit anni,
Diemque eundem Sol reduxit ortus;
3 Evomit in jugulum Pauli Nero fervidum furorem:
Jubet 4 feriri gentium magiſtrum.
Ipſe priùs ſibimet finem citò dixerat futurum:
Ad Chriſtum 5 eundum eſt, jam reſolvor inquit.
Non mora: protrahitur, pœnæ datur, immolatur enſe:
Non hora vatem, non dies fefellit.
Dividit oſſa duûm Thybris, ſacer ex utrâque ripâ,
Inter ſacrata dum fluit ſepulcra.
Dextra Petrum 6 regio tectis tenet 7 aureis receptum,
8 Canens oliva, murmurans 9 fluento.

1. ſicut rotunda, circulus 2. H. *flexi retro* Thuan. & pro diverſa ſcriptura Oxonius. Quod ex ſuis exprimendum Weitzius curavit. 3. I. emittit. 4. puniri 5. contendendum. 6. Aquilonaris plaga. 7. nobilibus. 8. albeſcens, candens, à canitie dicta albens, & venit à caneo; canes. 9. orta aquâ. 10. baptiſterium perpe-

Namque ſupercilio ſaxi liquor ortus excitavit
10 *Frondem perennem chriſmatis* 11 *feracem,*
Nunc pretioſa 12 *ruit per marmora,* 13 *lubricatque* 14 *clivum,*
Donec virenti fluctuet 15 *colymbo.*
Interior tumuli pars eſt, ubi lapſibus, ſonoris
Stagnum 16 *nivali volvitur profundo.*
Omnicolor vitreas pictura 17 *ſuperne* 18 *tingit undas:*

perpetuum. H. *fontem perennem*) *frondem* Thuanus cum duobus Torrentii & pleriſque Weitzianis. Mox *lubricatque clivo* non *clivum*, Oxonius. Tum *virenti fluctuet Corymbo* Thuaneus, quod & Giſelinus eſt amplexus. Sed *Corymbos* ad olivam referri poſſe, non puto. *Colymbades olivæ* apud Plinium, Columellam, alios occurrunt, Etiam apud Dioſcordem Κολύμβαδες ἐλαῖαι ita proprie dicebantur olivæ muria condîtæ. 11. I. fertilem. 12. oleum. 13. flectit. 14. devexitas montis. 15. natatu. Nam Græce *Colymbin* natare dicitur. Natatu, fructu olivæ. Corimbi, racemi hederarum. Colimbi, tubi, per quos currit aqua per loca occulta. 16. candido 17. deſuper, Adverb. H. perperam Cauchius *ſuperba.* Dictum Cathem. hymno III. v. 20. 18. I. colorat, pictura.

19. qui

19 Muſci 20 relucent, & vireſcit 21 aurum.
22 Cyaneuſque latex umbram trahit imminentis 23 oſtri.
Credas moveri fluctibus lacunar.
24 Paſtor oves alit ipſe illic gelidi 25 rigore fontis,
Videt ſitire quas 26 fluenta Chriſti.
Parte aliâ titulum Pauli via ſervat 27 Oſtienſis,
Quâ ſtringit amnis ceſpitem 28 ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt 29 Princeps bonus has ſacravit arces,
30 Luſitque magnis 31 ambitum talentis.

19. qui ibi picti erant. 20. ex auro. 21. ex muſco. 22. viridis, vitreus. Cyane gemma eſt Scythiæ coruſcans, interdum nitore pura eſt & punctalis; interdum micantibus auratis varians punctulis. rubei coloris oſtrum, purpuræ liquor, ab oſtrea, quæ Græce teſta dicitur. Genus muricis bene olentis. 24. Petrus. 25. algore. 26 doctrinam. 27. Portuenſis, ab oſtia. Proprium nomen loci. 28 meridianum: verſa vice ad occidentem civitatis. Siniſtram ripam dicit, meridianum verſa vice ad occidentem. 29. Conſtantinus 30. ornavit, q ludendo fecit. H. *(lauſitque) luſitque* cum Aldo & ſcriptis. Uſitatum hac ſignificatione verbum Prudentio. Su-

pra

32 Bratteolas trabibus 33 ſubleuit, ut omnis 34 aurulenta
Lux eſſet intus, ceu jubar ſub ortu.
Subdidit & 35 Parias 36 fulvis laquearibus columnas,
Diſtingvit illic quas quaternus ordo.
Tum 37 camuros 38 hyalo inſigni varie 39 cucurrit 40 arcus:
41 Sic prata 42 vernis floribus 43 renident.
Ecce duas fidei ſummo Patre 1 conferente 2 dotes,

pra hymno XI. *biſeme & minio ruſſeolam faciem*, h. e. pinxerat. 31. circuitum. 32. trabes cum bratteolis. laminas. 33. circumdedit, junxit. à liniendo. 34. auro plena. 35. candidas, marmoreas. 36. rubeis, auratis. 37. curvos, introrſum reſpicientes. Curvos. Camiron græcè curvum, inde camera domus, cujus teſtudo curva eſt. Inde camelum, animal tortuoſum. H. *camuros arcus* ſcripti & Aldus. Denuo pro *cucurrit* Cauchius malebat, *recurvat*. Sed *Camuros cucurrit arcus* verum eſt, etiam Salmaſio cenſente. 38. I. vitro. Hyalum latine vitrum dicitur. 39. ornando, pinxit. 40. fornices. 41. ſicuti. 42. vernalibus. 43. ſplendent vel refragrant. 1. tribuente. 2. ornamenta. Dos poteſt dici, quicquid honorifice datur. 3. ornatæ, nobili, paci-

Urbi colendas quas dedit 3 togata
Adſpice, per biſidas plebs Romula funditur plateas:
4 Lux in duobus fervet 5 una feſtis.
Nos ad utrumque tamen greſſu properemus 6 incitato,
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius, quâ fert via pontis 7 Hadriani,
8 Levam deinde fluminis petemus.
Transtiberina prius ſolvit 9 ſacra pervigil 10 Sacerdos:
Mox huc recurrit, duplicatque vota.
Hæc 11 didiciſſe ſat eſt Romæ tibi: tu domum reverſus,
Diem biſeſtum ſic colas, memento,

pacificatæ. lætitia, gloria. 5. communis. 6. veloci. 7. Adrianus fuit rex qui pontem ædificavit in Româ ad Eccleſiam Pauli. 8. Petri. 9. ad Eccleſiam Petri. 10. Apoſtolicus. 11. nam interrogavit, dic, amice, quid ſit concurſus populi: modo reſpondet.

HY-

HYMNUS XIII.

Paſſio beati Cypriani martyris.

1 Punica terra 2 tulit 3 quo ſplendeat omne, quidquid uſquam eſt:
Inde 4 domo 5 Cyprianum, ſed decus orbis & magiſtrum.
Eſt proprius patriæ martyr ſed amore & 6 ore noſter.
Incubat in 7 Libya ſanguis, ſed ubique lingua pollet:
Sola ſuperſtes 8 agit de corpore, ſola obire neſcit.
Dum genus eſſe hominum Chriſtus ſinet & vigere 9 mundum,
Dum liber ullus erit, dum ſcrinia ſacra litterarum;
Te leget omnis amans Chriſtum: tua, Cypriane, diſcet.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat auctor in Prophetas,
Fontibus eloquii te cælitus 10 actus irrigavit.
O nive candidius linguæ genus, o 11 novum ſaporem!

1. I. Africana. 2. genuit. 3. unde. 4. de illa patria, ex illa. 5. ſc. tulit. 6. doctrina. 7. Africa. 8. diſputat, loquitur. 9. H. *mundo* liber Cauchianus. Mox idem cum Torrentianis duobus *irrigat palatum*, non *imbuit*. Sed & Thuaneus cum Altinio *ô liquor ambroſius*. 10. I. miſſus. 11. mirabilem.

12 quaſi

12 Ut liquor 13 ambroſius cor mitigat, imbuit palatum,
Sedem animæ penetrat, mentem fovet, & pererrat artus:
Sic Deus interius ſentitur, & inditur medullis.
Unde bonum ſubitum terris dederis, Pater, revela.
Deerat Apoſtolicis ſcriptis 14 opulentus 15 exſecutor:
Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem,
Quæque voluminibus Pauli famulata diſputaret,
Quo 1 mage 2 cruda hominum præcordia perpolita noſſent.
Sive timoris opus, ſeu myſtica vel profunda Chriſti.
3 Unus erat juvenum doctiſſimus artibus 4 ſiniſtris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil ſacrum putare:
Sæpe etiam magicum 5 cantamen 6 inire per ſepulcra,
7 Quo 8 geniale tori jus ſolveret æſtuante nuptâ.
Luxuriæ rabiem tantam cohibet repentè Chriſtus,
Diſcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem:
Implet amore ſui, dat credere dat pudere facti,

12. quaſi. 13. divinus, fidelis vel purus. 14. dives. 15. expoſitor vel tractator. Aſſertor vel prædicator Apoſtolicus. 1 ut magis. 2. ſtulta, 3. Cyprianus. 4. malignis. magicis. 5. carmen. 6. ſc. conſveverat. inibat; 7. ut. 8. nuptiala, volu-

Jamque figura alia eſt, quam quæ fuit 9 oris & 10 cultus :
Exuitur tenui vultus cute, tranſit in 11 ſeverum :
Deflua cæſaries 12 compeſcitur ad breves capillos :
Ipſe 13 modeſta 14 loqui, ſpem 15 quærere, regulam tenere,
16 Vivere 17 juſtitiam Chriſti, penetrare dogma noſtrum.

voluptuoſum. Naturale hic pro nuptiâ. 9. faciei. 10. habitus. 11 H. *inſeverum*) *in ſeveram* Rottendorphius & Nomſius, bene. Eo & Oxonius alludit, in quo ſevera. 12. l. tondetur. 13. modeſte. 14. loquebatur. 15. quærebat. 16. vivebat, penetrabat. 17. H *vivere juſtitia Chriſti*) *juſtitia* Oxonius. At in Rottendorph. Cauch. & tres Torrentiani cum Aldo & uno Weitzij, *juſtitiam bibere Chriſti* expreſſit Giſelinus. In Egmondano *ubere juſtitiam bibere Chriſti. Bibere juſtitiam Chriſti* Thuaneus. puto, *juſtitiam imbibere Chriſti.* Vel, quod malo, *vivere juſtitiam Chriſti*, h. e. legem divinam vitâ moribusque exprimere. quomodo *vivere ſeverum* Cathem. II. v. 33. *vivere Bacchanalia* apud Satyricum.

Qui Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.

Mortem vivere dixit Tertullianus de pallio. *Hactenus Sodoma & nulla Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas maris juxta cum ſolo mortem vivit.* Ita ſcribendus locus, non

His igitur meritis dignisſimus usque Epiſcopale
Provehitur ſolium doctor, capit & ſedile ſummum.
Valerianus opum Princeps erat, atque 18 *Gallie-nus;*
Conſtituere ſimul pœnam capitis Deum 19 *fatenti.*
Bellua 20 *terrigenûm ſævisſima juſſerant ſa-crari;*
Contrà animos populi doctor Cyprianus incita-bat,
Ne 21 *quis ab* 22 *egregia virtutis honore diſcre-paret,*

non *mortuum ivit*, quòd Salmaſius volebat. Sic Paulinus Epiſtola ad Auſonium:

Et perverſus eram, falſi caligine cernens,
Stulta Dei ſapiens, & mortis pabula vivens.

Solinus Cap. II. de Italia: *Anguitiam vicinam Fucino occupaviſſe, ibique ſalubri ſcientia adverſus morbos reſiſtentem, cum deſiſſet hominem vivere, Deam habitam.* Quæ vera eſt ſcriptura. Nec audiendus Salmaſius, dum ex membranis reponit, *cum dediſſet hominem vivere*. Quod & ipſum perperam interpretatur, *cum homini jam deſperato & pene conclamato vitam reddidiſſet*. *Hominem deſiit vivere* quomodo *hominem exire* eidem Solino alibi, de Romulo opinor. Idem de fœminis Indis, *& cum maritus homine deceſſerit*. Deinde in noſtro *penetrare dogma* non & *penetrare* ſcripſi. 18. i. ejus filius. 19. Cypriano. 20. gentilium vel idolorum. 21. aliquis. 22. à Chriſtianitate.

23 Neu fidei 24 pretium quis ſumere degener timeret:
Eſſe levem cruciatum ſi 25 modò 26 conſems futurum,
Quæ Dewr ipſe viris intermina fortibus ſpopondit:
Merce doloris emi ſpem luminis, & diem perennem;
Omne malum volucri cum tempore tranſvolare 27 curſim.
Nil 28 grave, quod peragi finis facit, & quiete 29 donat:
Se fore principium pulchra 30 necis, & ducem 31 cruoris:
Seque caput gladio ſummittere, ſanguinem 32 dicare:
Qui ſociare animam Chriſto velit, ut comes ſequatur.
33 Ille ubi corda 34 virûm Chriſto 35 calefacta præparavit,
Ducitur ante alios 36 Proconſule perfurente, vinctus.

23. ne. 24. mortem, martyrium. 25. tantum, tandummodo. 26. *conferat*) *conſems* in Altinio, Oxonio & Thuaneo, Nec aliter Aldus, quod mutandum non fuit. 27. l. velociter. 28. ſc. eſt. 29. dat requiem. 30. mortis. 31. *furoris*) *cruoris*, martyrii. 32. offerre. 33. ſc. dictis. 34. virorum. 35. amore Chriſti accenſa. 36. Proconſul eſt, qui vice Conſulis judicat: Sicut Vicarius, qui vice Comitis judicat.

Antra latent Tyriæ Carthaginis, altiùs repoſta,
Conſcia Tartareæ caliginis 1 abdicata 2 Soli:
Clauſus in his 3 ſpecubus ſanctus Cyprianus, & catenâ
Nexus utrumque manum, nomen Patris invocat 4 ſupremi:
Omnipotens genitor Chriſti Deus, & creator orbis,
Chriſte parens hominis, quem diligis, & vetas perire:
Ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum venenis,
Criminibus variis 5 infectum, miſeratus abluiſti,
Jamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,
Et novus ex veteri, nec jam reus aut nocens, ut antè,
6 Si luteum facili 7 charismate 8 pectus 9 expiaſti.
10 Viſe libens tenebris ergaſtula cæca diſſipatis:
Eripe corporeo de carcere vinculoque mundi

1. à luce ſeparata vel ſemota. 2. luci. 3 ſpeluncis. 4. altiſſimi, ſummi. Supremus quando venit à ſupremo, ſignificat ultimum; quando à ſupra præpoſitione vel adverbio, primum. H. *ſuperni* in Rottendorphio. Mox illud *omnipotens genitor Chriſti Deus*, perperam immutavit Weitzius, obnitentibus membranis noſtris omnibus. 5. I. fucatum. 6. ſi quid eſt. 7. gratia Spiritus S. gratia vel dono. 8. H. *corpus* Oxon. Rottend. & tres Torrentiani. Mox iidem, *neu cadat impatiens pœna*. 9. I. purgaſti. 10. viſita, inviſa. 11. licitum ſit. 12. aliqua. 13. inſi-

Hanc animam; 11 liceat fuſo tibi ſanguine immolari,
Ne 12 qua ferum reprimat clementia judicem, tyranni
Neu ſciat invidia miteſcere, gloriam negare.
Da quoque, ne quis 13 iners ſit de grege, quem tuum regebam:
Neu cadat impatiens pœna, 14 titubetve quis tuorum:
Incolumem ut numerum reddam tibi, debitumque ſolvam.
Vocibus his dominum 15 permoverat: influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis, auctor 16 acrioris
Ingenii, ſtimulis ut pectora ſubditis calerent
Ad decus egregium 17 diſcrimine ſanguinis petendum;
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,
Laudis amore 18 rapi, Chriſtum ſapere, & fidem tueri.
Fama refert, foveam campi in medio patêre juſſam,
Calce vaporiferâ ſummos 19 propè 20 margines 21 refertam.
Saxa recocta vomunt ignem, niveumque pulvis ardet,

infidelis. 14. ſc. in fide tua; 15. ad hoc, quod petebat. 16. firmioris. 17. diſcrimen hic pro periculo; alias pro ſeparatione. 18. ut rapiantur. 19. juxta. 20. fines. 21. repletam.

1. h

Urere tacta potens; & mortifer ex odore flatus.
Adpoſitam memorant aram foveâ ſtetiſſe ſummâ,
Lege ſub hac, ſalis aut micam, jecur aut ſuis litarent
Chriſticolæ, aut media ſponte irruerent in ima foſſa.
Proſiluêre alacres curſu rapido ſimul trecenti,
Gurgite pulvereo merſos liquor aridus voravit,
Præcipitemque globum fundo tenus implicavit imo.
Corpora candor habet, candor venit ad ſuprema mentes,
1 *Candida Maſſa dehinc dici meruit per omne ſæclum.*
Lætior intereà jam 2 *Thaſcius ob* 3 *diem ſuorum,*
Siſtitur indomiti Proconſulis 4 *eminus* 5 *furori:*
6 *Edere juſſus erat, quid viveret: Unicultor, inquit,*

1. I. C C C. martyres. Maſſa Cypriani dicuntur. 2. Cyprianus à loco. 3. H. *ob fidem* Cauchius. Nil muta, tale illud, *hic meus eſt, dixere, dies.* 4. I. à longe. 5. contra indomitum furorem. 6. H. ſic recte duo præſtantiores ex Weitzianis. Aldus *dogmatis atque loci juſſus genus edere, Cyprianus, inquit.* In Oxonio & tribus Torrentianis *juſſus genus edere Cyprianus.* omiſſo τῷ *inquit. Juſſus genus Cyprianus inquit,* in Rottendorphio. *Chriſtianus, inquit,* in Altinio, qui & alterum verſum, cujus initium *edere juſſus erat,* ſubjungit. Sed nil mutandum, niſi mavis cum Thuaneo *tradere juſſus erat, quid viveret. Unicul-*

Servo ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.
7 Ille ſub hac: Satis eſt jam criminis, ipſe confitetur
Thaſcius: ipſe Jovis 8 fulmen negat, 9 expedite ferrum,
10 Carnifices: gladio pœnam luat hoſtis idolorum.
Ille Deo meritas grates agit, & canit triumfans.
Flevit abire virum mæſta Africa: quo docente facta eſt
11 Cultior, eloquio cujus ſibi 12 docta gloriatur.
Mox tumulum lacrimans ſtruxit, cineresque conſecravit.
Deſine flere 13 bonum tantum, tenet ille regna cæli:
Nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit orbe:
Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat,
Nec Libyæ populos tantum regit, exit usque in ortum
Solis, & usque obitum. Gallos fovet 14 imbuit Britannos,

cultor, inquit, trado ſalutiferi &c. 7. l. imperator ad hæc ait. 8. poteſtatem. 9. proferte, evaginate. 10. H. *carnificis gladio) expedite ferrum, carnifices.* Aldus & ſcripti noſtri, rectius. Mox iidem *flevit abire virum* non *obire*. 11. l. pulchrior 12. H. ita noſtri, concinnius, quam quod ſubſtituit ex Widmanniano Weitzius. *docta gloriatur*. 13. *boni tantum* malim, ſi per libros liceat. 14. l. edocet.

Præſidet Heſperiæ, Chriſtum ſerit ultimus Hiberus.
Denique doctor humi eſt, idem quoque martyr in ſupernis.
Inſtruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

HYMNUS XIV.

Paſſio Agnetis virginis. [1]

AGnes ſepulchrum eſt Romuleâ in domo
Fortis puellæ, martyris inclitæ.
Conſpectu in ipſo [2] *condita turrium*
Servat ſalutem virgo [3] *Quiritium:*
Nec non & ipſos protegit advenas,
Puro ac fideli pectore [4] *ſupplices.*
Duplex corona eſt præſtita martyri,
Intactum ab omni crimine [5] *virginal,*
Mortis deinde gloria [6] *libera.*
Ajunt jugali vix habilem toro,
Primis in annis fortè puellulam

1. H. Ambroſianus *incipit paſſio Agnes*, in Thuaneo, *paſſio Agnes*: ut verſu primo *Agnes ſepulchrum eſt.* Sed illic in Oxonio *Agna ſepulchrum eſt.* ut alluſio ſit in nomine. Sed malo hic loci ſecundum Græcum, quo & caſtitas martyris deſignetur. 2. I. ſepulta, abſcondita. 3. Romanorum. Quirites dicebantur Romani, à Quirino, i. Romulo, qui ſemper aſtâ utebatur. Nam quiris lingva Sabinorum aſta dicitur. 4. humiles. 5. locus in quo devirginantur virgines. 6.

Chriſto calentem fortiter impiis
Juſſis 7 *reniſam, quo minùs idolis*
Addicta ſacram deſereret fidem.
Temptata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi Judicis 8 *inlice,*
Nunc ſævientis carnificis minis,
Stabat feroci robore 9 *pertinax,*
Corpusque duris 10 *excruciatibus*
Ultrò offerebat, non renuens mori.
Tum 11 *trux tyrannus; Si facile eſt, ait,*
Pœnam 12 *ſubactis ferre doloribus,*
Et vita vilis ſpernitur: at pudor
Carus 13 *dicata virginitatis eſt.*
Hanc in 14 *lupanar* 15 *trudere publicum*
Certum eſt, ad aram ni caput 16 *adplicat,*
Ac te Minerva jam veniam rogat:
Quam virgo pergit 17 *temnere virginem.*
Omnis juventus 18 *inruet, & novum*

glorioſæ. 7. reſiſtentem. 8. decipiente. 9. duria 10. pœnis. 11. ſeverus. 12. ſuperatis. 13. ſc. Deo. 14. dicitur à lupis, i. meretricibus. Quia ſicut lupi devorant prædam; ſic illæ avidiſſime devorant amatores ſuos. 15. pro, trudi. 16. inclinat. H. *ni caput adplicet*) *applicat* in Ambroſ. & Thuan. Tum mox *rogat* quomodo & Aldus. Denique iidem cum Altinio *inruet & petet.* Reliqui noſtri *inruit & petit* cum Aldo. Vulgati *inruet & petat.* 17. I. deſpicere. 18. cum impetu

veniat

Ludibriorum 19 mancipium petet.
Haud, inquit Agnes, immemor eſt ita
Chriſtus ſuorum, perdat ut 20 aureum
Nobis pudorem, nos quoque deſerat.
Præſto eſt pudicis: nec patitur ſacra
21 Integritatis munera pollui.
Ferrum 22 inpiabis ſanguine, ſi voles:
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam 23 publicitùs 24 jubet
Flexa in 25 plateæ 26 ſiſtere virginem.
Stantem refugit mæſta 27 frequentia,
Averſa vultus, ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locum.
Intendit unus 1 fortè 2 procaciter
3 Os in puellam, nec trepidat ſacram
Spectare formam lumine lubrico.
4 En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit:
Cæcus coruſco lumine corruit.
Atque in plateâ pulvere palpitat.
5 Tollunt 6 ſodales ſeminecem ſolo,

veniat. 19. mancipium, q. manu captum. 20. nobilem. 21. virginitatis. 22. maculabis. 23. publice, manifeſte 24. H. *jubent* in Ambroſiano. 25. I. in via, in biviis. 26. præſentare. 27. multitudo. 1. caſu. 2. inreverenter, luxurioſe. 3. faciem. 4. ecce velox. 5. elevant. 6. ſodales dicun-

Verbiſque deflent 7 *exſequialibus.*
Ibat triumfans virgo, Deum Patrem,
Chriſtumque ſacro carmine concinens,
8 *Quod ſub profani labe periculi*
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam retulerint preces
Fudiſſe Chriſto, redderet ut reo
Lucem jacenti: tum juveni halitum
Vitæ 9 *innovatum* 10 *viſibus integris.*
Primum ſed Agnes hunc habuit 11 *gradum*
Cæleſtis aulæ, mox alius datur.
12 *Accenſus iram nam furor incitat*
Hoſtis cruenti. Vincor, ait gemens.
13 *I, ſtringe ferrum miles, &* 14 *exſere*
Præcepta ſummi regia Principis.

dicuntur q. ſimul edales, i. ſimul manducantes 7. qui in exequiis conveniunt. 8. eo quod. 9. ſc. referunt. 10. virginitatis cuſtodia. H. in Cauchiano *juſſibus*. unde ille, *ſenſibus*. 11. I. miraculum. 12. martyrii gradus. 13. H. *jam ſtringe ferrum, miles adſtringe* Weitzius. Sed recte Ambroſianus & tres Torrentiani cum Cauchiano, *I, ſtringe*. In Rottendorphio & Thuaneo *ſtringe*, monui Cathem. hymno. XII. v. 99. Id ipſum quoque Salmaſius amplexus eſt in ora codicis ſui. I. è vagina. 14. perfice, profer & exerce.

15. trans-

Ut vidit Agnes ſtare trucem virum
Mucrone nudo, lætior hæc ait:
Exſulto, talis quod potiùs venit
15 *Veſanus, atrox, turbidus armiger:*
Quàm ſi veniret languidus ac tener,
Mollisque 16 *ephebus* 17 *tinctus aromate*
Qui me pudoris 18 *funere perderet.*
19 *Hic hic amator jam fateor, placet:*
Ibo irruentis greſſibus obviam,
Nec 20 *demorabor* 21 *vota* 22 *calentia:*
Ferrum in papillas omne 1 *recepero,*
Pectusque ad imum vim gladii traham.
2 *Sic nupta Chriſto tranſiliam* 3 *poli*
Omnes tenebras, æthere celſior.
Æterne Rector, 4 *divide januas*
Cœli, obſeratas terrigenis 5 *priùs,*
Ac te ſequentem, Chriſte animam voca,
6 *Cum virginalem,* 7 *tum Patris* 8 *hoſtiam.*
Sic fata, Chriſtum vertice 9 *cernuo*
Supplex adorat, vulnus ut 10 *imminens*

15. transvectus à ſanitate. 16. juvenis, imberbis. 17. unctus ungvento. 18. morte, luctu. 19. talis. 20. detineam. 21. quæ habent me ad interficiendum. 22. iracunda, furentia. 1. recipiam. 2. taliter. 3. aëris. 4. aperi. 5. in primo parente. 6. pridem vel modo, quando. 7. deinde 8. martyrium. 9. inclinato capite. 10. imminen-

tem

Cervix 11 *ſubiret prona paratiùs.*
Aſt 12 *ille tantam ſpem peragit manu:*
Uno ſub ictu nam caput amputat.
Senſum doloris mors cita prævenit.
Exutus inde ſpiritus 13 *emicat,*
Liberque, in auras exilit. Angeli
Sepſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus 14 *ſitum:*
Spectat tenebras 15 *ardua ſubditas:*
Ridetque, ſolis quod rota circuit,
Quod mundus omnis volvit & 16 *implicat,*
Rerum quòd atro turbine vivitur,
Quòd vana ſecli mobilitas rapit:
Reges, tyrannos, imperia, & 17 *gradus*
Pompasque honorum 18 *ſtulta tumentium:*
Argenti & auri vim rabida 19 *ſiti*
20 *Cunctis* 21 *petitam per varium nefas,*
Splendore multo ſtructa habitacula:
Inluſa pictæ veſtis inania,
Iram, timorem; 22 *vota, pericula:*
Nunc triſte longum, nunc breve gaudium,

tem gladium. 11. ſufferret. 12. carnifex. 13. anima ſplendet, ſalit. 14. poſitum. 15. excelſa. 16. colligit. 17. honores. 18. ſtulte. 19. cupiditatis. 20. populis. 21. quæſitam. Ipſam rabiem cupiditatis. 22. optiones.

Livoris atri fumificas faces,
Nigreſcit unde ſpes hominum & decus,
Et quod malorum 23 tetrius omnium eſt,
Gentilitatis ſordida nubila.
Hæc calcat Agnes, ac pede proterit,
Stans & draconis 24 calce premens caput:
25 Terrena mundi qui 26 ferus omnia
Spargit venenis mergit & inferis,
Nunc virginali perdomitus 27 ſolo,
Criſtas cerebri 28 deprimit ignei,
Nec victus audet tollere 29 verticem.
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ:
30 Unam decimplex 31 edita 32 ſexies
Merces perenni lumine conficit:
Centenus exſtat fructus in 33 alterâ.
O virgo felix, ô nova gloria,
Cæleſtis arcis nobilis incola,

23. peſſimum. 24. pede. 25. ſc. corpora. 26. ſævus. 27. planta. 28. deponit. 29. caput. 30. coronam. 31. de martyrio. Oblita de martyrio dedit. 32. ſexies decies fiunt ſexaginta: & ſexagenarius numerus ſignificat continentiã vidualem: quæ una corona illi erat propter laborem quem ſuſtinent viduæ. Nam laborem ſuſtinent maximum, quòd ipſa complexa digitotum ſignificat. 33. de virginiate.

Intende noſtris 34 conluvionibus
Vultum gemello cum 35 diademate:
36 Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit
Caſtum 37 vel ipſum reddere 38 fornicem.
39 Purgabor 40 oris propitiabilis
Fulgore, noſtrum ſi jecur impleas.
Nil non pudicum eſt, quod 41 pia 42 viſere
Dignaris, almo vel pede tangere.

34. maculis, pollutionibus immunditiis. 35. corona. 36. i. tibi. 37. etiam. 38. lupanar: locum dicit in theatro, ubi devirginantur virgines, Hurhauß, 39. ego. 40 vultus. 41. piâ. viſitatione. 42. videre, viſitare. Hic in Cod. Widm. inſeruntur ſequentia. VERSUS CONSTANTINÆ CONSTANTINI FILIÆ SCRIPTI IN ABSIDA BASILICÆ, QVAM CONDIDIT IN HONORE SANCTÆ AGNES VIRGINIS.

Conſtantina 1) Deum venerans, Chriſtoque 2) dicata,
Omnibus impenſis devota 3) mente paratis,
Numine divino multum Chriſtoque juvante,
Sacravit templum victricis virginis AGNES:
Templorum quod vincit opes terrenaque cuncta;
Aurea quæ rutilant ſummi faſtigia templi,
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis,
Tar-

Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem,
Invectus cœlo 4) ſolusque inferre triumphum.
Nomen Adæ referens deterquet & omnia membra
A mortis tenebris & cœca morte levata.
Dignum igitur munus, martyr, devotaque Christo
Ex opibus noſtris per ſecula longa tenebis:
O felix virgo, memorandi nominis AGNES.

1. Conſtantini, Regis filia. 2. electa. 3. mente ac corpore. 4. qui DE EADEM VERSUS DAMASI EPISCOPI URBIS ROMÆ.

Fama refert ſanctos dudum fleviſſe parentes
AGNEN cum lugubres cantus tuba concrepuiſſet,
Nutricis gremium ſubito liquiſſe puellam.
Sponte truces calcaſſe minas, rabiemque tyranni,
Urere cum flammis voluiſſet nobile corpus:
Viribus immenſum parvis ſuperaſſe timorem;
Nudaque diffuſum crinem per membra dediſſe;
Ne Domini templum facies peritura videret.

O ve-

O venerandum AGNES mihi tu decus alma pudoris!
Ut Damaſi precibus faveas, precor, inclita martyr.

AURELII PRUDENTII

PRÆFATIO IN APOTHEOSIN.

Eſt tria 1 ſumma Deus; trinum 2 ſpecimen, 3 vigor unus.
Corde Patris genita eſt Sapientia: Filius ipſe eſt:
Sanctus ab æterno ſubſiſtit Spiritus ore.
Sempore nec ſenior Pater eſt, nec numine major:
Nam ſapiens 4 retrô ſemper Deus edidit ex ſe,
Per quod ſemper erat gignenda ad ſæcula, Verbum.
5 Edere ſed Verbum Patris eſt; at cetera Verbi:
Adſumtum geſtare hominem, reparare peremtum,
Conciliare Patri, dextrâque in ſede locare.
Spiritus iſta Dei complet: Deus ipſe fideles
In 5 populos 7 charisma ſuum diffundere 8 promtus,
Et Patris & Chriſti virtutem in 9 corpora transferre.

1.I. principalia, principia. 2. diviſio perſonarum. 3 virtus. 4. ſine initio,i ante ſeculum, in perpetuum. 5.gignere 6. Domini. 7.gratiam vel donum. 8.paratus, 9.ſc.fidelium.

I. I, ele-

ALIA PRÆFATIO.

Eſt vera [1] ſecta? te magiſter, conſulo.
Rectamne ſervamus fidem?
An viperina non [2] cavemus dogmata?
Et [3] neſcientes labimur?
Artam ſalutis [4] vix viam diſcernere eſt,
Inter [5] reflexas ſemitas.
Tam multa ſurgunt [6] perfidorum compita,
Tortis [7] polita erroribus.
[8] Obliqua ſeſe [9] conſerunt [10] divortia
Hinc inde textis [11] orbitis:
Quas ſi quis errans ac vagus ſectabitur,
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foveam ruet,
Quam fodit hoſtilis manus:
Manus latronum, quæ viantes obſidet,

1. electio. 2. vitamus. 3. H. *& neſcienter labimur*) *neſcientes* in vetuſtioribus. alterum neſcio an latinum ſatis, ingratum certe ſonat auribus. Mox *viam diſtingvere*, non *diſcernere* in Thuaneo. 4. I. difficile. 5. tortuoſas. 6. hæreticorum. 7. trita. 8. ſc. tam. 9. H. *conferunt divertia*) *conſerunt* amplector cum Put. Thuaneo & Rottendorphio. Torrentius ex ſuis notarat *obliqua quæ ſe.* Sed noſtri eunt in contraria. Mox *quæ ſi quis errans* in Rottendorphio; quod Cauchio probatur ex ſuis membranis. Sed *quas* ad *ſemitas* refer. 10. I. dicta à divertendo, i. ſeparationes viarum. 11.

Iter ſequentes devium.
Quid non 12 *libido mentis humanæ ſtruat?*
Quid non malorum 13 *pruriat?*
Statum laceſſunt omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus:
Fidem 14 *minutis diſſecant* 15 *ambagibus,*
Ut quiſque linguâ eſt nequior:
Solvunt ligantque quæſtionum vincula
Per 16 *ſyllogiſmos plectiles.*
Væ 17 *captioſis* 18 *ſycophantarum* 19 *ſtrophis!*
Væ verſipelli aſtutiæ!
Nodos tenaces recta rumpit regula,
20 *Infeſta* 21 *diſſertantibus.*

veſtigijs viarum. 12. delectatio. 13. curioſitatis vitio temptet. 14. dialecticis, ſubtilibus. 15. circuitionibus vel argumentis. 16. per inſolubiles circumlocutionibus, vel per contraratiocinationes ſubtiles. Syllogiſmus eſt contraratiocinatio. 17. deceptibilibus vel inſidioſis. 18. calumniatorum vel falſiloquorum. Sycophantas autem hac de cauſa appellatos dicunt, quod quondam juvenes ſoliti erant in hortos erumpere, ficoſque inde furari. Quam ob cauſam lege eſt conſtitutum, ut, qui id feciſſet, capite truncaretur. Quam pœnam qui perſequeretur ob parvula detrimenta ſycophanta eſt appellatus. 19. verſutijs vel fraudibus. reverſionibus. 20. gravia vel importuna. 21. loquentibus, concertantibus.

22. H.

Idcircò mundi ſtulta 22 delegit Deus,
Ut concidant ſophiſtica ;
Deque imbecillis ſubjugavit fortia,
Simplex ut eſſet 23 credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt,
Impingat in quem 24 vanitas,
Signum caventi, non caventi ſcandalum :
Hunc ſternit, illum dirigit.
Dum plura temptat cæcus incerto gradu,
Incurrit id, quod obvium eſt.
Fax ſola fidei eſt præferenda greſſibus,
Ut recta ſint veſtigia :
25 Quis in tenebris hoſtis errantes tamen
Pulſat, trahitque, & proterit.
26 Qui ſparſa ad ipſum commeantum tranſitum
Frumenta ſævus devorat :
Qui læta Chriſti culta fur 27 interpolat,
Addens avenas 28 æmulas :

H. *dilegit* in Oxonio & Egmondano. 23. I credulitas. verbum pro nomine. Infinitivus interpretatur per nominativum. 24. cœcitas hæreticorum. 25 interrogando illos duos verſus pronunciat, vel quis pro quibus H. *Quos* malebat Cauchius, aliter ſcripti. 26. I. niſi ille. 27. intermiſcet, à polo tractum. 28. inimicas, ſteriles.

Quas de veneni lacte in herbam 29 *fertiles*
Patitur 30 *colonus creſcere:*
Ne fortè culmum fibra inanis ſpiceum
Simul revulſa internecet.
Exſpectat ergo, dum 31 *doloſa &* 32 *farrea*
Fervens coquat maturitas,
Det ventilabro lecta quaque ut horreis,
Urat recrementum focis:
33 *Refert ſed ipſa noſſe, quæ meſſem necant,*
Zizaniorum ſemina.

29. H. *in herbam fertilem*) *in herbam fertiles* eleganter Putaneus & Thuanus cum Cauchiano. Sic *juventa fertilis in vietum alvum* præfatione Pſychom. Quod & illuc ex membranis revocavimus. Paulo poſt pro *doloſa & farrea* ſcripti noſtri *vitioſa & farrea*. Quod & ex ſuis Weitzius annotavit. Sed Anapæſtus an hâc ſede admitti tuto poſſit, haud ſcio. Quem non niſi ſede impari recipiunt, h. e. aut prima, aut tertia, aut quinta in trimetris Grammaticorum filij. Quare fuit cum *otioſa* reponerem, pro ſterilibus & ſuperfluis. ſed amat vocabulum *vitioſi* Prudentius. Hymn. IV. peri ſteph. *cum de ſanctis vitioſa non eſt*. 30. I. Deus, Pater. 31. vitioſa vel lolia. 32. triticea. 33. prodeſt, vel opus eſt.

1. H.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS APOTHEOSIS.

Contra hæreſim , quæ Patrem paſſum 1 *adfirmat.*

Plurima ſunt, ſed pauca loquar, ne 2 *dira relatu*
Dogmatis catholicam maculent male 3 *prodita linguam.*
Ille Patrem pellens ſolio detrudit in artum
Corporis humani geſtamen, nec pavet ipſum
Objectare neci, duroque adfigere ligno.
Paſſibilisne Deus? cujus ſpecies & imago
Nulli viſa unquam: nec enim comprendier illa
Majeſtas 4 *facilis ſenſuve oculisve manuve.*
Johannis magni 5 *celebris ſententia præſto eſt;*
Haud unquam teſtata Deum *potuiſſe videri.*
Ille 6 *Pater, quem nulla acies violenta tuendo*
7 *Eminus ardentis penetravit acumine viſus:*
Qui ſe formâ hominis non 8 *induit, & Deitatis*
9 *Immenſum adſumto non temperat* 10 *ore modove.*
Aut Evangelici pietas ſpernenda libelli

1. H. ita ſcripti. niſi quod in Putaneo *parſum dicit*. 2. L. aſpera dictu. 3. prolata. 4. eſt. 5. glorioſa vel famoſa. 6. eſt. 7. longe vel è contra. 8. H. ſic membranæ noſtræ. Pari modo locutus eſt infra, *Deus ſe corpore matris induit*. 9. L. immenſitatem. 10. facie.]

Jam, blaſpheme, tibi eſt: aut nunquam 11 *viſa beati*
Vis intacta Patris, non admiſcenda caducis.
1 *Sed tamen* 2 *& Patris eſt ſpecimen, quod cernere fas ſit,*
Humanis aliquando 4 *oculis concurrere promtum:*
Quod quamvis 5 *hebes intuitus ſpeculamine* 6 *glauco,*
7 *Humentique acie potuit nebuloſus* 8 *adire.*
Quisque hominum vidiſſe Deum memoratur, ab 9 *ipſo*
Infuſum vidit Gnatum: nam Filius hoc eſt,
Quod de Patre micans ſe præſtitit inſpiciendum
Per ſpecies, 3 *quas poſſit homo comprendere viſu.*
Nam 10 *mera* 11 *majeſtas eſt infinita, nec intrat*
Obtutus, aliqua 12 *niſi ſe moderamine formet.*
Hunc vidit Princeps generoſi ſeminis 13 *Abram,*
Jam tunc dignatus terras inviſere Chriſti

11 cognita eſt. 1. ſpernenda eſt. 2. H. *Sed Patris tamen eſt ſpecimen* in Thuaneo. Ab uno Torrentiano verbum aberat ſubſtantivum. Mox *quisque hominum vidiſſe DEUM memoratus* in Nomſiano. Tum *per ſpecies quas poſſit homo* vetuſti omnes. 3. I. pro etiam. 4. ſc. quid ſit. 5. ſtultus vel retunſus. 6. viridi. 7. humida. 8. ſc. tamen. 9. Patre. 10. pura vel ſincera; i. divinitas. 11. Patris. 12. H. *niſi ſe* , noſtri, *niſi ſe*. Mox *carnis in effigiem*. Puteanus.

13. ubi

Hoſpes homo, in triplicem Numen radiaſſe figuram:
Hoc conluctantis 14 tractarunt brachia 15 Jacob.
Ipſe dator legis divinæ accedere 16 coràm
Juſſus, amicitiæ conlato qui 17 ſteterit ore
18 Comminus, & ſacris conjunxit verba loquelis,
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit.
Sed majora petens, animum per vota tetendit
Inconceſſa homini, plus quàm mortale 19 laborans,
Ipſum, quantus erat, ſine corpore viſere CHRISTUM.
Denique poſt multi ſermonis 20 mutua, poſtque
Conſpectum præſentis 21 heri, & conſortia longa,
Quæſo, ait, ut liceat te nunc, DEUS optime, noſſe.
Reſpondit Dominus: Mea, non me, cernere juſtis
22 Poſteriora dabo, quia 23 apertius, abſque alienâ,
Quàm ſumat facie, Verbum non poſſe videri?
Poſſe tamen, cum malit 24 idem, nunquam Patre viſo.

13. ubi tres ſuſcepit, & velut uni loquebatur. 14. tetigerunt vel palpaverunt. 15. ubi conluctabatur cum angelo. 16. palam vel prope. 17. facie ad faciem locutus eſt. 18. juxta. 19. ſc. debuiſſet. 20. alternas collocutiones. 21. Dei. 22. filium. Sicut inquit Ipſe, quia major me eſt. 23. huic rei. 24. filius.

Jam, blaspheme, tibi eſt: aut nunquam 11 viſa beati
Vis intacta Patris, non admiſcenda caducis.
1 Sed tamen 2 & Patris eſt ſpecimen, quod cernere fas ſit,
Humanis aliquando 4 oculis concurrere promtum:
Quod quamvis 5 hebes intuitus ſpeculamine 6 glauco,
7 Humentique acie potuit nebuloſus 8 adire.
Quique hominum vidiſſe Deum memoratur, ab 9 ipſo
Infuſum vidit Gnatum: nam Filius hoc eſt,
Quod de Patre micans ſe præſtitit inſpiciendum
Per ſpecies, quas poſſit homo comprendere viſu.
Nam 10 mera 11 majeſtas eſt infinita, nec intrat
Obtutus, aliqua 12 niſi ſe moderamine formet.
Hunc vidit Princeps generoſi ſeminis 13 Abram,
Jam tunc dignati terras inviſere Chriſti

11. cognita eſt. 1. ſpernenda eſt. 2. H. *Sed Patris tamen eſt ſpecimen* in Thuaneo. Ab uno Torrentiano verbum aberat ſubſtantivum. Mox *quique hominum vidiſſe DEUM memoratus* in Nomſiano. Tum *per ſpecies quas poſſit homo* vetuſti omnes. 3. I. pro etiam. 4. ſc. quid ſit. 5. ſtultus vel retunſus. 6. viridi. 7. humida. 8. ſc. tamen. 9. Patre. 10. pura vel ſincera, 11. divinitas 11. Patris. 12. H. *niſi ſe*, noſtri, *niſi ſe*. Mox *rarum in effigiem* Puteanus.

13. ubi

Hoſpes homo, in triplicem Numen mutaſſe figurum :
Hoc colluctantis 14 tractarunt brachia 15 Jacob.
Ipſe dator legis divinæ accedere 16 coràm
Juſſus, amicitia conlato qui 17 ſtetit ore
18 *Communis, & ſacris conjunxit verba loquellis,*
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit.
Sed majora petens, animum per vota tetendit
Inconceſſa homini, plus quàm mortale 19 laborans,
Ipſum, quantus erat, ſine corpore viſere CHRISTUM.
Denique poſt multi ſermonis 20 mutua, poſtque
Conſpectum præſentis 21 heri, & conſortia longa,
Quæſo, ait, ut liceat te nunc, DEUS optime, noſſe.
Reſpondit Dominus : Mea, non me, cernere juſtis
22 *Poſteriora dabo, quid 23 apertius, absque alienâ.*
Quàm ſumat facie, Verbum non poſſe videri?
Poſſe tamen, cum malit 24 idem, nunquam Patre viſo.

13. ubi tres ſuſcepit, & velut uni loquebatur. 14. tetigerunt vel palpaverunt. 15. ubi conluctabatur cum angelo 16. palam vel prope. 17. facie ad faciem locutus eſt. 18. juxta. 19. ſc. debuiſſet. 20. alternas collocutiones. 21. Dei. 22. filium. Sicut inquit Ipſe, quia major me eſt. 23. huic rei. 24. filius.

Terrenis oculis, 25 habitu ſe oſtendere noſtro:
Sæpè & in Angelicas 26 vel mortales moderatum
Induci ſpecies, queat ut ſub imagine cerni.
Hoc Verbum eſt, quod 27 vibratum Patris ore benigno
Sumſit virgineo 28 fragilem de corpore formam.
29 Inde figura hominis nondum ſub carne, Moyſi
Objecta, effigiem noſtri ſignaverat 1 oris:
Quod quandoque DEUS *verbi virtute 2 coactum*

25. in habitu 26. H. *& mortales memoratum eſt*) *vel mortales* noſtri. Deinde *moderatũ* omiſſo verbo ſubſtantivo Puteaneus & Rottendorphius cum Aldo ac Cauchiano. In Thuano & Nemſio, *moderatum eſt.* In Oxonio *memoratum*, etiam ſine verbo ſubſtantivo. *Moderatum* paſſive ponitur h. l. *Quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit?* apud Saluſtium, Pari ſignificatione noſter paulo ante *moderaminis* vocabulo eſt uſus:

Nam mera majeſtas eſt infinita, nec intrat
Obtutus aliquot, ni ſe moderamine formet.

Adi notas infra ad verſ. 841. Pſychom. v. 274. *ut virtus placidi moderaminis.* Et mox *comi moderatur gaudia vultu.* 27. emiſſum. 28. mortalem. 29. ſc. quod emicuit. 1. faciei. 2. coagulatum

Sumturus corpus, faciem 3 referebat eandem.
Sed tamen & 4 ſentam viſa eſt 5 excita cremare
Flamma rubum. DEUS *ut ſpinis volitabat acutis,*
6 Vulnificasque comas innoxius ignis 7 agebat:
Eſſet ut 8 exemplo 9 DEUS inlapſurus in artus
Spiniferos: ſudibus quos 10 texunt crimina denſis,
Et peccatum malis hirſutum doloribus implent.
11 Inculto nam ſtirpe frutex vitioſus 12 iniquis
13 Luxuriam virgis inhoneſto effundere ſucco
Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat.
Cernere erat, ſteriles ſubitò ſplendeſcere frondes,
Accenſisque citum foliis magno 14 impete 15 latè
Conlucere DEUM, nec ſpinea lædere texta,
Lambere ſanguineos fructus, & poma 16 cruenta,
17 Stringere mortiferi vimina germina ligni.
18 Quandoquidem triſtes purgantur 19 ſanguine culpa,

gulatum. figurabat, ſimulabat. 4. ſentoſam. H. *ſentum rubum*) *ſentam* ſcribendum cum vetuſtioribus. Sic paulo poſt *contortus rubus*. Deinde iisdem *luxuriam*, non *luxuriem*. & *inculto. ſtirpe* non *inculta*. 5. I. commota excitata. 6. vulnera facientes. 7. circumdabat, leniter tangebat. 8. exemplum. 9. ſc. quod erat. 10. inſimulatione. 11. agreſti. 12. non æquis, nequis. 13. abundantiam. 14. pro, impetu. 15. ubique. 16. rubicunda. 17. decerpere. 18. quoniam:

 19. Chri-

Quem concors 20 rubus denſis cruciatibus 21 edit.
Ergo nihil 22 viſum, niſi quod ſub carne videndum.
Lumen imago DEI, *Verbum* DEUS, *&* DEUS *ignis;*
Qui 23 ſentum noſtri peccamen corporis implet.
Nam lucis Genitor, Verbi ſator, auctor & ignis
Creditur extra 24 oculos, ut Apoſtolus edocet auctor:
Qui negat intuitu 25 fontem Deitatis adiri.
Credite, nemo 26 DEUM *vidit, mihi credite, nemo.*
27 Viſibilis de 28 fonte DEUS; *non ipſe 29* DEI *fons*
30 Viſibilis. cerni potis eſt, qui 31 naſcitur; at non
Innatus cerni potis eſt. latet os Patris illud.
Unde DEUS: *qui viſibilem ſe præſtitit olim,*
Tale aliquid formans in ſeſe, quale ſecuta eſt
Paſſio, quæ corpus ſibi 32 vindicat: ardua nam vis
Eſt inpaſſibilis: quoniam natura ſuperni

19. Chriſti. 20. Maria. Paſſio Chriſti. 21. gignit, protulit, parit. 22. ſc. fuit. 23. ſentoſum. 24. inviſibilis. 25. Patrem. 26. ſc. Patrem. 27. ſc. eſt. 28. Patre. 29. H. *Deus fons*) *Dei fons*, quatuor præſtantioris notæ ex noſtris cum Aldo. Deinde in Thuaneo, *quem corpus ſibi vindicat*. I. *Deus*) Filius, qui eſt fons. 30. Pater. 31. Filius, in quo eſt Pater. 32. uſurpat.

33. poteſt.

Ignis ad horrificas neſcit deſcendere pœnas;
Nec [33] *capit humanis* [34] *angoribus excruciari:*
Pura, ſerena micans, [35] *liquido prælibera motu,*
Subdita nec cuiquam, dominatrix utpote rerum:
Cui non principium de tempore, ſed ſuper omne
Tempus, & ante diem [1] *majeſtas cum Patre ſummo,*
Immo [2] *animus Patris, &* *ratio,* [3] *& via conſiliorum,*
Quæ non facta manu, nec voce creata jubentis,
Protulit imperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non [4] *flagra ſecant, non ſputa ſalivis*
Adſpergunt, alapis non vexat palma retuſis:

33. poteſt, nec valet nec vult. 34. anguſtiis, anxietatibus. 35. puro. 1. Filii fuit. 2. ipſe filius eſt. 3. H τὸ *&* non agnoſcunt Put. & Thuan. cum duobus Tortentianis. Mox *quem fœmina prægnans enixa eſt*, in Putaneo, non *evixa*. Pro *quam* editiones nonnullæ perperam cum codice Cauchiano *quem*. jam actum de h. l. Cathem. Hymn. III. v. 142. 4. l. flagella.

5. ab

Nec perfoſſa cruci clavorum vulnera figunt.
His 5 adfecta caro eſt hominis, eſt femina pregnans
6 Enixa eſt ſub lege uteri, ſine lege mariti.
Ille famem patitur, fel potat, & haurit acetum:
Ille pavet mortis faciem: tremit ille dolorem.
Dicite, *ſacrilegi doctores, qui Patre ſummo*
Deſertum jacuiſſe thronum contenditis, illo
Tempore quo fragiles Deus eſt 7 inlapſus in artus:
Ergo Pater paſſus? quid non malus audeat error?
Ipſe puellari conceptus ſanguine crevit?
Ipſe verecundæ 8 diſtendit virginis alvum?
Et jam 9 falſiloqua eſt divini pagina libri,
Quæ Verbum in carnis loquitur fluxiſſe figuram?
At 10 non, qui 11 Verbi Pater eſt, caro factus habetur.
12 Fige gradum Scriptura tuum: nil mobile & anceps
Adfirmaſſe decet. Pater eſt, quem 13 cernere nulli

5. afflicta. 6. parturit. 7. H. *inlapſurus* in Puteaneo. Et tunc amovendum eſt verbum ſubſtantivum. Mox *ipſe puellari* non *ille* cum Aldo & potioribus noſtris. 8. I. intumeſcere fecit. 9. falſiloquens. 10. ſcilicet ipſe. 11. Filii. 12. confirma. 13. ſcilicet manifeſte.

14. præ

Eſt licitum: Pater eſt, qui nunquam viſus in orbe eſt.
Nec mundana inter radiavit lumina 14 coram,
Verbum conſpicuum miſit, miſſumque recepit,
Cùm voluit: Verbo 15 præſtrinxit viſcera pura
Virginis, & Verbo 16 ſtruxit puerilia membra.
Ipſe quidem in terris virtute & numine præſens
Semper adeſt, 17 quocunque loci: nec pars vacat ulla
Majeſtate Patris, nunquam eſt genitor Deus abſens:
Per 18 Verbum ſed ſemper adeſt, atque inde Philippo
Chriſtus ait: Tanto tecum jam tempore verſor,
Et patrem te noſſe negas quem perſpicis in me?
Eſt inviſibilis 19 donum Patris, *edere Natum*
Viſibilem: per quem valeat Pater ipſe videri:

14. præſentialiter. 15. præoccupavit. H. *perſtrinxit* in Thuano. Sed Puteaneum & reliquos ſumus ſecuti. Sic & infra iidem *ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritus alvum*. 16. l. ornavit. 17. in omni loco. H. *& ubique loci* non male annotatum in Rottendorphio pro diſcrepante ſcriptura, Cauchius conjectabat *ubicunque loci*. Mox v. 127. *verbum perpendere neſcit* in Thuaneo. alii, *verum*. Et paulo poſt pro *inſpatiantem* vetuſtiores noſtri *exſpatiantem*. Quod verbum uſus probati, alterum non videtur ſatis latinum. 18. I. per Filium innotuit mundo. 19.

offi-

Nec ſolis ſanctorum oculis, ſed 1 *lumine caſſis*
Caecorum caecos loquor; atra 2 *ſocordia quorum*
Corde tenebroſo verum perpendere neſcit.
Quem ſi 3 *perſpicuum mortalibus* 4 *inficiaris,*
Fare agè, quem videat Babylonis ab arce tyrannus
Innocuas inter flammas procul 5 *exſpatiantem,*
Calcantem rapidos inaduſtis fratribus ignes?
Nempe, ait, ô proceres, ô tres vaſta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus: additus unus
Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes.
Filius ille Dei eſt: fateorque & victus adoro.
Iuriſas removere faces, taedaſque tepentes
7 *Subtrahite: friget ſuccenſi ſulphuris ardor.*

officium. 1 fide carentibus. 2. ſtultitia vel pigritia, q. ſopor cordis. 3. manifeſtum fieri. 4. negas 5. deambulantem. 6. H. *tris* Puteaneus Virgiliano more. Deinde *fateorque & victus adoro* probe noſtri, niſi quod in Oxonio, *fateor quem victus adoro*, quomodo & Aldus. Durum omnino Giſelinianum illud: *fateor quem & victus adoro.* 7. τὸ *en* nec Aldus agnoſcit, nec admittunt duo ex noſtris principes. Produci â Prudentio ſyllabam naturâ brevem duabus conſonantibus ſubſecutis, idque frequentiſſime, jam alibi â me eſt monitum. infra v. 293. ex optimis membranis *percurre ſcrinia primi ſcriptoru* & v. 351. ex iiſdem, *ſed facer in pecude. Stultum eſt ſic credere factum.* & v. 418. ex his ipſis, *nam ſceptris & germine David.* & 895. *ſi culpa* ian-

8 Filius (haud dubium eſt) 9 agit hæc miracula rerum;
Quem video: Deus ipſe, Dei certiſſima proles.
Imperat immenſis ardoribus & domat iras,
10 inſultans famulante rogo; 11 piceoſque furores
Comprimit & rabiem flammarum algeſcere cogit:
12 Barbaricos calida 13 aura ſinus non tangere 14 juſſa
Præterit, & tenues ſtridens tranſcurrit amictus.
Ipſe per Aſſyrios metuit vapor 15 ire 16 tiaras;
Ne coma fuſa humeris fumo obſordeſcat amaro.
Hæc ait; & varios jubet obmuteſcere cantus:
Organa, ſambucas, citharas 17 calamoſque, tubaſque.
Stulta 18 ſuperſtitio tacuit: vox 19 feſta quievit,

immunem vacuamque crimine noſti. v. 1078. *pellite corde metum mea membra: credite vosmet cum Chriſto reditura.* Pſychomachia ex omnibus membranis v. 252. *algenti pectore ferrum inbuere, frugitique viros fœdare triumpho.* 8. I. Dei. 9. facit. 10. deridens. 11. Caldaicos. 12. alienos, i. Caldaicos 13. flamma. 14. conceſſa. 15. H. *ire per Aſſyrias vetitus vapor ipſe tiaras*) noſtri.

Ipſe per Aſſyrias metuit vapor ire tiaras. Niſi quod in Puteaneo *Per Aſſyrios tiaras* maſculino genere: Quomodo apud Claudianum *barbarus tiaras*. 16. I. mitras, Hüte. 17. tibias. 18. paganitas. vana religio. 19. inanis. feſtiva.

20. pe-

Quæ malè 20 conſpicua celebrabat imaginis aurum.
Carmina ſanctorum reſonant jam ſola 21 virorum,
22 Triplice concentu Regem laudantia cœli.
Qui mare, qui terras, qui lucida ſidera fecit,
Ignibus & mediis ſecuros texit alumnos;
Semper in auxilium Sermo Patris omnipotentis
Deſcendit, 23 ſervando homini: mortalia ſemper
Admiſcenda ſibi proprio ſumpſit amore;
Ut ſocianda caro, Dominoque implenda perenni,
Degenerem vitam, quæ tunc 24 animalis 25 agebat,

---

20. ſtatuæ. 21. ſc. ſunt audita. 22. H. *concentu triplici*) *triplice concentu* in Puteaneo omnium veterrimo. Quo modo infra *fronte crucis titulus ſit triplex triplice lingua*. Apud Venantium:

Triplicitas ſimplex ſimplicitaſque triplex.

Produxit & priorem in triplex ſyllabam Sidonius Apollinaris. 23. l. ad ſervandum hominem. 24. pecorinus. 25. duxit, ducebatur. H. *Quam tunc*) noſtri, Thuaneo excepto, *quæ tunc* cum Cauchiano & Ado. Verſus proximus abeſt à Puteaneo. Thuaneus, *fragileſque per artus.* in Oxonio, Rottendorphio, Nomſio & tribus Torrentianis *ſimileſque per actus*. De quo Cathem. Hymno IV. v. 77. ſed nil hic immutandum.

Exemplo mutaret [1] heri ſimileſque per artus
Cernere conſortem terreni adſueſceret oris;
Participemque ſuum viſu velut [2] obſide noſſe;
Et conſanguineo paullatim accedere Chriſto.
Ergo [3] animalis homo quondam: nunc Spiritus illum
Tranſtulit ad ſuperi naturam [4] ſeminis, ipſum
Infundendo Deum, mortalia vivificantem.
Nunc nova materies, ſolidata [5] intercute flatu:
Materies, ſed noſtra tamen; de virgine tracta,
Exuit antiquæ corrupta exordia vitæ,
Immortale bonum proprio [6] ſpiramine ſumens.
Filius ille [7] hominis, ſed Filius ille Tonantis,
Jam ſolus vultum Patris adſpicit, & videt ipſum.

1. I. Dei. 2. ut viſus obſes & teſtis fuiſſet ad videndum Deum. 3. incredulus. 4. Deitatis 5. in cute manente, interiore. interiore ſpiritu 6. Spiritu ſancto. 7. Mariæ. 8. ſc. ſint. 9. numeri

Nemo Patrem novit, niſi Filius, & cui monſtrat
Filius & noſtri mediator & Omnipotentis.
Denique, concludam brevis ut 8 *compendia* 9 *ſummæ,*
Non Pater in carnem deſcendit, ſed Patris arcem
Sumta caro adſcendit: Natus per utrumque 10 *cucurrit.*
11 *Cede,* 12 *profanator Chriſti, jam cede, Sabelli,*
13 *Depoſitorque Patris, Natique inſane* *negator.*

10. deſcendit & aſcendit. 11. diſcede. *contra Unionitas*) i. Sabellianos, Unionitæ ſunt, qui dicebant unam ſubſtantiam & unam perſonam; Filium & Spiritum S. negabant; ſed dicebant: Idem Deus, quando vult, Pater eſt: quando vult, Filius eſt: quando vult, & Spiritus S. Arriani dicebant, tres eſſe perſonas, & tres ſubſtantias in divinitate: Sabelliani è contra unam perſonam & unam ſubſtantiam. Fides autem Catholica utriusque devitans errorem, unam Deitatis ſubſtantiam, & tres perſonas veraciter adfirmat. Nam Arriani bene tres perſonas, malè tres ſubſtantias: Sabelliani bene unam ſubſtantiam, malè unam perſonam dicebant. 12. blasphemator. Contemtor, profanus dicitur, q. porro à fano, i. à templo Dei, h. e. inreligioſus. 14. negator.

14. ne-

Nonne Patrem 14 violas dum 15 Natum ſcire recuſas?
16 Quando quidem non eſt 17 genitor, niſi filius exſtet:
Nec vocitare Patrem potis es, quem germine fraudas.
Sed fortaſſe velis 18 patriæ pietatis honore
Deſpoliare Deum, contentus 19 nomine nudo,
Quod Deus eſt, adimaſque decus Patris, & generis 20 vim.
Ecquis in 21 idolio 22 recubans inter ſacra mille,
Ridiculoſque Deos venerans ſale 23 ceſpite, ture,
Non putat eſſe Deum ſummum, & ſuper omnia ſolum?
Quamvis 24 Saturnis, Junonibus, & 25 Cythereïs,

14. negas. 15. Filium. 16. quoniam ille. 17. Pater. 18. paternæ, quod Patris eſt. 19. ſc. procreationis. 20. Filii vigorem. 21. in ſacrilegio, in loco idolorum. pro eo quis homo idolothitum eſt immolatum. Idolium vero eſt templum idoli. 22. ſc. quâvis. 23. Ceſpes eſt terra avulſa cum herba, unde faciebant altaria. 24. pro omnibus diis poſuit. 25. Cytharea, Venus

26 Portentúsque aliis fumantes conſecret aras:
Attamen in cœlum quotiens ſuſpexit, in uno
Conſtituit 27 *jus omne Deo: cui ſerviat ingens*
Virtutum ratio variis inſtructa 28 *miniſtris.*
Quæ gens tam ſtolida eſt animis, tam 1 *barbara linguis;*
Quæve 2 *ſuperſtitio tam ſordida; quæ* 3 *caniformem,*
Latrantémque throno cœli præponat 4 *Anubem?*
5 *Nemo* 6 *Cloacina aut* 7 *Epona ſuper aſtra deabus*

mus. 26. idolis. 27. religionem. 28. angelis. 1. alienigena. 2. paganitas. 3. canis habens formam. 4. Deus Ægypti, i. Simiam, caput canis habentem. Mercurius lingvâ Ægyptiacâ vocatur Anubis qui Deus eloquentiæ fertur. unde cum canino capite depingitur; quia in animalibus nihil cane ſagacius habetur. Latrare autem dicitur, propter copiam ſermonis. Unde & oratores rabulatores dicuntur. Deum Ægyptiorum ſimilitudinem canis habentem. 5. H. Ita tres præſtantiores ex noſtris cum duobus Torrentianis. In Oxonio & Nomſio *Tiphonæ. aut Hippe* vulgati. ſic & *Hippe* pro *Epona* apud Fulgentium

Dat ſolium, quamvis 8 olidam perſolvat 9 acerram,
Sacrilegiſque 10 molam manibus 11 rimetur & 12 exta.

gentium de vocabulis antiquis, ubi inter Semones recenſet *Priapum, Eponam, Vertumnum.* Apud Juvenal. Sat. 8. *jurat ſolam Eponam & facies olida ad præſepia pictas.* Ubi turbant ſimili modo vetuſti codices. Quorum plerique *Hippo, Yponami & Ypona.* Præerat enim ſtabulis. Unde & apud Appulejum Metam. III. *reſpicio pilæ mediæ, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo fere meditullio, Eponæ Deæ ſimulacrum, præſidens equili, quod accurate corollis roſeis, & quidem recentibus fuerat ornatum.* Sic ſcribo *Præſidens ædiculæ* nunc circumfertur & *equidem recentibus.* Poſſis tamen & *Reſidens ædiculâ.* In Prudentio veram lectionem ex membranis Elmenhorſtius ſagaciter jam eſt odoratus, & ante illum in indice Lucretiano Giphanius. Giſelinus nihil hîc vidit. Fit & Eponæ Deæ bis mentio in Gruterianis inſcriptionibus. Mox *olidam acerram,* noſtri agnoſcunt, quod perperam loco movebat Weitzius, Giphanii, ut opinor, permotus auctoritate, qui id in quinis exemplaribus ſcriptis ſe teſtatus eſt inveniſſe. 6. I. Cloacina & Epona, Deæ ruſticæ ſunt. Dea cloacarum. 7. Dea hortorum. 8. *ſolidam*) plenam, olidam, putridam. 9. vas thurarium. Wirauch-Faß. Turibulum. 10. ſacrificium vel notam. Mola eſt genus ſacrifi-

Conſule barbati 13 *deliramenta* 14 *Platonis:*
Conſule & 15 *hircoſus Cynicus quos ſomniat, & quos*
Texit Ariſtoteles 16 *tortâ vertigine* 17 *nervos.*
Hos omnes quamvis anceps 18 *Labyrinthus & error*

crificii ex farre & ſale. Unde ignem aſpergebant & cultrum & hoſtiam. 11. vertat. 12. viſcera. 13. dementiam, mendacia, amentiam. 14. Plato dicitur â latitudine humerorum; qui primum athleta invictus, poſtea ad philoſophiam converſus omnes philoſophos ſuperavit. Illius ſenis. 15. própria nomina hæreticorum dicit, quorum alii propter immunditiem hirci dicuntur, alii canini, adulteri, vocantur. Κύων enim apud Græcos canis dicitur. Unde cum Canino capite depingitur; quia in animalibus nihil cane ſagacius habetur. H. *Conſule & hircoſos Cynicos quod ſomniat*) ſecutus ſum membranas Puteaneas, in quibus, *Conſule & hircoſus Cynicus quos ſomniat*. Nervos nempe. Et ſic ibidem loci Giphanius In Thuano & Rottendorphio, ac Torrentianis tribus, *hircoſus Cynicus quod ſomniat*. Mox optime libri quotcunque â me inſpecti, *cum venium tamen*. Etiam hic impegit Weitzius. Tum mox cum *Cotus* pro *Scoteus* aut *icotus*, quod in membranis eſt, amplectitur. 16. I. tortuoſa circumlocutione. 17. ludos inenoda-

Circumflexus 19 agat, quamvis promittere & ipſi
20 Gallinam ſoleant aut gallum, 21 Clinicus ut ſe
Dignetur præſtare Deus morientibus 22 æquum:
Cum ventum tamen ad normam rationis & artis,
Turbidulos ſenſus & litigioſa 23 fragoſis
Argumenta modis concludunt Numen in unum;
Cujus ad arbitrium ſphera mobilis atque rotunda.
Volvatur ſerventque 25 ſuos vaga 26 ſidera curſus.
Non 27 recipit 28 natura hominis, 29 (modò 30 quadrupes 31 ille

enodabiles dictiones, Syllogiſmos, 18. flexuoſus idem vocat Laborinthum, quod & errorem. Laborinthus erat domus ſubterranea centum habens oſtia, quam Dædalus fecit ad Minotaurum; quam ſi quis ſemel ingrederetur, propter multitudinem oſtiorum, non poterat revertere. Dicitur autem Laborinthus, q. labor intus. 19. vexat, ducat. 20. Æſculapio gallina immolatur, qui clinis præeſt. 21. curvus cline gr. lectus dicitur. Inde clinicus proprium nomen Dei, qui præerat decumbentibus in lectum, vel ipſe infirmus, à cumbendo in lecto. 22. placatum. 23. difficilibus. 24. ſyllogiſmis. 25. proprios. 26. ſeptem errantia ſidera, dicit ſeptem planetas, quæ interpretantur errativæ, non quod ipſæ errent, ſed quod homines errare faciunt. Unde planoficiæ dicuntur melius, i. errorem facientes. 27. non

Non ſit, & erecto ſpectet cœleſtia vultu)
Non recipit, neget ut regimen 32 pollere ſupremum.
Illud & ipſe 33 Numa tacitum ſibi ſenſit 34 haruſpex,
Semifer & 35 Scotus ſentit, 36 cane milite pejor.
Sed nos, qui Dominum libris & corpore jam bis
Vidimus, antè fide, mox carne & ſanguine 37 coràm,
Quique voluminibus vatum, cruce teſte, probatis,

non intelligit. 28. i. tantummodo quadrupes homo dicitur, qui irrationabiliter more animalium vivit, & deditus ad ventris ingluviem, nihil de cœleſtibus curat. Nam omnia mortalia animalia, præter hominem in terram prona ſunt. Unde & quidam veridicus: *pronaque cum ſpectent animalia cætera terram, os homini ſublime dedit, cœlumque tueri juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.* 29. Solummodo, tantummodo. 30. animalis. 31. homo. 32. valere. 33. Numa Romanis ſacra inſtituit. Numa genere Sabinus, quem poſt mortem Romuli populus Rom. imperatorem fecit, qui, volens Romanos ab armorum amore revocare, culturam Deorum per Magicam invenit artem, dicens ſe omni nocte ab Egeria Nympha doceri. Poſt hujus mortem Romani ejus libros magicos reperientes igni tradiderunt. Sed licet ſe erraſſe viderent, in Deorum cultura permanſerunt. 34. ſacerdos. 35. *Cottus*) unde Alpes Cottiæ. 36. Moloſſo. 37. præſentialiter.

38. fora-

Rimantes digitos coſtarum in vulnera cruda
Merſimus, & manuum viſu dubitante 38 *lacunas*
Scrutati, æternum Regem cognovimus Jeſum,
39 *Adjurare Deo* 40 *titulum nomenque paternum.*
Credimus eſſe nefas: qui 41 *Regem protulit ex ſe;*
Non Regem populi Parthorum aut Romulidarum.:
42 *Sed Regem* 43 *ſummæ & mediæ ſtationis, & imæ;*
Atque ideo verum Dominum, & ſuper omnia Regem.

38 foramina, cavernas, fixuras. lacunas, eſt, cicatrices: foſſas. Se ipſum Apoſtolis immiſcet in Evangelio enim Thomæ legitur, adhuc minime credenti dixiſſe: *infer digitum tuum* &c. ſed ille clavorum figuras intuens, tangere eum non auſus eſt, ſed dixit: Dominus meus, & Deus meus. Ideo autem dicitur Thomam in latus ejus miſiſſe, cum tamen non miſerit, quoniam Domino jubente hoc facere poterat 39. denegare, tollere. 40: laudem vel poteſtatem. 41. Chriſtum. 42. H. ſtant pro hâc ſcripturâ membranæ conſtanter, Giphanius ad Lucretium *Regionis & imæ.* Mihi *ſtationis* non improbatur. Ita *ſtationem* pro imperio terrarum Lucanus videtur poſuiſſe ad Neronem, *cum tu ſtatione peracta aſtra petes ſerus.* Sic & Tiberio Vellejus Paterculus adprecatur ut *longiſſima ſtatione mortali fungatur.* 43 cœleſtium: mediæ, terreſtrium: imæ, inferorum.

Carnis habet medium, ſummum Patris, & 1 Stygis imum
2 Deſluit his gradibus, rurſuſque revolvitur in 3 ſe.
Eſt Deus, eſt & homo: ſit mortuus, & Deus idem eſt.
Omnia percurrit naturæ 4 munia 5 pronæ,
Ut 6 ſurſum Patris in geminum 7 replicatus reportet,
Mortua quæ fuerant: ipſos quoque 8 ſubvehat artus.
Hæc fore cum veterum cecinissent 9 organa vatum:
Nos oculis, manibus, congreſſu, voce, loquellâ
Experti 10 heroum tandem intelleximus 11 orſa,
Priſcorum, & viſo 12 patefacta 13 oracula Chriſto.
Hæc eſt noſtra ſalus hinc vivimus: hinc animamur:
Hoc ſequimur nunquam detracto nomine Natî
Appellare Patrem: Patris & ſine nomine nunquam
Spiritus interſit. Natumque Patremque vocare.

1. inferni. 2. deſcendit. 3. cum ad cœlum aſcendit. in unum. 4. officia. 5. humanæ. 6. H. *ut rurſum*) *ſurſum* Put. Thuan. & Nomſius & à manu ſecunda Rottendorphius. Sic & Hamart. v. 834. reſtituimus. 7. I. reducta!, reperata vel artus. 8. elevet ad cœleſtia, ad cœlum. 9. voces. 10. prophetarum. 11. dicta vel verba heroum vel prophetarum. 12. manifeſtata. 13. reſponſa, miracula.

14 ſequi-

14 *Sic tamen hæc conſtare* 15 *tria ut ne* 16 *ſepare* 17 *ductu*
18 *Tria faciam:* 19 *tribus his ſubſiſtat ſed Deus unus.*
Nec Pater ipſe autem, qui Filius: ut, quia Natum
Scimus ab 20 *Innato, verè Pater, &* 21 *ſata verè*
Sit ſuboles: nec ſit genitor ſibi Filius ipſe.
22 *Perquam* 23 *ridiculum eſt & futile.* 24 *natus ut* 25 *ex ſe;*
Sive Pater natus fuerit, ſive ipſe repentè,

---

14. ſequimur. 15. nomina. 16. ſeparato. ſepar dicitur, ſicut compar & diſpar. 17. auctione vel ductione. 18. ſubſtantias. 19, perſonis. 20. Patre 21. nata. 22. H. noſtri omnes hunc verſum præponunt illi: *ſive Pater natus fuerit.* Quem ſic conſtituit Puteanus: *ſive ſupernatus fuerit ſibi ipſi repente.* Puto:

> *Perquam ridiculum eſt & futile, natus ut ex ſe*
> *Sive ſupernatus fuerit ſibi, ipſe repente*
> *Naſcendi nova materies.*

Quales hiatus Prudentio perquam familiares eſſe exemplis pluribus jam evicimus.] *Supernaſci* verbum elegans. quo & Plinium in nat. Hiſt. recordor uſum fuiſſe, qui libro XIX. cap 3. *inciſo laſerpitio & ſucco ejus profluenti ſupernaſci caulem teſtabatur.* Poſſis etiam *ſibi & ipſe repente naſcenti nova materies.* 23. I. inane. 24, natus, q. ut ex ſe, ſc. ſit, i. Filius. 25. q. ſit Filius.

26. mira-

by Google

Naſcendi 26 nova materies, ac ſe Deus ultro
27 Ediderit, natumque ſibi ſe fecerit ipſum.
Nil falſum aut mendax divina 28 vocabula fingunt.
Qui Pater eſt, gignendo Pater: tum Filius, ex hoc
Filius, auctore 29 genitus quòd ſit Patre ſummo:
Summus & ipſe tamen: nec enim minor, aut Patre diſpar.
Unde in utroque operis forma 30 indiſcretus, niſi omnem
31 Vim majeſtatis patria 32 generoſus haberet
Filius, idque Deus genitor, quod Filius, eſſet?
Pergunt 1 ulterius ſcrutantes, quid ſit id ipſum
2 Gignere, ſi 3 fas eſt humanos tendere ſenſus
Usque ad ſecretum, quod tempora cuncta dieſque
Prævenit antiquos, & principium 4 ſuper ipſum
Eminet, & quodcunque poteſt homo quærere, tranſit.

26. mirabilis. 27. genuerit. 28. carmina. 29. H. *ut genitus*) à Puteaneo aberat τὸ *ut* opinor ab ipſius Prudentii manu fuiſſe: *Tum Filius ex hoc Filius, auctore ut genitus qui ſit Patre ſummo.* Quanquam & ſcriptura Puteanei codicis diſtinctione commoda poteſt erigi. Mox *humanos tendere ſenſus* noſtri omnes: Niſi quod Oxonio pro diſcrepanti ſcriptura additum *greſſus*. 30. indiviſa. 31. virtutem. 32. nobilis. 1. ultra licitum. 2. ſpiritalis generatio. 3. juſtum. 4. ultra.

5. ratio

Cùm ſit difficilis [5] *via, noſcere principiorum*
[6] *Semina* [7] *cui dabitur* [8] *mortali exquirere, quidnam*
[9] *Ultrà principium Deus egerit? aut quo* [10] *pacto*
Ediderit Verbum, quod principio caret omni?
Hoc ſolum ſcimus, quod [11] *traditur eſſe Deum, quem*
Non genitus Genitor generaverit, unus & unum, [8]
Integer integrum, non cœptum, ſed tamen ortum,
Et comperpetuum [12] *retro Patris, & Patre natum.*

5. ratio. 6. principia. 7. H. *qui dabitur* in Puteaneo. Mox idem cum ceteris præſtantis notæ, *quod imditur eſſe Deum*, non *Deus*. Pro *generaverit* Puteaneus idem & Rottendorphius *generavit*. Forte *generavit & unus & unum*. 8. L. homini. 9. ante 10. lege vel modo 11. in ſcripturis. 12. æternaliter. hîc præteritum verbum H. *Et comperpetuum Patri retro, ſed Patre natum*) Exiſtimo fuiſſe. *Patri retro & Patre natum*. Weitzius, *retro Patri*, mendoſe quidem ſed veram ſcripturam propius. In Puteaneo enim & Thuano & ceteris noſtris ac Torrentianis, *retro Patris & Patre natum*. Nec aliter optimus Weitzianorum Egmondanus, cum Aldo, quod admitti

Sed nec 13 *deciſus Pater eſt, ut pars Patris eſſet*
Filius: 14 *extendens nec ſe ſubſtantia* 15 *tractim*
Produxit, minuitve aliquid de Numine pleno;
Dum 16 *mutata novum* 17 *procudit* 18 *portio Natum.*
Non convertibilis, nec demutabilis 19 *unquam*
Eſt Deus, aut gignendo aliquid ſibi detrahit: 20 *atqui*
Totus & ex toto Deus eſt, de lumine lumen.
Quando autem lumen ſine lumine? quando refulgens
Lux fulgore caret? quando eſt, ut 21 *proditus ignis*

admitti etiam poteſt. ſic infra itidem in ſcriptis, *Ille coaeternus Patris eſt* 13. I. decurtatus vel detruncatus, minoratus. 14. dilatando. 15. Paulatim. 16. operata. 17. vel producit, i. generat vel fabricat. genuit. 18. ſubſtantia. 19. ſed certe. 20. at ille 21. diſpenſus vel manifeſtatus. H. ita antiquiores noſtri. Giphanio probabatur *prodigus ignis*, quod tres recentiores ex noſtris occupavit. Apud Naſonem de igne, *Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo, proditus ignis*, hoc tamen

Ignem diminuat? quando Pater & Deus & lux
Non lucis Deus & pater eſt? qui, ſi Pater 22 olim
Non fuit, & ſerum genuit poſt tempora Natum,
Fit novus, inque novum jus proficit, abſit, ut unquã
Plenus proficiat, qui non eget incremento
Et Deus & genitor lumenque & gloria ſemper
Ille fuit: nec poſt ſibi conſulit, ut pater eſſet.
Sic fit, ut æternum credamus cum Patre Chriſtum
Illo auctore ſatum, cui nullus præfuit auctor.
Hæc 23 tu ſi dubitas nati myſteria Chriſti,
Perdite, catholicâ non es de plebe: ſed unus
De grege 24 turifero venerator, 25 Deucalionum
1 Devotus 2 cippo, 3 ficulni & ſtipitis 4 unctor
Quin potius ſcrutare Dei ſignacula in ipſo
Fonte vetuſtatis; percurre ſcrinia primi
5 Scriptoris: quem non 6 Bardus pater, aut avus 7 augur,

tamen loco, qui porro extenditur ſic Nonius illud Maronianum accepit, *genus alto ſub ſanguine Teucri proderet.* 22. I. æternaliter, ſine initio. 23. Sabelliane. 24. turificante. 25. Deorum, idolorum. Deucalion lapides & uxor ſua ſeminaverunt: inde viri & mulieres. 1. inclinatus. 2, trunco vel ipſo Deo. 3. H. *ficulni ſtipitis* in Oxonio. Mox *percurre ſcrinia* in Puteaneo. diximus ſupra v. 137. quod & in ſuis Weitzius videtur inveniſſe. vulgati, *percurre & ſcrinia.* 4. I. venerator. 5. Moyſis 6. ſtultus: ab elefanto, Baburrus, ſtultus. 7, qui avium garritum

Fabula nec veteris famæ, nec garrula 8 nutrix,
Nec 9 ſago clangore loquax & ſtridula cornix
10 Rem docuere Dei: ſed 11 coràm 12 proditus ipſe,
Ipſe Deus 13 trepidum 14 mortalem mitis 15 amico
Inbuit alloquio; ſeque ac ſua ſumma 16 retexit.
Nimirum 17 meminit ſcriptor doctiſſimus illo
Orbis principio non ſolum, nec ſine Chriſto
Informaſſe Patrem factura plaſma novella.
Fecit, ait 18 condens hominem Deus, *& dedit olli*
19 Os Dei. quidnam eſt aliud, quàm dicere, Solus
Non erat, atque 20 Deo Deus adſiſtebat agenti
Cùm Dominus faceret Domini *ſub imagine plaſma?*
Chriſtus forma Patris, nos Chriſti forma & imago,
Condimur in faciem Domini bonitate paternâ
Venturo in noſtram faciem poſt 21 ſæcula Chriſto.

ritum vel augurium obſervat. 8. anus. 9. magico vel præſcio. Præſcienti, magico vel ſapienti. 10. ſtatum divinum. 11. palam. 12. manifeſtatus. 13. pavidum. 14. Moyſen. 15. amicabili 16. aperit, aperuit. 17. docet. 18. creans. 19. vultum imaginem. 20. Filius Patri. 21. in fine ſæculorum.

22. ge-

Poſſum multa ſacris exempla excerpere libris,
Ni refugis, quæ te doceant, non in Patre ſolo
Vim majeſtatis poſitam, ſed cum Patre Chriſtum
Eſſe DEUM; velut illud ait 22 *genealogus idem:*
A Domino Dominus 23 *flammam pluit in Sodomitas.*
Quis Dominus? de quo Domino? ſi ſolus ab arce
Siderâ ſpectat Pater aut ardeſcit in iras.
Filius armatam Domini Patris ignibus iram
Spargebat; Dominus: ſunt unum fulmen utrumque.
24 *Hæc ſi Judaicos ſic intellecta rigaſſent*
Auditus, 25 *ſtupidas ut poſſint tangere* 26 *fibras,*
Audiſſent Dominum virtutum qui pereuntes
Venerat ut ſervaret oves: ſed ab auribus omnis
Fluxerat ornatus, caput & jam coctile Baal
Finxerat, auriculaſque 1 *ſuo ſpoliarat honore.*

22. generis computator, i. Moyſes ſcriptor de generatione loquens. 23. H. *flammas pluit*) *flammam* vetuſtiores concinnius. Niſi quod in Cauchiano *flamma*. Deinde iidem *ſunt unum fulmen utraque uterque* Cauchius. 24. *Adverſus Judæos*) ita ſcripti. Deinde *ſtupidas ut poſſint tangere fibras* Puteaneus cum Nomſio & Weitzii Palatino. In reliquis noſtrorum *ut poſſent*. Vulgati, *aut poſſent*. 25. I. ſtupendas) â ſtupendo. 26. venas cordis. 1. proprio.

2 *Dux populi peccantis adeſt' 3 de monte coruſci*
Luminis, 4 adloquioque DEI; tabulasque tremendo
5 Inciſas digito 6 cæca ad tentoria defert.
Sed cadit 7 in faciem plebs, non viſum profunda
Legis in effigie ſcriptum per 8 ænigmata Chriſtum.
Infelix, quæ luce oculos 9 præſtricta paventes
Texerit, & preſſo faciem 10 velarit amictu!
At nos rejecto Chriſtum velamine 11 cominus
Cernimus, atque Deum vultu ſpeculamur aperto:
Nec ſub lege gravi, depreſsâ fronte jacemus:
Sed legis radium 12 ſublimi agnoſcimus ore.
Heu, 13 frondoſa prius ramis 14 felicibus arbor!
Pinguibus, heu, quondam radix 15 oleagina 16 baccis!
Ecce 17 tibi 18 inſerto reviveſcit nunc oleaſtro
Truncus: & externi veſtitur 19 cortice libri.
Jam miſerere tui, non ſe ſilveſtris olivi
20 Surculus, exſultans alieno ſtipite 21 jactat:

2. Moyſes. 3. Sinai. 4. fulgebat à colloquio Dei. 5. ſcriptas. 6. incredula. 7. operuerunt faciem ſuam. 8. figuras vel umbram 9. circumdata. 10. ne videret Chriſti arcana. 11. manifeſte. 12. erecto. 13 fructuoſa. 24. fertilibus. 15. ab oleo. 16. uvis. 17. in te. 18. indito. 19. viriditate. 20. ramus, Zweig.

Sed 22 *monet, ut generis proprij memor,* 23 *ungvine amaro*
24 *Contriſtare* 25 *comas deſveſcas, ſtirpe nec* 26 *imo*
Iinvideas, miſſis in 27 *celſa cacumina virgis.*
Blaſphemas Dominum gens ingratiſſima Chriſtum.
Paſcha tuum dic, dic cujus de ſangvine feſtum
Tam ſolemne tibi eſt? quis tandem cæditur agnus
Anniculus? ſacer ille tibi redeuntibus annis:
Sed 28 *ſacer in pecude, ſtultum eſt, ſic credere ſacrum;*
Sangvine balantis fumos contingere poſtes,
29 *Laſcivire* 30 *choris ſimilaginis azymon* 31 *eſſe,*
Cum 32 *fermentati turgeſcant crimine mores.*
Non ſapis 33 *imprudens, noſtrum te effingere Paſcha?*

Zweig. 21. gloriatur 22. ipſe ſurculus. 23. ungvento, oleo vel ſuco, i. errore 24. amareſcere. 25. ramos. 26. gentili populo. 27. H. *in cæca* Puteaneus à manu prima 28. *ſed ſacer in pecude, ſtultum eſt, ſic credere ſacrum.*) Ita Adus cum ſcriptis noſtris recte. ut jam ſupra monebamus v. 137. In Puteaneo à manu primâ, *ſed ſacrum in pecude.* 29. I. laſciviam facere in ſuis carminibus. 30. cantibus. 31. edere. Manducare, comediſſe. ab edo. 32. antiqui corrupti 33. ô Ju-

Legis & antiquæ 34 productis 35 pingere 36 ſulcis
Omne ſacramentum, retinet quod paſſio 37 vera:
Paſſio, quæ noſtram defendit ſanguine frontem,
Corpoream que domum ſignato 1 conlinit ore?
2 Hanc fugit excluſis Ægyptia plaga flagellis:
3 Hæc Regis 4 Pharij regnum 5 ferale 6 reſolvit?
Deque poteſtatis mundanæ grandine denſa
Eripit Abraham cum ſtirpe & gente fideli,
Abrahæ genus eſt verum: cui ſanguis in 7 ore
8 Creditus, inſcriptusque rubet: cui viſus in orbe,
Haud dubitante fide, Deus eſt; Deus ex Patre verus.
Ille Deum vidit, viſum mox credidit: at tu

ô Judæa. 34. præfiguratis. 35. præfigurare. 36. ſcriptis. 37. quæ poteſtatem diaboli deſtruxit. 1. linit. 2. domum. H. *Hanc fugit excluſis Ægyptia plaga procellis*) ſic Puteaneus cum Rottendorphio. In Thuano, Oxonio, Nomſio, *flagellis*. 3. I. paſſio 4. Ægyptii. ſacrilegi. Farus, Ægyptus dicitur. 5. viroſum. mortale. 6. quia Chriſti paſſio poteſtatem diaboli deſtruxit. 7. fronte. 8. *creditur*) immittitur vel commendatur. H. *creditur*) *creditus* Thuaneus cum duobus Torrentianis. Mox *Deus ex Patre vero*. Oxonius.

9. I.

Poſteritas carnis, carnaliter omnia 9 cernens,
Carnis opus ſub lege 10 geris, quam ſpiritus implet
Interior: nec enim cœlo lex carnea fluxit,
Quam tu carne colis: ſed Chriſto 11 fata, meamque
Spem paritura utero, quam ſpem? niſi 12 Numinis almum
Lumen & adventum Domini, quem viderat Abræ
Prima fides, noſtriſq; pater promiſerat olim
Perſpiciendum oculis, & legis voce probandum:
Nec ſolùm legis, nam quæ jam littera Chriſtum
Non habet, aut quæ non ſcriptorum 13 armaria Chriſti
Laude 14 refertæ, novis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit ſtilus, 15 Attica copia pangit,
Pangit & 16 Auſonia facundia tertia lingua.
Pilatus jubet ignorans: 17 I, ſcriba, 18 tripictis

9. I. *credens*) *cernens*. 10. facies. 11. myſteriis Chriſti plena. 12. H. ſic omnes noſtri. Giphanius ad Lucretium ex veteri libro *luminis almum lumen.* Quomodo paulo ante, *totus & ex Deo Deus eſt, de lumine lumen.* 13. I. ſcrinia, volumina. 14. repleta, plena. completa. 15. Athenienſis, græca locutio. 16. Latinæ, Italiæ, Romanæ, 17. H. *tu ſcriba*) *I, ſcriba*, ex vetuſtis pene omnibus. Cujus & veſtigium in Aldina editione extat, *ſi criba* monuit libro de Uſuris Salmaſius, vid. Cathem. Hymn. XII. v. 99. 18. I. tri-

19 Digere verſiculos, quæ ſit 20 ſubfixa poteſtas
21 Fronte crucis: titulus ſit triplex triplice lingvâ,
Agnoſcat Judæa legens, & Græcia norit,
Et venerata Deum 22 percenſeat aurea Roma.
Quidquid in ære cavo 23 reboans tuba curva remugit,
Quidquid ab 24 arcano 25 vomit 26 ingens ſpiritus hauſtu,
Quidquid 27 caſta 28 chelys, quidquid 29 teſtudo reſultat,
Organa 30 diſparibus calamis quod conſona miſcent,
31 Æmula paſtorum quod reddunt vocibus antra;
Chriſtum concelebrat, Chriſtum ſonat: omnia Chriſtum,
Muta etiam fidibus ſanctis animata loquuntur.

I. tripliciter conſcriptis. 19. dic, ordina vel ſcribe, 20. cruci. 21. in ſtipite. 22. perlegat. 23. ſonans, canens. 24. â pulmone. 25. profert, 26 magnus 27. ideo dicit caſtam, quia cum ea laudem virginum canebant. 28. cithara. muſa. Chelæ, i. brachia, vel cithara, magna in cœlo. Unde chelæ ſcorpionis, i. brachia. Eſt autem Græcum. 29. Muſa vel cithara magna in cœlo. Harffen. 30. non ſimilibus 31. imitantia, reſpondentia vel reſonantia. I. ſonis.

O nomen prædulce mihi! lux, & decus, & ſpes,
Præſidiumque meum! requies ô certa laborum!
Blandus in ore ſapor, fragrans odor, inriguus fons,
Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſincera voluptas!
Si gens [2] ſurda negat [3] ſibi tot [4] præconia [5] de te,
Tam multas rerum voces, [6] clemenſque tanta
Nuntia lætitiæ, ſtolidas intrare per aures:
Audiat [7] inſanum [8] bacchantis [9] energima monſtri,

2. Judaica. 3. ad ſuam utilitatem. 4. laudes. 5. H. *ſibi* Puteaneus. 6. I. ſignificationes; quia res per figuras locuntur. 7. inſane. 8. furentis. 9. illuſionem vel imaginem. Furias, vel pigritiam vel inertiam, ſive melius illuſionem. Energima, imaginatio vel fantaſia. Unde qui fantaſias dæmonum patiuntur energumeni dicuntur. H. *Inergima* Puteaneus, mutato ε & η in ι. Nam Græcis eſt ἐνέργημα, infra in eodem codice *Geraſinos legio ruit. effera porcos* pro, *Geraſenos.* Ubi cave audias reponentes *legio irruit* vel *obruit.* Nec ſequi debuit Giſelinus. Eſt enim & hoc Virgilianum, & potiores ſcripti confirmant. Paulo ante pro *& notos. ſuſpirat Jupiter ignes,* Cauchius ex conjectura malebat reponi *admotos ignes.* non perſuadet. Paulo & ante, *Chriſtus adhæſit*

Quod rabidus clamat capto inter viſcera dæmon,
Et credat 10 *miſeranda* 11 *ſuis, torquetur Apollo*
Nomine percuſſus Chriſti, nec 12 *fulmina verbi*
Ferre poteſt: agitant miſerum tot verbera linguæ,
Quot laudata DEI reſonant miracula Chriſti.
Intonat 13 *Antiſtes Domini: Fuge, callide ſerpens,*
Exue te membris, & 14 *ſpiras ſolve latentes.*
15 *Mancipium Chriſti,* 16 *fur corruptiſſime, vexas?*
Deſine: Chriſtus adeſt, humani corporis ultor:
Non licet ut 17 *ſpolium rapias, cui Chriſtus inhæſit.*
Pulſus abi, 18 *ventoſe liquor: Chriſtus jubet, exi.*
Has inter voces medias 19 *Cyllenius ardens*
Ejulat, & notos ſuſpirat Jupiter 20 *ignes.*
Ecce Geraſenos legio ruit effera porcos:
Et, poſt multiplices buſti ſub rupe catenas,
Pœnarum gemitus longis 21 *grunnitibus edit.*

Puteaneus à manu prima 10. l. miſerabilis gens Judæorum, Judæa. 11. ſociis, monſtris ſive vicinis. 12. terrores verbi Dei. 13. unusquisque Chriſtianus dæmona expellens. 14. tortidunes vel calliditates vel nodos. 15. ſervum. 16 H. non *cur* conſtanter ſcripſi. Præcedenti verſu mallem ſi per membranas, liceret, *& ſpira ſolve latentem.* Exue & ſolve te ſpira, ſub qua lates. 17. l. corpus. 18. defluens, inſtabilis 19. Mercurius à monte Cylleno. 20. furores, iras. 21. grunitus pro-

Clamarat, ſed ab ore hominis: Cognoſcimus, JESU
Nate DEO, 22 nate ſceptris & germine David,
Qui ſis, 23 quid venias: quâ nos virtute repellas.
Novimus, adveniusq; tui terrore 24 jacemus.
Hæc, Judæa, tuas vox non pervênit ad aures?
Pervênit: mentem ſed non penetravit 25 egenam
Lucis, & à primis foribus diſcluſa refugit.
Audiſt adventum Domini, 26 quem Solis 27 Hiberi

proprie vox porcorum eſt. 22. H. non recte Giſelinus, *nate & ſceptris*. Eunt in contraria noſtri codices. Monitum jam ſupra v. 137. ſequenti verſu tres vetuſtiores, *quis ſis, quid venias*. Rottendorphius & tres Torrentiani, *qui ſis, qui venias*. *Qui ſis* ut apud Maronem, *nec qui ſim quæris, Alexi*. Ubi nos plura. Weitzius *quid ſis*. In Cauchianis membranis *qui ſis, quis venias*. 23. I. cur 24. proſtrati. 25. miſeram. 26. H. *veſper habet roſeus*) *veſper habet, roſeos & qui novus excipit ortus*, Probè omninò Put. Thuan. & Rottendorph. cum duobus Torrentianis. *Roſeus veſper* perperam dicitur. Ortui ſolis id convenit. Claudianus de cometa, *roſeo ſolis prolatus ab ortu. Ortus puniceus* Silio. Apud Naſonem quoque *roſea aurora* occurrit, apud Homerum in hymnis Ἠὼ ῥοδόπηχυς. Eadem ῥοδοδάκτυλος. Mu-

Veſper habet, roſeos & qui novus excipit 28 *ortus.*
1 *Laxavit Scythicas verbo penetrante* 2 *pruinas*
Vox Evangelica: 3 *Hyrcanas quoque fervida* 4 *brumas*
Solvit, ut 5 *exutus glacie jam mollior* 6 *amnis*
7 *Caucaſeâ de cote fluat* 8 *Rhodopeïus Hebrus.*
Manſuevêre 9 *Getæ, feritasque cruenta* 10 *Geloni*
Lacte 11 *mero ſitiens exſanguia pocula miſcet,*
12 *Libatura ſacros Chriſti de ſangvine potus.*

Ideo Q. Calabro ῥοδόπεπλος & ῥοδόσφυρος dicta. Nonno ῥοδοστεφὴς & ῥοδοειδής. Naſoni aperire deſcribitur

Purpureas aurora fores & plena roſarum
Atria.

27. I. Hiſpani. Hiberia, Hiſpania. 28. ſolis qui habitat in oriente. 1. molleſecit vel calleſecit. 2. in aquilone. 3. Scythicas. 4. hiemes. 5. H. *exutus glaciem* eleganti Græciſmo. Nomſianus. Mox *Hebros* Puteaneus ſetiam, græcorum more. 6. I. Tanais. 7. petroſa. 8. Rodope, mons, de quo emanat Hebrus fluvius. 9. Gothi. qui prius feroces erant. 10. gentes Scythiæ, ſtigmata ſibi, ut Sergius dicit, more Scottorum inurentes. 11. puro. 12. bibens vel bibitura.

13. mons

Novit & 13 Atlantis pridem plaga 14 perſida 15 Mauri;
16 Dedere crinitos ad Chriſti altaria Reges.
Ex quo mortalem 17 praſtrinxit Spiritus album,
Spiritus ille Deus, Deus & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit;
18 Delphica damnatis tacuerunt ſortibus 19 antra:
Non 20 tripodas 21 cortina tegit, non 22 ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis 23 fanaticus edita libris;

13. mons ad meridianum. 14. H. *fervida*) *perſida* noſtri omnes cum Aldo, & benè. *Fervida* jam præceſſerat. Mox *ſpiritus ille Deus*, non *Dei*, In Puteaneo & Thuaneo. Videtur Maronis reſpexiſſe illud, *Deus, Deus ille, Menalca.* Noſter infra ſimili repetitione uſus v. 791. ut quidem veterrimi codices inculcant, *verus, verus Deus ille.* Deinde mallet Giphanius ad Lucretium *jacuerunt ſordibus antra.* ſed male. Si quid illi credimus, etiam Claudiani ſcriptura eſſet ſollicitanda, illo verſu, *Delphica quin etiam Phœbi delubra tacebunt.* 15. I. populi. 16. offerre. 17. præoccupavit. 18. Apollinea. Delfi. locus eſt in Græcia in quo Apollo colebatur. 19. reſponſa. 20. menſas Apollinis. 21. ſecretum, quod cortinis oppanſum eſt. 22. loquitur. 23. fanorum ſacerdos.

Reddidit inſanos mendax 24 Dodona 25 vapores;
Mortua jam mutæ lugent oracula 26 Cumæ:
Nec reſponſa refert 27 Libycis in Syrtibus 28 Hammon:
Ipſa ſuis Chriſtum Capitolia Romula 29 mærent
Principibus lucere Deum, 30 deſtructaque templa
Imperio cecidiſſe Ducum, jam purpura ſupplex
Sternitur 31 Æneadæ Rectoris ad atria Chriſti,
Vexillumque Crucis ſummus 32 dominator adorat.
Principibus 33 tamen è cunctis non defuit unus;
Me puero, ut memini, ductor fortiſſimus armis,
34 Conditor & legum, celeberrimus 35 ore manuque,
Conſultor patriæ, ſed non conſultor habendæ
36 Religionis, amans tercentum millia divûm.

24. ſilva. Civitas Græciæ. 25. hoſtias. 26. civitatis. 27. Africanis arenis. 28. Jovis. Jupiter Afrorum. 29. dolent vel timent. 30. H. *diſtructaque* in Puteaneo, ut & alibi compluribus locis, ut infra v. 509. 525. 526. ſic in veteri monumento de ponte Salario *a nefandiſſimo Tyranno Totila diſtructum.* 31. I. Romani; quod de Ænea ſint orti. 32. Imperator, Cæſar. 33. etiam. 34. conſtitutor, conſtructor. 35. famoſiſſimus eloquio & poteſtate. 36. Chriſtiani-

Perſidus ille Deo, quamvis non perſidus 37 *orbi,*
38 *Auguſtum caput ante pedes* 39 *curvare Minervæ:*
Fictilis & 40 *ſoleas Junonis* 41 *lambere; plantis*
Herculis 42 *advolvi; genua incerare* Dianæ:
43 *Quin & Apollineo frontem ſummittere* 44 *gypſo,*
Aut 45 Pollucis *equum* 46 *ſuffire ardentibus* 47 *extis.*
Fortè litans 48 *Hecaten placabat ſanguine multo:*
Pontificum feſtis ferienda ſecuribus illic
Agmina vaccarum ſteterant, vitulasque revincta
Fronte coronatas umbrabat torta cupreſſus:
1 *Jamque* 2 *inſerto* 3 *reſerabat viſcera cultro*

ſtianitatis. 37. H. *urbi*) *orbi* in Thuaneo & Puteaneo. hoc eſt mundo. Mox optime iidem codices, *genua incerare Dianæ* cum Oxonio. Hamart.

Incerat lapides fumoſos idololatris relligio.

Reſpexit autem Juvenalis iſta ex Satyra X.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

38. nobile. 39. ſolebat vel curavabat. 40. ima pedum. i. veſtigia. 41. bat. 42. vebatur & incurvabat, 43. inſuper 44. lapidi, ſimulacro. 45. quia domitor fuit equorum, 46. infumare, fumigare. 47. in viſceribus. 48. Dianam. 1. H. *reſerabat*) *reſerarat* noſtri cum Aldo. Mox iidem *numen neſcio quod*, non *neſcio quod numen*. 2. I. im

Vittatus de more ſenex, manibusque cruentis
Tractabat 4 trepidas letali frigore fibras,
Poſtremosque animæ pulſus in corde tepenti
5 Callidus interpres numeris & 6 fine 7 notabat;
Cum ſubitò exclamat media inter ſacra Sacerdos
Pallidus: En quid ago? majus, Rex optime, majus,
Numen neſcio quod noſtris intervenit aris,
Quàm ſufferre queant ſpumantia 8 cymbia lacte,
Caſarum ſanguis pecudum, verbena, corona.
9 Accitas video longè diſpergier 10 umbras.

immiſſo. 3. ſecabat. 4. palpitantes. 5. ingenioſus. 6. qualis ſit finis. 7. ſecundum conſvetudinem illorum. 8. vaſa oblonga, Cymbia poculorum genera, quæ & Carcheſia dicuntur à ſimilitudine cymbæ navis nuncupatæ. Napff/Schaalen. 9. H ita ſcripti apud me. Weitzius dedit *Aſcitas*: nimirum à priſcâ manu opinor fuiſſe *Eccitas*, h. e. *Excitas*. quod proprium in re magica verbum. Ammianus libro XXIX. *Convictus confeſſusque, quod infernis manibus excitis de permutatione imperii conſulere auſus eſſet.* Apud Maronem Ecloga VIII, *manes excire ſepulcris*. Plura nos ad Claudiani librum I. in Rufinum v. 155. Mox pro *Thiſiphone* in Puteaneo & Oxonio *Perſephone* probe. Eſt enim de Proſerpinæ ſacris nunc ſermo. In Thuaneo *Therſiſore, Tiſiphonen*

ex

Territa 11 Perſephone vertit veſtigia retro,
Exſtinctis facibus, fracto fugitiva flagello.
Nil agit arcanum murmur: 12 nil Theſſala proſunt
Carmina: turbatos revocat nulla hoſtia Manes.
Nonne vides, ut turibulis frigentibus ignis
Marceat? ut canis pigreſcat pruna favillis?
Ecce Palatinus pateram retinere miniſter
Non valet: 13 eliſâ deſtillant balſama dextrâ:
14 *Flamen & ipſe ſuas miratur vertice laurus*
Cedere; & incertum 15 fruſtratur victima ferrum.
Neſcio quis certè ſubrepſit Chriſticolarum
Hic juvenum, genus hoc hominum tremit 16 *inſula, & omne*
17 *Pulvinar divùm.* 18 *lotus procul abſit & unctus;*

---

ex conjectura huc revocabat Cauchius. Tum *fracto fugitiva flagello* Rottendorphius, non *tracto.* Non diſſimili modo Cupido in funere Tibulli apud Naſonem *gerit fractos arcus & ſine luce facem.* Nec aliter optimus liber Egmondanus h. l. Infra apud noſtrum habemus, *Cornibus infractis domitum ungere juvencum.* 10. I. imagines dæmonum. 11. *Theſiphone*) Diana vel Perſephone. 12. magica. 13. concuſſa, tremula. 14. ſacerdos Jovis: q. filamen dicitur, quia filam rubeam in capite portabat. 15. erudit. 16. veſtis ſacerdotis. 17. locus vel collocatio. 18. baptizatus,

Pulchra reformatis redeat 19 *Proſerpina ſacris.*
Dixit, & exſangvis conlabitur: ac, velut ipſum
Cerneret 20 *exſerto minitantem* 21 *fulmine Chriſtum,*
Ipſe quoque exanimis poſito diademate Princeps
Pallet, & adſtantes 22 *circum inſpicit, ecquis alumnus*
Chriſmatis inſcripto ſignarit tempora ligno,

tus, unctus, cum chriſmate. 19. Diana. 20. emiſſo. nudato vel expedito. 21. gladio. 22. H. *Pallet & adſtantes circumſpicit*) *circum inſpicit* Puteaneus, quod plus eſt, quam circumſpicit. Frontes enim ſingulorum adſtantium inſpiciebat. Pari modo ex iiſdem præſtantiſſimis membranis & in Pſychomachia reſtituimus v. 733. *Liber in offenſo circum inſpicit aëre viſus.* Sic *circum adſpicere* & *circum obruere* apud Plinium in Naturali Hiſtoria. Deinde *chriſmatis ligno* non *ſigno* noſtri. Et ſic ad Paulinum Juretus lib. II. de vita B. Martini. Probe & Rottendorphius *ſignarit* pro *ſignaret*. *ſignare ſigno* inconcinius quam *ſignare ligno*.

Chriſmatis inſcripto ſignarit tempora ligno.] Mox *armigero è cuneo* Nomſianus. Eodem verſu contra fidem veterum membranarum Fabricius & Giſelinus ediderant *puerorum flammicomantum*, pro *flavicomantum* & *proſiliit* pro *proſiluit*. deſignat Prætorianos ex Germanis aut aliis ſeptentrionalibus populis conſtantes, quibus proprium ac pecu-

Qui 23 Zoroaſtraeos turbaſſet fronte ſuſurros.
Armiger è cuneo puerorum flavicomantum
Purpurei cuſtos 24 lateris deprenditur unus
Nec negat, & gemino gemmata baſilia ferro
Projicit; ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſiluit pavidus dejecto Antiſtite Princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum,
Tum tremefacta cohors, dominique oblita, ſupinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Jeſum.
Jamne piget facti? jam pœnitet? en 1 tibi Chriſtum,
Infelix Judæa, Deum: qui 2 ſabbata ſolvens
Terrea, mortales æterna in ſabbata ſumſit,
Gentibus emicuit, præfulſit Regibus, orbem
Poſſidet, imperii dominam ſibi 3 cedere Romam

peculiare flavum capillitium. 23. I. Zoroaſtres idem dicitur Meſraim, qui auctor idololatriæ extitit vel Zoroastres Magorum primus & Rex Bactrianorum fuit, quem Ninus Rex Aſſyriorum prœlio interfecit. A quo Zoroaſtreus nomen adjectiv. vel ad ejus ſectatores, vel ad ipſam magicam artem pertinet. Zoroaſtreos magica ſecreta Meſraim Jupiter fulmine percuſſit, & ideo inter aſtra ferunt eum adſumtum, quem ideo Zoroaſtren appellant, i. vivens aſtrum. 24. regis. 1. Oſtendendo. 2. requiem. 3. H. ita ſcripti. Mox So-

Compulit, & ſimulacra Deûm Tarpeja ſubegit.
Diſce tuis miſeranda malis, quo vindice tandem
Vana ſuperſtitio, lex & carnaliter acta
4 *Plectatur; cujus virtus te proterat ultrix.*
Deſtructione jacent Salomonia ſaxa metallo,
Ædificata manu? jacet illud nobile templum.
Cur jacet? artificis quia dextra ſolubilis illud
5 *Cæmentum ſtruxit reſolubile. jure ſolutum eſt,*
Et jacet; in nihilum quoniam redit omne politum.
Quod fieri recipit, 6 *recipit quandoque perire.*
Si, noſtrum contrà quod ſit, vis diſcere, templum:
Eſt illud, quod nemo opifex fabriliter aptans
Compoſuit; quod nulla abies pinuſve dolata
Texuit; exciſo quod nunquam marmore crevit:
Cujus onus nullis fultum ſublime columnis
Fornice curvato tenui ſuper arte pependit:
Sed Verbo factum Domini, non voce ſonorâ:
Sed Verbo, quod ſemper erat. Verbum caro factum eſt.
Hoc templum æternum eſt: hoc finem non habet; hoc tu
Expugnare volens, flagris, cruce, felle petiſti.

lomonia templa Puteanus. Sic & idem Hamart. tig. v. 578. & 581. uti & Egmondanus, etiam Pſychom. v. 807. 4. I. damnetur, puniatur. 5. H. *cæmento*) *cæmentum* in noſtris omnibus & priſcis editionibus, nec recte hæc vulgo diſtinguebantur, Etiam *arte pependit* præſtantiores. 6. I. incipit.

Adverb.

Deſtructum jacuit pœnis vexantibus: 7 eſto.
Matris enim ex utero, & quod deſtrueretur, habebat.
Sed quod morte brevi materna ex parte ſolutum eſt,
Majeſtate Patris vivum lux tertia reddit.
Vidiſti, Angelicis comitatum cœtibus, altè
Ire meum, cujus ſervor munimine, templum.
Illius æternæ ſuſpendunt culmina portæ,
Ac per inacceſſas ſcalarum gloria turres
Tollitur, & gradibus lucet via candida ſummis:
At tua congeſta tumulant holocauſta ruina.
Quid merearè Titus docuit: docuêre rapinis
Pompejana acies: quibus exſtirpata per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur,
Exſiliis vagus huc illuc fluitantibus errat
Judæus, poſtquam 1 *patriâ de ſede revulſus*

7. Adverb. concedentis vel deliberantis, i. Job 8. H. *quo deſtrueretur* Thuan. & mox Puteaneus *divum lux tertia reddit.* 1. *patria*) *patria* noſtri. Tum *en quo deſluxit* perperam mutatum Weitzio. Tale illud, *en quò diſcordia cives perduxit miſeros. en quis conſevimus agros.* Mox *dilapſa* non *delapſa* Putoaneus ille præſtantiſſimus.

Supplicium pro cæde luit, Chriſtique negati
Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſolvit.
En quò priſcorum virtus defluxit avorum!
Servit ab antiquis [2] dilapſa fidelibus heres
Nobilitas; ſed jam non nobilis, illa recentem
[3] Suſceptat [4] captiva fidem: vix tanta novellæ
Credulitatis inest. Chriſtum confeſſa, triumfat
Gens infida prius: Chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio, Dominos ſortita fideles.
[5] Sunt qui Judaico [6] cognatum dogma furori

2. l. degenerata. 3. i. ſuſpectat. H. *ſuſpectat*) *ſuſceptat* in Puteaneo. Quomodo & Egmondanus Weitzii cum Palatino. benè. Mox *Dominos ſortita priores*, non *fideles* Putean. nil muto. 4. I. peregrina. 5. Homuncionita eſt, qui dominum tantum hominem dicit. H. *Contra Homuncionitas*) alii codices *Homuſionitas*, Quos inter Rottendorphianus. In Torrentianis *Omuſionitas* ab ὁμούσιος & ὁμουσίτης. Homuſionitarum ſive Homucionitarum vel Homuncionitarum meminit inter alios D. Hieronymus libello de hæreſibus Judæorum, quem Clandius Menardus primus publico dedit. *Pneumatomachi ipſi ſunt Macedoniani, ſimiles Homuncionitis.* Auctor antiqvus de hæreſibus, quem ſub Prædeſtinati nomine Jacobus Sirmundus emiſit in lucem, *Homuncionita, qui dicunt in corpore hominis eſſe imagi-*

imaginem Dei, non in anima. Viglius Tapſenſis de Trinitate lib. III. *numquid homo in hoc principio fuit, Homuncionita, & non Deus Dei Filius ante omne omnino principium ſemper una cum Patre fuit?* ubi vetuſtus codex Pontiniacenſis, teſte Petro Franciſco Chiffletio *Homouſioniſta.* Ex ſcriptis Arianorum patet, catholicos ab illis Homuſianos contumeloſe appellatos, quod Dei Filium conſubſtantialem Patri eſſe crederent, atque adſeverarent: qua de re inter alios videndum Hunerici Vandalorum atque Alanorum Regis edictum adverſus catholicos, quod exſtat apud Victorem Vitenſem lib IV. de perſecutione Africana: in conflictu Arnobii & Serapionis, quem Franciſcus Feu-Ardentius cum Irenæo publici juris fecit, ipſo ſtatim libelli exordio, Serapion hæreticus orthodoxos *Homuntionates* indigetat, ſi ſana eſt ſcriptura, pro Homuſianis, quos diximus. *Antequam ad hoc veniamus, quod vos Homuntionates arguamus, dicentes, duas eſſe naturas in Chriſto, duasque ſubſtantias, cupio ſcire, quis ſis.* Contra Orthodoxi *Homuſionitas* videntur nuncupaſſe illos, qui unam ſubſtantiam, ac naturam Chriſto adfingerent, eumque, etiam ſecundum humanam naturam Patri conſubſtantialem eſſe contenderent. Uti nobiſcum ſentit doctiſſimus Chiffletius. Ceterum cum h. l. apud noſtrum codex Puteaneus omnium facile veterrimus diſertim exhibeat *Homuncionitas*, Thuaneus *Homucionitas*; perſvaſum habeo prorſus, ut credam *Homuncionitarum* nomen non eſſe

10 Pubertas 11 ſignata manet: 12 gravis intus, & extra
Incolumis: florens de fertilitate pudica.
Jam mater, ſed virgo tamen: maris inſcia mater.
Quid renuis? quid inane caput, non 13 credule, quaſſas?
Angelus 14 hoc ſancto 15 fore nuntiat ore placetne
Credere, & Angelicis aurem reſerare loquelis?
Ipſa coruſcantis monitum ſacris virgo miniſtri
Credidit, atque ideo concepit credula Chriſtum.
Credentes nam Chriſtus adit: dubitabile pectus
Subtitubante fide, refugo 16 contemnit honore.
Virginitas & promta fides Chriſtum 17 bibit alvo
Cordis & intactis condit paritura 18 latebris.

10. juvenilis caſtitas, i. virginitas. 11. clauſa. 12. gravida. 13. ô perfide, vel Homuncionita. 14. fore. 15. H. *pronunciat ore*) *fore nunciat* cum Put. Thuan. Rottendorph. Torrentianis duobus, Cauchiano. Deinde cum Aldo & ſcriptis pleriſque *monitum ſacra virgo miniſtri credidit.* Sic ſupra *iſta Deum vidit, viſum mox credidit,* & infra v. 712. *jam crede Deum.* Paſſione Vincentii, *Repente Chriſtum credidit* v. 348. Romani v. 685. Chriſtum & hauſit credere. 16. reſpuit. 17. pro concepit. 18. interioribus.

Crede, quod emiſſus ſolio Regis Angelus 19 *infit;*
Vel, ſi 20 *concretus liquidam de* 21 *ſidere vocem*
Non capit auditus, mulier quid 22 *conjuge prægnans*
Clamet anus, credens & tandem ſobrius audi.
Mira fides! utero puer 23 *interceptus anili*
Virgineum Dominum materno 24 *ex ore ſalutat*
Primus & infantem non natus nuntiat infans
Jam noſtrum vagire ſibi: nam puſio nondum
25 *Norat, & ora Deo reſerabat* 26 *garrula Chriſto.*
27 *Promite ſecretos* 28 *fatus: date, pandite librum,*
Evomuit ſpirante Deo quem ſanctus Eſaias.
29 *Percenſere libet, calamique revolvere ſulcos,*
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.

19. Spiritus S. ſuperveniet in te. 20. craſſus, obduratus vel ſpiſſus. 21. q. deſcendere in corde. 22. marito Zacharia. 23. conceptus. 24. quia Johannes non locutus eſt, ſed geſtu corporis oſtendit adventum Domini. 25. ſc. loqui. 26. loquacia. 27. H. *fatos* in Puteano, at in Thuano Egmundio & ceteris *faſtos*. Niſi quod Thuanus à ſecunda manu *feſtos*: Mox *Eſaias* & *Emmanuel*, ut ſemper in Puteaneo. 28. L. *faſtos*) ſecreta dicta, annales. Faſtus, quartæ declinat. ſu-

 perbia

30 Ite bibe, dum rutilos apices ſummiſſus adoro:
Dum lacrimans veneror, dumque oſcula dulcia figo.
Gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum.
Advênit promiſſa dies, quam dixerat iſte
Adfore verſiculus, cùm Virgo puerpera, teſte
Haud dubiè ſponſo, 1 pacti cui cura pudoris,
Edidit Emanuelque meum me cernere fecit.
Eſt ne Deus jam noſter homo? verſatur & adſtat
Nobiſcum; nomenque probat, verſumque vetuſtis
Obſcurum ſeclis præſenti illuminat ore.
Eſtne Deus, cujus cunas veneratus 2 Eous
3 Lancibus auratis regalia 4 fercula ſupplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam 5 pinnatus, rapidoque ſimillimus Auſtro
Nuncius 6 Auroræ populos, atque ultima 7 Bactra
Attigit, 8 inluxiſſe diem 9 lactantibus horis,

perbia. Faſti, libri annales. 29. inveſtigare. 30. ô perfidi. 1. pactas dicimus ſponſas fœdere firmatas. 2. orientalis. 3. lances ſcutellæ ſunt. Inde bilances dicuntur trutinæ, eo, quod in modum ſcutellæ ſunt factæ. 4. dona. 5. velox. 6. orientalis partis, populi orientales. 7. regio juxta Indiam. 8. H. *lactantibus horis*) ſic in uno Weitzii &c.

Quæ tener innupto penderet ab ubere Chriſtus?
Vidimus hunc, ajunt, puerum per ſidera ferri,
Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice 10 *pernox*
Aſtrologus, ceſſiſſe Anguem, fugiſſe Leonem;
Contraxiſſe pedes lateris 11 *manco ordine* 12 *Cancrum;*

tii, & uno Torrentii. Quod & pro diverſa ſcriptura exhibebant Rottendorph. & Oxonius, addito interpretamento, *quia à nativitate Chriſti hora diei cum horis noctis quodammodo luctantur, volentibus creſcere diebus. lactantibus, quia Chriſtus lactabatur.* At Aldus cum duobus iisdem & Nonaſio *lactantibus oris. lactantibus horis* Put. & Thuanus. *Latantibus horis*, ex codice Egmondano Weitzius eſt amplexus. Putabam aliquando *laxantibus horis.* Diem videlicet. Ut in hymno Epiphaniæ

Quid eſt, quod artum circulum
Sol jam recurrens deſerit?
Chriſtusne terris naſcitur?

Sed *lactantibus horis* verum eſt, h. e. foventibus, & q. nutrientibus. quomodo nutriri ac ali ſpe & gaudio. Noſter Paſſione Laurentii ſub finem:

Tuos alumnos urbicos,
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.

9. I. quia in illa hora puerum lactavit. 10. totam noctem vigilans. 11. contracto, debilitato, mutilato, vel imminuto. 12. quia cancro in latere [illegible] depin-
[illegible]

Pulchra reformatis redeat 19 *Proſerpina facris.*
Dixit, & exſangvis conlabitur: ac, velut ipſum
Cerneret 20 *exſerto minitantem* 21 *fulmine Chriſtum,*
Ipſe quoque exanimis poſito diademate Princeps
Pallet, & adſtantes 22 *circum inſpicit, ecquis alumnus*
Chriſmatis inſcripto ſignarit tempora ligno,

tus, unctus, cum chriſmate. 19. Diana. 20. emiſſo. nudato vel expedito. 21. gladio. 22. H. *Pallet & adſtantes circumſpicit*) *circum inſpicit* Puteaneus, quod plus eſt, quam circumſpicit. Frontes enim ſingulorum adſtantium inſpiciebat. Pari modo ex iiſdem præſtantiſſimis membranis & in Pſychomachia reſtituimus v. 733. *Liber in offenſo circum inſpicit aëre viſus.* Sic *circum adſpicere & circum obruere* apud Plinium in Naturali Hiſtoria. Deinde *chriſmatis ligno* non *ſigno* noſtri. Et ſic ad Paulinum Juretus lib. II. de vita B.Martini. Probe & Rottendorphius *ſignarit* pro *ſignaret*. *ſignare ſigno* inconcinnius quam *ſignare ligno*.

Chriſmatis inſcripto ſignarit tempora ligno. Mox *armigero è cuneo* Nomſianus. Eodem verſu contra fidem veterum membranarum Fabricius & Giſelinus ediderant *puerorum flammicomantum*, pro *flavicomantum* & *proſilit* pro *proſiluit*. deſignat Prætorianos ex Germanis aut aliis ſeptentrionalibus populis conſtantes, quibus proprium ac

pecu-

Qui [23] Zoroaſtreos turbaſſet fronte ſuſurros.
Armiger è cuneo puerorum flavicomantum
Purpurei cuſtos [24] lateris deprenditur unus
Nec negat, & gemino gemmata baſtilia ferro
Projicit: ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſilit pavidus dejecto Antiſtite Princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum,
Tum tremefacta cohors, dominique oblita, ſupinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Jeſum.
Jamne piget facti? jam pœnitet? en [1] tibi Chriſtum,
Infelix Judæa, Deum: qui [2] ſabbata ſolvens
Terrea, mortales æterna in ſabbata ſumſit,
Gentibus emicuit, præfulſit Regibus, orbem
Poſſidet, imperii dominam ſibi [3] cedere Romam

peculiare flavum capillitium. 23. I. Zoroaſtres idem dicitur Meſraim, qui auctor idololatriæ extitit vel Zoroaſtres Magorum primus & Rex Bactrianorum fuit, quem Ninus Rex Aſſyriorum prœlio interfecit. A quo Zoroaſtreus nomen adjectiv. vel ad ejus ſectatores, vel ad ipſam magicam artem pertinet. Zoroaſtreos magica ſecreta Meſraim Jupiter fulmine percuſſit, & ideo inter aſtra ferunt eum adſumtum, quem ideo Zoroaſtren appellant, i. vivens aſtrum. 24. regis. 1. Oſtendendo. 2. requiem. 3. H. ita ſcripti. Mox So-

Deſtructum jacuit pœnis vexantibus: 7 eſto.
Matris enim ex utero, 8 quod deſtrueretur, habebat.
Sed quod morte brevi materna ex parte ſolutum eſt,
Majeſtate Patris vivum lux tertia reddit.
Vidiſti, Angelicis comitatum cœtibus, altè
Ire meum, cujus ſervor munimine, templum.
Illius æterna ſuſpendunt culmina portæ,
Ac per inacceſſas ſcalarum gloria turres
Tollitur, & gradibus lucet via candida ſummis:
At tua congeſta tumulant holocauſta ruina.
Quid mereare Titus docuit: docuêre rapinis
Pompejana acies: quibus exſtirpata per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur,
Exſiliis vagus huc illuc fluitantibus errat
Judæus, poſtquàm 1 patriâ de ſede revulſus

7.Adverb. concedentis vel deliberantis, i. Jah 8. H. *quo deſtrueretur* Thuan. & mox Puteaneus *divum lux tertia reddit.* 1. *patria*) *patria* noſtri. Tum *en quo defluxit* perperam mutatum Weitzio. Tale illud, *en quo diſcordia cives perduxit miſeros. en quis conſevimus agros.* Mox *dilapſa* non *delapſa* Puteaneus ille præſtantiſſimus.

imaginem Dei, non in anima. Viglius Tapſenſis de Trinitate lib. III. *numquid homo in hoc principio fuit, Homuncionita, & non Deus Dei Filius ante omne omnino principium ſemper una cum Patre fuit?* ubi vetuſtus codex Pontiniacenſis, teſte Petro Franciſco Chiffletio *Homouſioniſta.* Ex ſcriptis Arianorum patet, catholicos ab illis Homuſianos contumelioſe appellatos, quod Dei Filium conſubſtantialem Patri eſſe crederent, atque adſeverarent: qua de re inter alios videndum Hunerici Vandalorum atque Alanorum Regis edictum adverſus catholicos, quod exſtat apud Victorem Vitenſem lib IV. de perſecutione Africana: in conflictu Arnobii & Serapionis, quem Franciſcus Feu-Ardentius. cum Irenæo publici juris fecit, ipſo ſtatim libelli exordio, Serapion hæreticus orthodoxos *Homuntionates* indigetat, ſi ſana eſt ſcriptura, pro Homuſianis, quos diximus. *Antequam ad hoc veniamus, quod vos Homuntionates arguamus, dicentes, duas eſſe naturas in Chriſto, duasque ſubſtantias, cupio ſcire, quis ſis.* Contra Orthodoxi *Homuſionitas* videntur nuncupaſſe illos, qui unam ſubſtantiam ac naturam Chriſto adfingerent, eumque, etiam ſecundum humanam naturam Patri conſubſtantialem eſſe contenderent. Uti nobiſcum ſentit doctiſſimus Chiffletius. Ceterum cum h. l. apud noſtrum codex Puteaneus omnium facile veterrimus diſertim exhibeat *Homuncionitas*, Thuaneus *Homucionitas*; perſvaſum habeo prorſus, ut credam *Homuncionitarum* nomen non eſſe

 ſolli-

Inſtituunt, media Chriſtum ratione ſecuti.
7 Hoc tantùm, quod verus homo eſt; at cælitus illum
Adfirmant non eſſe Deum: *8 pietate fatentur*
9 Majeſtate negant. morum 10 pro laude ſacratum
Concelebrant: adimunt naturæ 11 ſumma ſupernæ.
Omne opus 12 egregium, per quod 13 ſollertia pollens
Emicat, 14 ingenii eſt, aut roboris: illud acuto
Corde viget: duris 15 excellit viribus iſtud.

ſollicitandum, præſertim cum & apud D Hieronymum exſtet, ut jam vidimus, & vir ſummus Henricus Valeſius id loco nequaquam moveri debere cenſeat, uti me monuit Emericus Bigotius noſter, ad ornandum eruditionis nomen univerſum pulcherrime â natura juvenis formatus, qui & loca de *Homuncionitis* ſuperius in medium prolata, ut multæ lectionis eſt, majori ex parte ſuggeſſit hæſitantibus nobis 6 I. ſimile. 7. hoc quidem. 8. quia homo dignatus eſt fieri hoc pietas fuit. 9. ut Deus ſit, qui majeſtatem habet. 10. q. hoc laus ſit non revera. 11. divinitatem. 12. egregius eſt qui gregem antecellit, i. multitudinem 13. peritia multarum artium. ſollon Græcè multum. Inde ſollemnitas multorum conventus: Inde ſolemniter facta dicitur, quæ in præſentia multa eſt acta. 14 animi. 15. H. *excellet*) ſic Put. in aliis pleriſque *excellit*. Quod ſequor. Mox ſcribendum

nullo

Mortale eſt ſed utrumque homini: nam cana ſeneſcunt
Ingenia, & validas conſumunt ſæcla lacertos.
Hunc nos in Domini virtute & laude perenni
Non ſequimur: ſequimur, nullo quod ſemine terra
Germinat: immundum quod non de 1 *labe virili*
Sumit principium. tener illum ſeminat 2 *ignis:*
Non 3 *caro, nec ſanguis patrius, nec fœda voluptas.*
4 *Intactam thalami virtus divina puellam*
Sincero 5 *adflatu per viſcera caſta* 6 *maritat.*
7 *Incomperta* 8 *ortûs novitas jubet, ut Deus eſſe*
9 *Credatur Chriſtus ſic conditus. innuba virgo*

nullo quod ſemine terra germinat, & deinde *immundum quod non ſumit principium*.

1. I. ſemine. 2. de Spiritu S. 3. materia, vel ut alii ſolent naſci. 4. ignaram vel caſtam. 5. H. *ſincero ſtatu* in Egmond. & Put. *adfectu* in Rottendorphio & duobus Torrentii infra v. 642. *divini flatus*. 6. I. fœcundat & prægnat. maritat pluvia terram i. fœcundat. 7. incognita, non inventa. 8. nativitatis, Genitiv. 9. non quod Spiritus S. Pater fuiſſet Filii Dei, ſed cooperante Spiritu S. Pater genuit illum & fecit incarnari in utero Mariæ.

10 Pubertas 11 ſignata manet: 12 gravis intus, & extra
Incolumis: florens de fertilitate pudica
Jam mater, ſed virgo tamen: maris inſcia mater.
Quid renuis? quid inane caput, non 13 credule, quaſſas?
Angelus 14 hoc ſancto 15 fore nuntiat ore placetne
Credere, & Angelicis aurem reſerare loquelis?
Ipſa coruſcantis monitum ſacro virgo miniſtri
Credidit, atque ideo concepit credula Chriſtum.
Credentes nam Chriſtus adit: dubitabile pectus
Subtitubante fide, refugo 16 contemnit honore.
Virginitas & promta fides Chriſtum 17 bibit alvo
Cordis & intactis condit paritura 18 latêbris.

10. juvenilis caſtitas, i. virginitas. 11. clauſa. 12. gravida. 13. ô perfide, vel Homuncionita. 14. fore. 15. H. *pronunciat ore*) *fore nunciat* cum Put. Thuan. Rottendorph. Torrentianis duobus, Cauchiano. Deinde cum Aldo & ſcriptis pleriſque *monitum ſacra virgo miniſtri credidit.* Sic ſupra *illa Deum vidit, viſum mox credidit,* & infra v. 712. *jam crede Deum.* Paſſione Vincentii, *Repente Chriſtum credidit* v. 348. Romani v. 685. Chriſtum & hauſi credere. 16. i. reſpuit. 17. pro concepit. 18. interioribus.

Crede, quod emiſſus ſolio Patris Angelus 19 *infit:*
Vel, ſi 20 *concretum liquidam de* 21 *ſidere vocem*
Non capit auditus, mulier quid 22 *conjuge prægnans*
Clamet anus, credens & tandem ſobrius audi.
Mira fides! utero puer 23 *interceptus anili*
Virgineum Dominum materno 24 *ex ore ſalutat*
Primus & infantem non natus nunciat infans
Jam noſtrum vagire ſibi: nam puſio nondum
25 *Norat, & ora Deo reſerabat* 26 *garrula Chriſto.*
27 *Promite ſecretos* 28 *fatus: date, pandite librum,*
Evomuit ſpirante Deo quem ſanctus Eſaias.
29 *Percenſere libet, calamique revolvere ſulcos,*
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.

19. Spiritus S. ſuperveniet in te. 20. craſſus, obduratus vel ſpiſſus. 21. q. deſcendere in corde. 22. marito Zacharia. 23. conceptus. 24. quia Johannes non locutus eſt, ſed geſtu corporis oſtendit adventum Domini. 25. ſc. loqui. 26. loquacia. 27. H. *fatos* in Puteano, at in Thuano Egmundio & ceteris *faſtos*. Niſi quod Thuanus à ſecunda manu *feſtos*: Mox *Eſaias* & *Emmanuel*, ut ſemper in Puteaneo. 28. I. *faſtos*) ſecreta dicta, annales. Faſtus, quartæ declinat. ſu-

30 Ite hinc, dum rutilos apices ſummiſſus adoro:
Dum lacrimans veneror, dumque oſcula dulcia figo.
Gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum.
Advênit promiſſa dies, quam dixerat iſte
Adfore verſiculus, cùm Virgo puerpera, teſte
Haud dubiè ſponſo, 1 pacti cui cura pudoris,
Edidit Emanuelque meum me cernere fecit.
Eſt ne Deus jam noſter homo? verſatur & adſtat
Nobiscum; nomenque probat, verſumque vetuſtis
Obſcurum ſaclis præſenti inluminat ore.
Eſtne Deus, cujus cunas veneratus 2 Eous
3 Lancibus auratis regalia 4 fercula ſupplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam 5 pinnatus, rapidoque ſimillimus Auſtro
Nuntius 6 Auroræ populos, atque ultima 7 Bactra
Attigit, 8 inluxiſſe diem 9 lactantibus horis,

perbia. Faſti, libri annales. 29. inveſtigare. 30. ô perfidi. 1. pactas dicimus ſponſas fœdere firmatas. 2. orientalis. 3. lances ſcutellæ ſunt. Inde bilances dicuntur trutinæ, eo quod in modum ſcutellæ ſunt factæ. 4. dona. 5. velox. 6. orientalis partis, populi orientales. 7. regio juxta Indiam. 8. H. *lactantibus horis*) ſic in uno Weit-

zii &c.

Quæ tener innupto penderet ab ubere Chriſtus?
Vidimus hunc, ajunt, puerum per ſidera ferri,
Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice 10 *pernox*
Aſtrologus, ceſſiſſe Anguem, fugiſſe Leonem;
Contraxiſſe pedes lateris 11 *manco ordine* 12 *Cancrum;*

---

sii, & uno Torrentii. Quod & pro diverſa ſcriptura exhibebant Rottendorph. & Oxonius, addito interpretamento, *quia à nativitate Chriſti hora diei cum horis noctis quodammodo luctantur, volentibus creſcere diebus. lactantibus, quia Chriſtus lactabatur.* At Aldus cum duobus iisdem & Nomaſio *luctantibus oris. luctantibus horis* Put. & Thuanus. *Lætantibus horis*, ex codice Egmondano Weitzius eſt amplexus. Putabam aliquando *laxantibus horis.* Diem videlicet. Ut in hymno Epiphaniæ

Quid eſt, quod artum circulum
Sol jam recurrens deſerit?
Chriſtusne terris naſcitur?

Sed *lactantibus horis* verum eſt, h. e. foventibus, & q. nutrientibus. quomodo nutriri ac ali ſpe & gaudio. Noſter Paſſione Laurentii ſub finem:

Tuos alumnos urbicos,
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.

9. I. quia in illa hora puerum lactavit. 10. totam noctem vigilans. 11. contracto, debilitato, mutilato, vel imminuto. 12. quia cancro in latere [illegible] depin-
[illegible]

Cornibus infractis domitum mugire Juventum;
Sidus & 13 Hircinum 14 laceris 15 marceſcere villis.
Labitur hinc pulſus Puer 16 hydrius: inde 17 Sagitta:
18 *Palantes Geminos fuga ſeparat: improba Virgo*
Prodit 19 amatores tacitos in 20 fornice mundi.
Quique alii horrificis pendent in nubibus 21 ignes,
Luciferum timuere novum: rota 22 lurida Solis
23 *Hæret, & 24 excidium ſentit jamjamque futurum;*

depinguntur pedes. 13. capricornum. Capricornus Græce Ægoceros. H. hirquinum Put. & verſu proximo ſcripti *ſagittæ* non *ſagitta*. Etſi Cauchius hoc malebat: *Mox ſeque die medio velandam* Aldus. ut ad rotam ſolis referatur. Et ſic Put. 14. l. laceratis. 15. decreſcere. 16. Ganimedes, Aquarius, Gr. dicitur Hydrochoos. 17, ſagittarius. 18. fugientes, diffugientes. 19. i. Elicem & Cynoſuram dicit meretrices: & pellices Junonis ſunt in polo, & nunquam vertuntur, ſicut alia ſidera; Et ideo tacitos dicit. Fornix mundi dicitur polus, quia ibi vertitur orbis; & curvatura cœli fornix dicitur. 20. in convexitate cœli vel rotunditate. 21. ſidera. 22. pallida, obſcura. Pallidus color, luridus dicitur & plumbeus. 23. dubitat. 24. in Paſſione Chriſti, die medio, quando mortuo Domino tenebræ factæ

Seque die medio 25 velandam tegmine 26 glauco
Splendoremque poli periturum nocte diurnâ,
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hunc ego non 27 cumulem 28 myrrhaque & turis & auri
Muneribus? ſcio, quem videam, quæ dona 29 rependam.
Hunc ego non venerer? qui 30 cælo viſus, 31 humique
1 Inventus Rex atq; Deus moderatur utrumque
Natura 2 ſpecimen tumuloque 3 inferna 4 refringens
Regna, reſurgentes ſecum jubet ire ſepultos?
Cælum habitat, terris 5 intervenit, 6 abdita rumpit
Tartara. Vera fides. Deus eſt, qui totus ubique eſt.

factæ ſunt à die medio usque ad horam nonam. 25. ſentit. 26. obſcuro, pallido. 27. honorem. 28. aurum regem vel fulgorem ſapientiæ intelligimus: thus, quando Dominum credimus: myrrham, ſepulturam, vel quando carnem noſtram vitiis mortificamus & offerimus. 29. retribuam. 30. per ſtellam. 31. per magorum oblationem. 1. aditus vel viſitans. 2. pulchritudinem. 3. infernalia. 4. confringens, 5. implet. 6. occulta. 7. orie-

Non ſummerſus iter, ſola 23 pendulus, & pede ſicco;
Æquorea niſi fallor aquæ? qui Spiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio 24 volitabat in undis
Nondum 25 diſcretis, nec certo 26 litore clauſis.
Suſtinuit greſſum Domini famulus liquor, ac ſe,
Mobilitate carens, ſolidos ſubſtrinxit ad uſus
Quid diverſa Dei memorem facta inclyta Chriſti;
1 Altius 2 inſpecta quem majeſtate negator,
Haud dubimus hominem; tute ipſe fatebere Numen?
3 Inlevit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, 4 humectam ſacro ſputamine terram.
5 Contrectans digitis. luteum medicamen 6 operta
Nox habuit; tenebras 7 obducta 8 uligo removit;
Inſuper oſtendit quoniam 9 caligo lavacro

25. ſeparatis. 26. H. *limite* in Rottendorphio & uno Torrentii. 1. vera hæc ſcriptura, quicquid turbant vetuſti codices. *Quæ negator* in Put. & Nomſio. *Quæ negantur*, Aldus cum Oxonio. In aliis nonnullis, *qui negatur.* In Cauchiano *qui negator.* Mox *cæcos oculos* ſcripſi, non *cæcis oculos.* Quod tamen prætulerim, ſi per membranas liceat. 2. I. perſpecta. 3. unxit. 4. humectatam. 5. palpans, 6. occulta. 7. cooperta. 8. humor, 9. lutum: in emundatione Siloæ.

Expurganda foret, variis Siloa refundit
Momentis latices, nec fluctum ſemper 10 *anhelat:*
Sed vice diſtinctâ largos lacus accipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis avari,
Membrorum maculas pure 11 *ablutura natatu.*
Certatim intereà 12 *rotanti* 13 *pumice* 14 *raucas*
Exſpectant 15 *ſcatebras, & ſicco* 16 *margine pendent.*
Hoc limum jubet impoſitum de fonte lavari
Chriſtus & infuſa vultum ſplendeſcere luce
Norat enim limo ſeſe informaſſe 17 *figuram*
Antè tenebroſam, proprii 18 *medicamen & oris*
Adjeciſſe novo, quem primum finxerat, Adæ.
Nam ſine 19 *divino Domini perflamine ſummi*
Arida terra fuit, nulli priùs apta medellæ:
Sed poſtquam 20 *liquidus cæleſti Spiritus ore*

Siloæ. 10. emanat, non ſemper inundant aquæ illic. 11. H. *ablutura*) *ablutura* cum optimis membranis, niſi quod in Putaneo *ablutum*. 12. I. fluitanti. 13. Tubſteine. 14. ſonantes vel morantes. 15. ebullitiones. 16. litore. 17. hominem de limo. 18. ſpiramen, inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. 19. antequam ſpiritum illi dediſſet. 20. ſpiritalis.

Virgineam reſperſit humum, medicabilis illa eſt :
Inde imbit ſuccum, 21 lentoque humore ſalutem
Inlinit, infunditque 22 diem baptiſmate lota.
Cæcus adeſt oculis jam Chriſti ex ore retectis,
Seque luto & nitidis lucem ſumſiſſe fluentis
Clamat, & 23. auctorem ſtupefacta per oppida monſtrat :
Auctorem lucis, largitoremque dierum,
Non dedignatum 24 medicæ 25 purgamen 26 aquaï
Corpore ſub 27 proprio monſtrare errantibus ægris.
Millibus è multis 28 paucisſima quæque retexam:

21. adhærenti, flexibili. 22. lucem. 23. Chriſtum. 24. medicantis. 25. H. ſic vetuſtiores libri, probè. Apud Maronem, ubi etiam turbatur,

---- furit intus aquaï
Fumidus atque altè ſpumis exuberat amnis.

I. quia medicina peccatorum eſt baptiſmus: ipſe enim in corpore proprio monſtravit purgamen medicæ aquæ baptiſmum ſuſcipiens. 26. aquæ. 27. ſc. Chriſtum monſtrat in baptiſmo. 28. H. *paucisſima quæque retexam, paulatim relegam*) Ita diſertim veteres libri, quod variis modis in-

interpo-

29 Summatim relegam, totus quæ non capit orbis.
Quinque in deſerto panes jubet & 1 duo piſces
Adponi 2 in paſtum populis: qui fortè magiſtrum
Non revocante fame, ſtipabant undique ſeptum;
Immemoresque cibi, vicos, caſtella, 3 macellum,
Oppida, mercatus, & 4 conciliabula, & urbes
Reſpuerant, largo contenti dogmate veſci.
Multa 5 virûm ſtrato fervent convivia fœno.
Centenos ſimul adcubitus iniere ſodales,
Seque per innumeras infundunt agmina menſas,
Piſciculis (jam crede Deum) ſaturanda duobus,
Et paucis creſcente cibo per fragmina cruſtis.
Ambeſis dapibus cumulatim 6 adgeſta redundant
Fercula. bis ſenos 7 micarum molibus implent
Poſt cœnam cofinos: 8 crudus conviva refudat
9 Congeriem ventris; gemit & ſub 10 faſce miniſter.

terpolarant. Paulo ante Cauchius conjectabat, *in prandia parvas*. Non ſequor. 29. l. breviter. 1. pro duos, ſic ambo, pro ambos 2. pro, ad: 3 ubi tantum cibus, & potus venditur 4. ubi concilia celebrantur. 5. virorum, 6. cumulata. 7. fragmentis. 8. plenus, ſatur, indigeſtus, ruſticus. 9. ſaturitatem. 10. cofinorum.

Quis cumulare poteſt epulas in 11 *grandia parvas?*
Quis, niſi qui corpus, 12 *paſtumque, & corporis omnem*
Condens ex nihilo nullâ 13 *exiſtente creavit*
Mundum materia? 14 *non ſicut ſculptor ab æris*

11. in tam multiplicia. 12. H. *omne*) *omnem* noſtra exemplaria. Putabam, *corpus, paſtum quoque corporis omnem*. Niſi ſi τὸ *omnem* ad *materiem* refers, quod vocabulum ſequitur. 13. I. manente. 14. H. *non ſicut ſculptor ab æris Rudere decoctam conſveſcit fingere maſſam*) Miror hunc locum præteriri intactum ab eruditis interpretibus; niſi quod infeliciter in eo verſatus eſt Giſelinus, dum ex editione Daventrienſi reponit, *ab ære crudam & inexcoctam conſveſcit fingere*. quod falſiſſimum; obnitentibus præſertim ad unum omnibus vetuſtis exemplaribus, *rudus æris*, æs nondum excoctum vocat. ſic Pſychomachia:

Mox ſpolia exſtincto de corpore diripit auri
Sordida fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem:

Sed & *ruderis* vocabulo uſus in re ſimili noſter D. Laurentii paſſione.

Aurum quod ardenter ſitis,
Effoſſa gignunt rudera.

rudus igitur æris, quod Tacitus dixit libro IV. Hiſtor.

Hiſtor. cap. LIII. *metallorum primitias nullis fornacibus victas.* Et *rudus* ſeu *rudus* propriè æris. Hinc *porta* Romæ *Raduſcula*, quod eſſet ærata. Vide Varronem libro IV. de LL. & Feſtum. Reddendum Marciano Cappellæ id vocabulum, (quod in Apuleji libello de Deo Socratis feliciter repoſuit Joſias Mercerus) libro I. de Nupt. Philologiæ, ubi agit de urnulis quatuor Mercurii: *Una ex ferro duriore, alia ex argenti fulgentiore materia, tertia liventis plumbi fuſili rudere videbatur.* peſſime circumfertur, *fuſili robore.* Adeundus Scaliger in Feſtum. Nunc ad rem. Cum & editio Aldina, & Put. Thuan. Oxon. Rottendorphius ex noſtris, cum Torrentiani tres, & Weitzii optimi duo exhibeant, *conſueſcis vivere*, miror, inquam, id hactenus contemni, quod elegantiſſimum utique eſt & veriſſimum. Sic *ſpirantia æra* Virgilio & Claudiano. Tum *vivi vultus* Æneidos VI.

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, & vivos ducent de marmore vultus.

Apud Propertium,

Quatuor artificis vivida ſigna boves.

& apud eundem,

Gloria Lycippi eſt, animoſa effingere ſigna.

Statius Tiburtino Manlii Vopiſci:

Vidi artes veterumque manus, variiſque metalla

Viva modis.

Et Surrentino Pollii idem:

------ quod ab arte Myronis

Aut Polycleteo juſſum eſt quod vivere cælo.

Sic quid Apellei gaudent animaſſe colores.

Hercule Surrentino,

------- tot ſaxa imitantia vultus,

Æraque, tot ſcripto viventes lumine ceras.

Hercule Epitrapezio:

Quod Polycleteis juſſum eſt ſpirare caminis.

Abaſcantii pietate,

Ebur impreſſis aurumve animare figuris.

Apud Juvenalem Sat. VIII.

Et cum Parrhaſii tabulis ſignisque Myronis

Phidiacum vivebat ebur.

Auſonius de Niobe: quod poſt Græcè exhibebitur.

Vivebam: ſum facta ſilex: tum deinde polita

Praxitelis manibus vivo iterum Niobe.

quæ duo poſtrema loca etiam huc congeſſerat Salmaſius. D. Paulinus libro I. de vita B. Martini:

O vere pretioſa chlamys! quid tale vel oſtro

Inſignes

Inſignes meruere habitus, vel ſerica filis
Levia, vel doctè expreſſis viventia ſignis?

Martialis de lacerta argentea:

Lacerta vivit, & timetur argentum.

Apud Auſonium denuo:

Viva tibi ſpecies vacca Myronis erit.

Videndus idem ab Epigrammate LX. usque ad LXVIII. ſic & in Græcis: Anthologiæ quarto, in Bacchæ ſtatuam.

Ἁ Βάκχα, Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λί ον. ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.

ibidem Antipatri:

Ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται. ἦρ' ὁ Προμη-
θεὺς
Οὐχὶ μόνος, πλάττεις ἔμπνοος καὶ σὺ
Μύρων.

Tum illud Juliani,

Πόρτιν τὴν δε Μύρωνος ἰδὼν τάχα τοῦτο βοή-
σεις,
Ἡ Φύσις ἄπνοός ἐστιν, ἢ ἔμπνοος ἔπλετο τέχνη.

Ejuſdem,

Ἢ χαλκὸν ζώωσε Μύρων σοφὸς, ἢ τάχα
πόρτιν
Χάλκωσε, ζωὰν ἐξ ἀγέλας ἐρύσας.

Gemini de eadem:

Μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκός. ἰδ' ὡς ἔμπνουν τεχνίτης
Ἤκατο.

Numquid vana vires aut mens aut 7 lingua feſellit ?
Numquid fortuitis 8 fruſtrantia dona dederunt
Caſibus, aut cæco votum ſub honore dicarunt?
Quæ porro cauſa aut ratio ſummittere colla
Ante pedes Mariæ, puerique 9 crepundia parvi :
Si nutum mortalis erat, nec ſumma poteſtas
Implebat teneros 10 divinis flatibus artus?
Sed jam tolle Magos, tus, aurum, myrrhea dona,
Quæ verum docuere Deum: præſepia, pannos,
Matris adoratum 11 gremium 12 face ſideris ardens
Ipſa Deum virtus, factorum & mira loquantur.
13 Inſanos video ſubitò miteſcere ventos,
Cùm jubeat Chriſtus : video 14 luctantia magnis

7. orietur ſtella ex Jacob. 8. aliqua ſignificatione fruſtrata. 9. puerilia dona, vel crepitacula, ideo dicta, quia infantibus vagientibus tinnitus æris adiebatur, aut ſonitu illo oblectarentur. ornamenta. 10. Spiritu S. 11. quia illum continebat in gremio, per quem ſidus fulgebat. 12. lumine Chriſti : H. hæc perperam diſtinguebantur. 13. I. turbidos. 14. concertantia. 15. planitie, æqualitate.

16. tran-

Æquora turbinibus tranquillo 15 marmore tendi
Imperio Chriſti: video, calcatus eundem
Cùm patitur gurges, tergum ſolidante liquore.
Ipſe ſuper fluidas plantis nitentibus undas
Ambulat, ac preſſo firmat veſtigia fluctu:
Increpat ipſe Notos, & flatibus 16 otia mandat.
Quis jubeat ſævis Aquilonicus, (Ite, ſilete,
Carceribus veſtris, amploque 17 faceſſite ponto)
Sit niſi cœlipotens, Aquilonum conditor idem?
Ninguidus agnoſcit Boreas atque imbrifer Eurus
Nimborum dominum, tempeſtatumque potentem:
18 Excitamque hiemem 19 verrunt 20 ridente ſereno.
Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca
Greſſibus impreſſis 21 ſpatiatus triverit 22 udum

16. tranquillitatem. 17. quieſcite vel deficite, diſcedite, vel recedite, laſſate. 18. commotam. 19. trahunt. 20. gaudente ſerenitate. 21. immorans vel ambulans, ſpatium emenſus. 22. humidum. 23. ſuſpenſus. 24. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

Non ſummerſus iter, ſola 23 pendulus, & pede ſicco;
Æquoreæ niſi factor aquæ? qui Spiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio 24 volitabat in undis
Nondum 25 diſcretis, nec certo 26 litore clauſis.
Suſtinuit greſſum Domini famulus liquor, ac ſe,
Mobilitate carens, ſolidos ſubſtrinxit ad uſus.
Quid diverſa Dei memorem facta inclyta Chriſti;
1 Altius 2 inſpecta quem majeſtate negator,
Haud dubitans hominem, tute ipſe fatebere Numen?
3 Inlevit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, 4 humectam ſacro ſputamine terram
5 Contrectans digitis. luteum medicamen 6 operta
Nox habuit; tenebras 7 obducta 8 uligo removit:
Inſuper oſtendit quonam 9 caligo lavacro

25. ſeparatis. 26. H. *limite* in Rottendorphio & uno Torrentii. 1. vera hæc ſcriptura, quicquid turbant vetuſti codices. *Quæ negator* in Put. & Nomſio. *Quæ negantur*, Aldus cum Oxonio. In aliis nonnullis, *qui negatur*. In Cauchiano *qui negator*. Mox *cæcos oculos* ſcripti, non *cæcis oculos*. Quod tamen prætulerim, ſi per membranas liceat. 2. I. perſpecta. 3. unxit. 4. humectatam. 5. palpans, 6. occulta. 7. cooperta. 8. humor, 9. lutum: in emundatione Siloæ.

Expurganda foret, variis Siloa refundit
Momentis latices, nec fluctum ſemper 10 *anhelat:*
Sed vice diſtinctâ largos lacus accipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis avari,
Membrorum maculas puro 11 *ablutura natatu.*
Certatim intereà 12 *roranti* 13 *pumice* 14 *raucas*
Exſpectant 15 *ſcatebras, & ſicco* 16 *margine pendent.*
Hoc limum jubet impoſitum de fonte lavari
Chriſtus & infuſa vultum ſplendeſcere luce.
Norat enim limo ſeſe informaſſe 17 *figuram*
Antè tenebroſam, proprii 18 *medicamen & oris*
Adjeciſſe novo, quem primum finxerat, Adæ.
Nam ſine 19 *divino Domini perflamine ſummè*
Arida terra fuit, nulli priùs apta medellæ:
Sed poſtquam 20 *liquidus cæleſti Spiritus ore*

Siloæ. 10. emanat, non ſemper inundant aquæ illic. 11. H. *abluturæ*) *ablutura* cum optimis membranis, niſi quod in Putaneo *abluturm*. 12. L. fluitanti. 13. Tubſteine. 14. ſonantes vel morantes. 15. ebullitiones. 16. litore. 17. hominem de limo. 18. ſpiramen, inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. 19. antequam ſpiritum illi dediſſet. 20. ſpiritalis.

Virgineam reſperſit humum, medicabilis illa eſt:
Inde imbibit ſuccum, 21 *lentoque humore ſalutem*
Inlinit, infunditque 22 *diem baptiſmate lota.*
Cæcus adeſt oculis jam Chriſti ex ore refectis,
Seque luto & nitidis lucem ſumſiſſe fluentis
Clamat, & 23. *auctorem ſtupefacta per oppida monſtrat:*
Auctorem lucis, largitoremque dierum,
Non dedignatum 24 *medicæ* 25 *purgamen* 26 *aquaï*
Corpore ſub 27 *proprio monſtrare errantibus ægris.*
Millibus è multis 28 *pauciſſima quæque retexam:*

21. adhærenti, flexibili. 22. lucem. 23. Chriſtum. 24. medicantis. 25. H. ſic vetuſtiores libri, probè. Apud Maronem, ubì etiam turbatur,

----- furit intus aquaï
Fumidus atque altè ſpumis exuberat amnis.

I. quia medicina peccatorum eſt baptiſmus: ipſe enim in corpore proprio monſtravit purgamen medicæ aquæ baptiſmum ſuſcipiens. 26. aquæ. 27. ſc. Chriſtum monſtrat in baptiſmo. 28. H. *pauciſſima quæque retexam, paulatim relegam*) Ita diſertim veteres libri, quod variis modis in-

interpo-

29 Summatim relegam, totus quæ non capit orbis.
Quinque in deſerto panes jubet & 1 duo piſces
Adponi 2 in paſtum populis: qui fortè magiſtrum
Non revocante fame, ſtipabant undique ſeptum;
Immemoresque cibi, vicos, caſtella, 3 macellum,
Oppida, mercatus, & 4 conciliabula, & urbes
Reſpuerant, largo contenti dogmate veſci.
Multa 5 virûm ſtrato fervent convivia fœno.
Centenos ſimul adcubitus iniere ſodales,
Seque per innumeros infundunt agmina menſas.
Piſciculis (jam crede Deum) ſaturanda duobus,
Et paucis creſcente cibo per fragmina cruſtis
Ambeſis dapibus cumulatim 6 adgeſta redundant
Fercula, bis ſenos 7 micarum molibus implent
Poſt cœnam coſinos: 8 crudus conviva reſudat
9 Congeriem ventris; gemit & ſub 10 faſce miniſter.

terpolarant. Paulo ante Cauchius conjectabat, *in prandia parvas*. Non ſequor. 29. i. breviter. 1. pro duos, ſic ambo, pro ambos 2. pro, ad: 3 ubi tantum cibus, & potus venditur 4. ubi concilia celebrantur. 5. virorum, 6. cumulata. 7. fragmentis. 8. plenus, ſatur, indigeſtus, ruſticus. 9. ſaturitatem. 10. coſinorum.

Quis cumulare poteſt epulas in 11 *grandia parvas?*
Quis, niſi qui corpus, 12 *paſtumque, & corporis omnem*
Condens ex nihilo nullâ 13 *exiſtente creavit*
Mundum materia? 14 *non ſicut ſculptor ab aris*

11. in tam multiplicia. 12. H. *omne*) *omnem* noſtra exemplaria. Putabam, *corpus, parcum quoque corporis omnem*. Niſi ſi τὸ *omnem* ad *materiem* refers, quod vocabulum ſequitur. 13. I. manente. 14. H. *non ſicut ſculptor ab aris Rudere decoctam conſueſcit fingere maſſam*) Miror hunc locum præteriri intactum ab eruditis interpretibus; niſi quod infeliciter in eo verſatus eſt Giſelinus, dum ex editione Daventrienſi reponit, *ab are crudam & inexcoctam conſueſcit fingere.* quod falſiſſimum; obnitentibus præſertim ad unum omnibus vetuſtis exemplaribus, *rudus aris*, æs nondum excoctum vocat. ſic Pſychomachia:

Mox ſpolia exſtincto de corpore diripit auri
Sordida fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem:

Sed & *ruderis* vocabulo uſus in re ſimili noſter D. Laurentii paſſione.

Aurum quod ardenter ſitis,
Effoſſa gignunt rudera.

rudus igitur æris, quod Tacitus dixit libro IV. Hiſtor.

Hiſtor. cap. LIII. *metallorum primitias nullis fornacibus victas.* Et *rudus* ſeu *raudus* propriè æris. Hinc *porta* Romæ *Rauduſcula*, quod eſſet ærata. Vide Varronem libro IV. de LL. & Feſtum. Reddendum Marciano Cappellæ id vocabulum, (quod in Apuleji libello de Deo Socratis feliciter repoſuit Joſias Mercerus) libro I. de Nupt. Philologiæ, ubi agit de urnulis quatuor Mercurii: *Una ex ferro duriore, alia ex argenti fulgentiore materia, tertia liventis plumbi fuſili rudere videbatur.* peſſime circumfertur, *fuſili robore.* Adeundus Scaliger in Feſtum. Nunc ad rem. Cum & editio Aldina, & Put. Thuan. Oxon. Rottendorphius ex noſtris, cum Torrentiani tres, & Weitzii optimi duo exhibeant, *conſueſcit vivere*, miror, inquam, id hactenus contemni, quod elegantiſſimum utique eſt & veriſſimum. Sic *ſpirantia æra* Virgilio & Claudiano. Tum *vivi vultus* Æneidos VI.

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, & vivos ducent de marmore vultus.

Apud Propertium,

Quatuor artificis vivida ſigna boves.

& apud eundem,

Gloria Lyſippi eſt, animoſa effingere ſigna.

Statius Tiburtino Manlii Vopiſci:

Vidi artes veterumque manus, variiſque metalla

Viva modis.

Et Surrentino Pollii idem:

------ quod ab arte Myronis

Aut Polycleteo juſſum eſt quod vivere cælo.

Sic quid Apellei gaudent animaſſe colores.

Hercule Surrentino,

-------- tot ſaxa imitantia vultus,

Æraque, tot ſcripto viventes lumina ceras.

Hercule Epitrapezio:

Quod Polycleteis juſſum eſt ſpirare caminis.

Abaſcantii pietate,

Ebur impreſſis aurumve animare figuris.

Apud Juvenalem Sat. VIII.

Et cum Parrhaſii tabulis ſignisque Myronis

Phidiacum vivebat ebur.

Auſonius de Niobe: quod poſt Græcè exhibebitur.

Vivebam: ſum facta ſilex: tum deinde polita

Praxitelis manibus vivo iterum Niobe.

quæ duo poſtrema loca etiam huc congeſſerat Salmaſius. D. Paulinus libro I. de vita B. Martini:

O vere pretioſa chlamys! quid tale vel oſtro

Inſignes

Inſignes meruere habitus, vel ſerica filis
Levia, vel doctè expreſſis viventia ſignis?

Martialis de lacerta argentea:

Lacerta vivit, & timetur argentum.

Apud Auſonium denuo:

Viva tibi ſpecies vacca Myronis erit.

Videndus idem ab Epigrammate LX. usque ad LXVIII. ſic & in Græcis: Anthologiæ quarto, in Bacchæ ſtatuam.

Α Βάκχα, παρία μὲν ἐνεψύχωσε δ᾽ ὁ γλύπτας
Τὸν λί ον. ἀνθρώσκει δ᾽ ὡς βρομιαζομένα.

Ibidem Antipatri:

Α δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται. ἦν ὁ Προμηθεὺς
Οὐχὶ μόνος, πλάττεις ἔμπνοος καὶ σὺ Μύρων.

Tum illud Juliani,

Πόρτιν τήνδε Μύρωνος ἰδὼν τάχα τοῦτο βοήσεις,
Η φύσις ἄπνοός ἐστιν, ἢ ἔμπνοος ἔπλετο τέχνη.

Ejuſdem,

Η χαλκὸν ζώωσε Μύρων σοφὸς, ἢ τάχα πόρτιν
Χάλκωσε, ζωὰν ἐξ ἀγέλας ἐρύσας.

Gemini de eadem:

Μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκός. ἴδ᾽ ὡς ἔμπνουν τεχνίτης
Ἠνύσατο.

25 Rudere decoctam conſueſcit vivere maſſam.

Sed Deus omnipotens orbem ſine 26 ſemine finxit. 725

Nil erat, omne quod eſt: nil id, 27 procedere & eſſe

Tum illud Philippi Macedonis de equo æneo:

Τ' χ' ἐνδεδεμένην. τῇ τέχνῃ γδ' ἐμπνέει.

Complura his aſſimilia toto illo capite occurrunt, ut & ſequentibus: quale illud de ſtatua Herculis & Antei.

Ἔμψυχον τὸ πλάσμα.

Et de apro Calydonio æreo:

Ὁ πλάστας ἔμπνουν θῆρα τυπωσάμενος.

De Alexandro:

Ὄμματα καὶ ζωὰν θάρσους ὁ χαλκὸς ἔχει.

De Niobe:

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

Hæc uberius fortaſſe, quam par erat; ſed libuit paululum exſpatiari, ut in his talibus luſum ingeni Poëtici & ubertatem lectori intuendam exhiberem. *conſveſcit vivere* pro *conſuefacit*, ſic libro I. contra Symm. *adſveſcit ſupero pollere in ſecula regno*. Cathemerin. Hymno omnis horæ; *mortuos olim ſepultos ut redire inſveſceret*, pro *inſvefaceret*, uti etiam Salmaſio viſum. Nunc ad alia. 25. I. minâ, â terrâ, ubi æs tollitur. 26. materia. 27. unde proceſſiſſet.

Atque novum fieri, mox & 18 grandeſcere, juſſum eſt.
Parvum de nihilo primum fuit: addita parvo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego, cùm videam manibus ſic creſcere Chriſti
Parva alimenta hominum, poſſum dubitare per ipſum
Exiguas rerum ſpecies, elementaque mundi
Ex nihilo primum modica, & mox grandia ſenſim
Creviſſe, ex modicis quæ 19 conſummata videmus?
Ac ne poſt hominum paſtus calcata perirent,
Neve relicta lupis, aut vulpibus, exiguiſve
Muribus in prædam nullo cuſtode jacerent:
Bis ſex 20 adpoſiti, cumulatim qui bona Chriſti
Servarent 21 gravidis procul 22 oſtentum 23 caniſtris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo,
1 Indignus qui ſancta canam? procede ſepulcro,
Lazare, dic, cujus vocem tellure ſub imâ

18. non quo omnia, quæ Deus creavit, perfectæ pietatis non fuiſſent, ſed Poëticè dicit. 19. perfecta. 20. ſc. ſunt corbes, i. Apoſtoli. 21. plenis. 22. prope diſperſa, præparata ad reponendum. 23. vaſis, cophinis. 1. H. ita Aldus & ſcripti conſtanter. Neſcio unde illud

Audieris: quæ vis penetraverit 2 abdita leti?
Quòd, cùm te Christus penitus nigrante profundo
Immerſum vocat, ut redeas, ceu proximus, audis;
Nec remoratus ades? quæ tam vicina 3 Charybdis
Regna tenêbrarum 4 tenui diſtantia fine
Conjungit 5 ſuperis? ubi 6 Tartara triſtia vaſto
In 7 præceps dejecta 8 Chao, latebroſus & ille
9 amnis 10 inexpletis volvens 11 incendia ripis?
Ante fores tumuli, quas ſaxa immania duro
Objice 12 damnarant ſcopulis ſubſtructa cavatis,

Fabritij & Giſêlini, *qui tanta canam*, ſit enatum: tum mox illud ejusdem Giſêlini, *penetrarit ad abdita leti*. Cum in noſtris omnibus ſit *penetraverit abdita*. Niſi quod Aldus cum Oxonio 5 *penetraverit intima*. 2. l. ſecreta. 3, carybdis, ſecundum fabulam, fœmina fuit, quam Hercules in mare præcipitavit, quia feratrix erat. Et adhuc officium ſuum facit, quia naves venientes devorat. Sed revera petra eſt; & hic pro inferno poſuit, qui omnes ad ſe venientes in æternam trahit voraginem & interitum. 4. anguſto. 5. vivis. 6. *tartara*) loca pœnalia vel inferna. Lamentationes reorum vel loca infernalia. 7. in præcipitium. 8. voragine. 9. Cocytus. 10. inſatabilibus, 11. ignes, 12. clauſerunt.

13. qua-

Stat Dominus, nomenque ciet [13] *frigentis amici.*
Nec mora: funereus revolutis rupibus horror
Evomit exequias gradiente cadavere vivas.
Solvite jam læta redolentia vincla ſorores.
Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat:
Nec de corporeo [14] *nidorem ſordida tabo*
Aura refert, oculos ſanie ſtillante ſolutos
Priſtinus in ſpeculum decor excitat, & putrefactas
Tincta rubore genas paullatim purpura veſtit.
Quis potuit [15] *fluidis animam ſuffundere membris?*
Nimirum qui membra dedit: qui [16] *fictilis* [17] *ulva*
Perflavit [18] *venam madidam:* [19] *cui* [20] *tabida gleba*
Traxit ſanguineos [21] *infecto humore colores,*
O mors, [22] *auritis jam mitis legibus! ô mors*
Surda priùs, jam docta ſequi [23] *quodcunque jubetur,*

13. quatriduanus. 14. fœtorem. 15. putridis, diſſolutis. 16. imaginabilis. 17. terræ. ulva, herba paluſtris; ſed hic pro illo limo poſuit, unde homo factus vel formatus eſt. 18. ſangvinem. 19. ab illo, vel, per quem. 20. pigra. 21. immiſſo. 22. ab aure, quæ audis. 23. H. ſic Put. in Thuano & Oxonio, *quæcumque jubetur. quocumque* in Rottendorphio & Cauchiano. In Nonſio, *quæcumque jubentur*, Editio Fabricij, *qua-*

Cui tantum 24 de te licuit? convicta fatere
Eſſe Deum, ſolus qui me tibi præripit, Jeſum.
25 Abde negatores Chriſti: nemo invidet, abde:
Utere ſorte tuâ, blasfemis nocte tenendis
Perpetuâ plebem juſtorum 26 capta reſolve:
Qui norunt hominem atque Deum ſic dicere Chriſtum,
Ut verus ſummusque Deus mortalia geſtet.
Ipſe 1 gerit, quod ſtruxit; opus, nec ferre pudeſcit
Factor, quod peperit: corpus loquor, atque animæ vim.
Finxerat hoc digitis, animam ſufflaverat ore.
Totum hominem Deus adſumit: quia totus ab ipſo eſt,

---

quæcumque juberis. Quod placeret impenſe, ſi membranas auctores haberet. Tale illud Naſonis de lacrymis.

Hæc quoque habent artem, quaque jubentur, eunt.

Sed & ſcripti noſtri omnes & Weitziani paulo ante, *O mors auritis jam mitis legibus.* pro quo reſtitutum à Giſelino, *auditis legibus*, ex vetuſtis codicibus, ut puto. 24. l. in te. 25. abſconde. 26 à Chriſto. 1. portat.

2. in

Et totum redimit, quem 2 ſumſerat; omne reducens,
Quidquid homo eſt: 3 iſtud tumulis, aſt 4 illud 5 abyſſo.
Occurrit dubitans hic 6 diſſertator, & illud
7 Objicit. Anne fides capit, ut ſubſtantia flante
8 Inſpirata 9 Deo cruciatum ſentiat, 10 utque
Inferni petat 11 ima poli, barathroque coquatur,
Crede animam non eſſe Deum: ſed crede creatis
Majorem cunctis: ipſam quoque cre decreatam.
Formata eſt namque ore Dei, quæ non erat ante:

---

2. in ſe. 3. corpus. 4. animam. 5. abyſſum vocat cœlum, quia ſicut dicimus, altum mare; ſic etiam profundum cœlum. Sic etiam abyſſum cœlum dicimus. 6. concertator, diſputator. *De natura animæ*) Dicunt hæretici, animam partem eſſe Dei. Subſtantia omnis trifariam dividitur: in Deum, animam, corpus ſc. Vel ſiquidem Deus ſummum bonum eſt; anima magnum bonum eſt. corpus quoddam bonum; ſine his tribus nihil eſt. H. *De Natura animæ*) ſic quidam codices noſtri, ſed auferenda ſunt. Nam & ſequentia ad diſputationem adverſus Homuſionitas referri par eſt. 7. l. opponit. 8. anima. 9. à DEO. 10. H. *atque inferni*) *utque* cum libris vetuſtis. 11. l. Canopum dicit, quem Antipodes noſtri vident; infernum

Sed formata habitu pulcherrima, 12 pictaque rebus
Divinis, & plena Deo ſimilisque creanti.
Non tamen ipſa Deus: quoniam generatio non eſt,
Sed factura Dei eſt. ſolus de corde Parentis
Filius emicuit: 13 verus verus Deus ille.
Conlatum eſt animæ, ſubitò ut quæ non erat, eſſet.
Ille coæternus Patris eſt, & ſemper in ipſo;
Nec factus, ſed natus habet quodcunque paternum eſt.
14 *Hæc ſimilis, velut umbra Dei eſt. ſic ipſe locutus*
Factor 15 utroque hominem meditans de 16 figmine 17 junctim

fernum dicunt aliqui eſſe. 12. imaginata. 13. H. *verus Deus ille; ſed illud*) optime in Putaneo & Thuaneo, *verus, verus Deus ille.* Diximus ſupra ad v. 433. mox noſtri omnes & Weitziani plerique, *ille coæternus patris eſt*, non *patri* Monuimus & hoc ſupra v. 265. v. 790. (*vede* in *credo* locis ternis contra ſcriptos perperam Giſelinus immutavit. 14. I. anima Deo. 15. anima & corpore. 16. figmento. 17. H. *de figmine junctum*) probe *junctim* Puteanus. Deinde idem cum alijs noſtris, *cujus imitatio in umbra eſt*. In ſolo Thuaneo. *cujus ſimulatio* quod nollem Giſelinus approbaſſet. Nam quod cæſuram h. l non admittit, haud meminerat eam Prudentio eſſe familiarem.

vide

Ædificare ſui ſimilem. ſed non habet 18 *umbrâ,*
Quod 19 *corpus ſolidum : cujus imitatio in umbrâ eſt :*
Atque aliud verum eſt, aliud ſimulatio veri. 800
Eſt 20 *ſimilis, ſaclis quòd non conſumitur ullis :*
Quod ſapiens, juſtique capax reginaque rerum
Imperat : antè videt, 22 *perpendit, præcavet,* 22 *inſit,*
Verborum morumque 23 *opifex, inſtructaque mille*
Artibus, & cælum ſenſu percurrere docta. 805
1 *His animā ſimilē ſibi conditor effigiavit,*
2 *Cetera diſſimilem: quippe hanc comprendere* 3 *promtum eſt,*
Quam 4 *modus &* 5 *ſpecies* 6 *determinat: at Deus ingens,*
Atque 7 *ſuperfuſus trans omnia, nil habet in ſe*

vide Hamattig. v. 710. mox v. 798. *Incircuminſcriptus* in Puteano : ut alibi *circuminſpicit*. 18. I. anima perpetua eſt, ſicut Deus, ſed ſicut umbra diſtat à corpore ; ita anima diſtat à perpetuitate Dei. 19. majeſtas. 20. anima ſimilis Deo in hoc. 21. æſtimat diſcernit. 22. loquitur. 23. artifex. 1. officijs. prædictis rebus. 2. per cetera officia. 3. facile, manifeſtum eſt. 4. menſura ultima, linea. 5. diviſio. 6. finit. 7. dilatatus.

8. ter-

8 Extremum; ut claudi valeat, ſenſuve teneri.
9 Incomprenſa manet virtus, cui 10 linea 11 deſit
Ultima, quam ſpatium non menſurabile tendit.
Ergo animam factam, magno & factore minorem,
Majoremque 12 aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris naſcentem turbida carnis
Concipit, ac membris 13 tabentibus interfuſam
14 Participat de 15 fece ſuâ: ſit mixta deinde

8. terminabile. finiabile. 9. incomprehenſibilis. 10. terminus. 11. deeſt. 12. creaturis. 13 putreſcentibus. 14. partem facit habere. 15. de peccato corporis. 16. H. *peccando natum luti* in Cauch. & Rotterdorphio. *Peccando luto*, tres Torrentiani. In uno Weitzij *peccanti*. Mox. *Quanto flans voluit*, ſcripsi. Cauchius, cum in vetuſto codice inveniſſet, *peccando natumluti*, contendit caſtigandum, *peccati natura luti*. ut peccatumluti dixerit Prudentius pro eo quod in Adã Principe olim peccavit Peccatum, tanquam planè præteriti temporis participium agentis verbi ſignificatione uſurpans, Terentiano videlicet exemplo ex Hecyra, *Iam ante ei ſum, ut non ſiet peccato mihi ignoſci æquum*. Apud Pauſlinum quoque Epitaphio Celſi in exemplaribus præſtantioris notæ: *Peccato lugere ju-*

vat

26 Peccandi 17 natura luto, cum 18 ſimplice flatu.
Sed fortaſſe animam, Domini quia fluxit ab ore,
Compoſitam factamque neges: velut ipſa Dei pars,
(Quod dictu ſcelus eſt) terras trahat 19 oblita culpas,
Et 20 peſſum damnata ruens 21 Chaos intret apertum.
Sit res illa Dei: non 22 abnuo: pars tamen illa
Haudquaquam dicenda Dei eſt, quæ tempore cœpit;
Nec prior, aut ſenior, quàm 23 primum plaſma putanda eſt.
Tunc etenim factam video, cùm cordis 24 amicti
Intravit germana domum, limique recentis
Hoſpita & ipſa recens fraterna ſedit in 25 aulâ.
Illa quidem flatus Domini eſt: ſed ſpiritus & 26 vis
Non eſt plena Dei, tanto moderamine miſſa,
Quanto 27 flans voluit flandi ſervare 28 tenorem.

---

dat, contractaque culpis vulnera profuſis fletibus abluere. Poſſet etiam non inconcinne *peccanti in luti* corrigi. Hæc ille. 17. I. ſc. facta. 18. ſine peccato. 19. circumdata. 20. perditione malè. 21. voraginem 22. non nego. 23. Adam. 24. Adæ. 25. in corpore. 26. ſc. animæ, 27. Deus. 28. origi-

Eſt impoſſibile ſpectare profunda 29 Sabaoth:
Sed ſpeculum Deitatis 30 homo eſt, in corpore 31 diſcas
Rem 32 non corpoream 33 ſollers, interprete Chriſto:
Qui Patrem proprium mortali in corpore monſtrat.
Perſpice, quàm varios fundamus ab ore 34 vapores,
Spiramus quotiens anima ſufflabilis auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus 35 anhelat,
Rorantes nebulas 1 udis de faucibus efflans:
Cùm 2 libet in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exſiſtit tenuis, & ſibilat aër.
Adde & diſtinctum, quem muſica tibia flatum
Concipit: aut ille eſt preſſo modulamine 3 parcus,

ordinem. 29. Deus exercituum. 30. quia Deus non potuiſſet videri niſi per hominem. 31. intelligas. 32. divinam. 33. ſagax, peritus vel ſtudioſus. 34. ſpiritus. 35. anhelanter emittit. 1. umidis. 2. cum placet. 3. parvus, moderatus. H. *paucus* in Puteaneo. In Thuano *preſſo moderamine.* Et ſane *moduli* mox ſubſeqvuntur. *Moderaminis* vocabulum non diſſimili notione ſupra occurrit v. 828. vide annotata ad v. 47. Paulo ante *flabrali frigore* potiores noſtri. Nec aſſenſum præbere

Aut tumidum 4 largo 5 ſublimat flamine 6 bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat
Aut 7 exile trahens ſonitus producit 8 acutos,
Aut murmur tenerum ſubſidit voce 9 minutâ.
Hæc cùm te videas mortali in corpore poſſe;
Cur non 10 Æternum potuiſſe infundere credas,
Qualem animam voluit? præſcriptis quam quia 11 condens
Efflavit fuditque modis, ſit facta neceſſe eſt.
Denique multa ſapit, ſed non ſapit omnia, noſtræ
Vis animæ, certum ſapere ac prænoſcere juſſa.
Jam, cui certus ineſt modus, & cui 12 noſſe negatum eſt
Omnia, 13 factura eſt: nam condita & aucta probatur.
14 Collige de 15 ſimili, 16 ſit ne hæc factura, creavit

præbere poſſum Giphanio & Goldaſto, qui ex ſuis *flabrare frigore* inculcant. 4. I. abundanti. 5. elevat. 6 ſonitum cornu vel tibiæ. Et Ennius ſonitum pedum appellat bombum. 7. ſubtiliter. ſc. murmur. 8 benè ſonantes. 9 gracili. 10. Deum. 11. creans. 12. qui ſenſu hebes eſt, I. quia nulla poteſt creatura intelligere omnem ſapientiam, niſi ſolus Deus. 13. Dei. 14. intellige. 15. ratione. 16 utrum ſit hæc factura, an non? Creatura aut creator?

Nempe 17 manus Domini corpus mortale, lutumque
Compoſuit digitis. Numquid manus articulatim
Eſt 18 digeſta Dei? numquid 19 volæ? numquid & ungues
20 *Claudere flexibiles? patulam ſeu 21 tendere palmam?*
Iſta figura manûs noſtræ eſt, quam non habet in ſe
22 *Incircumſcriptus Dominus: ſed tradita forma eſt,*
Humanis qua nota animis daret intellectum.
Ut per corpoream 23 ſpeciem plasmaſſe feratur
Corporis effigiem: ſic eſt plasmata viciſſim
24 *Flatu in corporeo res ſtabilis: oris & eſſe*
Fertur opus, tenuis per quod conſtructa refulſit.
Forma animæ, atque rudi factam ſe munere ſenſit.
Si non eſt factura manûs caro noſtra; nec oris

17. manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me. 18. ordinata. 19. medietas palmæ, inde involare dicimus, quia quicquid involamus, in palmâ recondimus, quæ Græc. tenar dicitur. 20. bat. 21. bat. 22. inlocalis. 23. figuram. 24. inſufflavit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, q. ore Deus animam inſufflaſſet homini.

Eſt factura animæ, flatu & ſpiramine 25 cœpta
Inque 26 locum deducta aliquem. namque omne, quod hom
Natalis profert, locus accipit: & locus ullus
Quod 1 cohibere poteſt, modicum eſt, nec in omnia fuſum.
Et quod tam modicum eſt, ut certâ ſede locetur,
Jam 2 titubare poteſt: & quod titubaverit, intra
Naturam vitii eſt: 3 vitioſum denique triſtem
4 Recidit in pœnam: Deus hoc, mihi credite, non eſt.
Aut, ſi 5 majeſtas animæ eſt, 6 oſtendite quid ſit,
Quod 7 lapſam Chriſtique inopem nova 7 gratia inundat,
Spiritus & ſanctus baptiſmate juſtificatum
9 Nobilitat 10 famulæque decus, quod defuit, addit:

25. inchoata. 26. in corpus. 1. claudere. 2. errare. 3. animæ. 4. H. *decidit.*) *recidit* in melioribus cum Aldo. De quo ad Naſonem & Claudianum. Deinde *aut ſi majeſtas anima eſt*, nonnulli. Vetuſtiores tamen *animæ*. Deinde *nova gratia inundat*, Put. & Thuan. in ceteris *mundat*. I. *decidit*) cadit. 5. Dei. Deitas. 6. dicite. 7. in peccata. in peccatis. 8. in baptiſmate. 9. nobilem facit. 10. animæ ſibique ſervienti

11 *Quod, quia præſtatur 12 meritu 13 meritúque negatur;*
14 *Abſurdè fertur Deus aut pars eſſe Dei; quæ*
Divinum ſummumque bonum de 15 fonte perenni
16 *Nunc bibit 17 obſequio, nunc culpâ aut crimine perdit:*
Et modò ſupplicium recipit, modò libera 18 calcat.
19 *Miraris peccare animam, quæ carne 20 coactam*
21 *Sortita eſt habitare domum, cùm peccet & ipſe*
Angelus, hoſpitium qui neſcit adire 22 caducum
Cratis 23 tabifluæ, peccat; quia factus & ipſe eſt,
24 *Non genitus. quocumque modo ſit factus, id unus*
Scit factor Dominus: factum mihi credere ſat ſit.
Solus labe caret peccati conditor orbis.

vienti. 11. decus. 12 bonis. 13. malis. 14. inconvenienter 15. Chriſto. 16 aliquando. 17. in obſequio Chriſti, i. pro ſervitio ſuo. Propter obedientiam 18. ſupplicia. 19, ô Homuncio nita. 20. confirmatam, ſolidatam vel collectam 21. accepit, conſecuta vel adepta eſt 22. corpus. 23. defectivæ, mortiferæ, ſordidæ. 24. ſicut filius.

25 Ingenitus genitusque Deus, Pater & Patre natus;
Solus & 26 exceptus tormentum admittere triſte,
27 Inviolatus 28 agit, nec quidquam ſentit acerbi.
29 Exſortem dic eſſe animam 30 crucis atque doloris:
Si culpa 31 immunem, vacuamque à crimine noſti.
Quæ peccare valet, valet & ſuccumbere pœnæ.
Ipſa quidem ſincera fuit, dum conditur olim,
Quæ 32 conlata rudem fecit viviſcere limum:
33 Utpote de 34 liquido 35 naturæ ſemine primos
Accipiens 36 habitus 37 ſuperoque expreſſa 38 ſereno.

25. H. pro non genito, ſic *innatus* hoc ipſo libro *cerni potu eſt, qui naſcitur at non innatus cerni potis eſt*. Pari modo *inſubjectus* Hamartig. v. 700. In Puteaneo *agenitus*. At in Oxonio omnia perſpicua *ac genitor genitusque Deus, Pater ex Patre natus*. Mox vacuamque *crimine* Aldus. Vide annotata ſuperius v, 137. 26. I. ſequeſtratus, ſeparatus, 27. inſons. 28: valet, vivit. converſatur, 29. ex pertem. 30. paſſionis, cruciatus. 31 ſecuram. incapacem. 32. conjuncta. à Deo creata 33. ſicuti, quaſi. 34. puro. 35. divinitatis, 36. ornatus. 37. de ſuperno. 38. ſerenitate.

Sed mox, ut gravido juſſa eſt innectier 39 *arvo,*
Suavibus 40 *inlecebris nimiũ blandim refrixit.*
Denique 1 *volutabris pretioſum polluit* 2 *ignem,*
Dum transgreſſa Dei poſitum fas improba calcat.
Hæc prima eſt natura animæ, ſic condita ſimplex
Decidit in vitium per ſordida fœdera carnis.
3 *Exin* 4 *tincta malo peccamine Principis Adæ*
5 *Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde:*
Et tenet ingenitas animarum infantia in 6 *ortu*
Primi hominis maculas, nec quiſquam naſcitur inſons.
Vitandus tamen error erit, ne 7 *traduce carnis*
Transfundi in ſobolem credatur fons animarum
8 *Sanguinis exemplo:* 9 *cui textu* 10 *propagine vena eſt.*
Non animas animæ 11 *pariunt: ſed lege latenti*

39. terræ. 40. delectationibus. 1. ſordibus. 2 animam. 3. deinde. H. *exin* ſemper in Puteaneo. 4. I polluta peccato. 5. maculavit, violavit. 6. in nativitate. 7. transmiſſione, origine, traductione. 8. ſeminis. 9. ſangvini, generi. 10. generatione, procreatione. 11. gignunt.

12. ani-

Fundit opus 12 natura 13 ſuum, 14 quod parvula 15 anhelent

12. animæ. 13. proprium 14. opere. H. ſic noſtri omnes. At in duobus Weitzianis, *quod anhelent*. Idque marginem editionum nonnullarum occupavit, probè Sic ſupra

---- variis Siloa refundit
Momentis latices, nec fluctum ſemper anhelat.

Et mox,

Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,

Martial. lib. VI. Ep. 42.

Siccos pinguis onix anhelat æſtus.

Statio Theb. XI. Jupiter,

Phlegra laſſatus anhelat prælia:

Et Catilina Ciceroni dictus *anhelare ſcelus*. Idem Cicero in Arateis de Capricorno,

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans.

Noſter tamen Hymn. II. peri ſteph.

Merſis anhelat febribus.

D. Paulinus carmine ad Cytherium.

Jonas ut olim ventre navis abditus
Somnos anhelabat graves,
Sed excitatus luctuoſis undique
Pereuntium clamoribus.

Male omninoillic circumfertur, *fluctuoſis clamoribus*

16 Vaſcula, vimſuque adſit ſcintilla 17 coactis.
Quæ quamvis infuſa novum penetret nova ſemper
Figmentum, vetus 18 illa tamen de crimine avorum
19 Ducitur: inloto quoniam concreta 20 veterno eſt.
21 Inde ſecunda redit 22 generatio, & inde lavatur
Naturæ 23 inluvies, iterumque renaſcimur intus
24 Perfuſi, ut veterem ſplendens anima exuat Adam.
Quæ quia 25 materiam peccati ex fomite carnis
Conſociata trahit, nec non ſimul ipſa 26 ſodali
Eſt 27 incentivum peccaminis, implicat 28 ambas
Vindex pœna reas, peccantes mente ſub 29 una;
Peccandique cremat ſocias cruciatibus æquis.
His 30 crucibus Chriſtus nos liberat incorruptæ
Matris, & 31 innocui geſtator corporis unus

ribus. Pro *Vaſcula* Thuaneus *vincula.* Non placet. 15. l. deſiderent. 16. corpora. 17. membris, vaſculis. Corporibus ſolidatis. 18. peccatrix. 19. H, *dicitur* in Put. & Oxonio. forte *diditur.* Peccatum originale. 20. I. peſte, peccato. 21. de baptiſmate. 22. baptiſmi. 23. immunditia, pollutio, macula. 24. ſacro lavacro. 25. occaſionem. 26. corpori, carni. 27. incendium. 28. naturas animæ & corporis. 29. ſub una voluntate. 30. pœnis. 31. quia ſolus ille ſine

Naturam pœnæ expoſitam, ſed non vitiorum
Naturam 33 expoſitam 34 contactibus induit Jeſus:
Atque ideo pœnæ nil debuit: 35 intemeratus,
Fraude carens, omni culparum aſpergine liber.
(36 Quid peccatorum 37 proſapia corpore in illo,)
Quid Chriſti immembris peccati ſæva 38 ſatelles
Pœna ageret? quid mors hominis ſine crimine poſſet?
Nimirum 1 caſſis conatibus, & ſine 2 nervis
3 Concideret, 4 ſterilis peccati 5 fomite nullo.
Mors alitur culpâ: culpam qui non habet, ipſo
6 Paſtus defectu mortem conſumit inanem.
Sic mors in domini conſumta eſt, corpore Chriſti:
Sic periit, ſolitum dum non habet 7 arida paſtum.
8 Suſpice quapropter ſolum 9 inculpabile Numen,
10 Virtutem Patris & Chriſti: & jam deſine noſtra

ſine peccato fuit. 32. manifeſtatam liberatam. 33. datam, expertem vel jactatam. 34. pollutionibus. 35. integer. 36. H. abeſt hinc verſus â Put. Thuan. Oxon. & Torrentianis duobus. Sed nec in Aldino aut Weitzii Palatino comparebat. Deinde *hominis ſine crimine*, probe vetuſtiores. 37. I. generatio. 38. ſequax. 1. vacuis, inanibus. 2. ſine fortitudine. 3. caderet. 4. inanis, ſc illa mors. 5. nutrimento. 6. genitus. 7. mors. 8. honora. 9. ſine culpa. 10. H. *natum* Puteaneus. Deinde Chriſto *abſcidere* non *abſcindere*

11 Invidiam conflare animæ, quòd ſit Deus, aut quòd
Portio parva Dei cum Chriſto abſcidere quidquam,
Et reſecare Deo partem, vel corpore iunctum
Numen non liceat, plenum ſibi ſemper & in ſe.
12 Eſt 13 operæpretium nebuloſi dogmatis umbram
14 Prodere, quam tenues 15 atomi compage 16 minutâ
Inſtituunt: ſed 17 caſſa cadit, ventoque liqueſcit
Adſimilis, fluxu nec ſe ſuſtentat inani.
Aërium, Manichæe ait, ſine corpore vero
Pervolitaſſe Deum, mendax fantaſma, cavumque
Corporis effigiem; nil contrectabile habentem.
Ac primùm ſpecta, an deceat quidquam ſimulatum

dere, vetuſtiores omnes noſtri. Sic iidem Hymn. IV. peri ſteph. v. 123. *abſciſa papilla.* Et Hymno Romani v. 975. *nervos nec omnes usquequaque abſcideret.* Et Hymno XI. v. 65. *huic abſcide caput.* 11. I. injuſtitiam. 12. H. ſic Put. Thuan. & Rottendorphius: 13. I. neceſſe vel congruum. 14. detegere. 15. dicunt hæretici, quod omnia, quæ ſunt, ex illa inanitate formata ſunt, quæ erat, ibi, ubi modo eſt aër, & ex atomis. Namque dicebant, ex illa inanitate & ex atomis quatuor elementa formata. Et inde omne corpus fantaſma. phœno, appareo; inde fantaſmata falſæ imaginationes. quæ hominibus apparent. 16. gracili. 17. inutilis.

18 pura.

Adſignare Deo cujus [18] mera gloria [19] falſi
Nil recipit. [20] membris hic ſe fallacibus aptans
Fingeret eſſe hominem ventoſâ ſubdolus arte?
Mentitus totiens, cum diceret; [21] Inveteratis
Do veniam morbis, ſimul & peccata remitto.
Filius eſt hominis peſtem qui pellere carnis,
Et ſcelerum nexus laxare ac ſolvere poſſit.
Surge valens, ſurge innocuus: jam tolle grabatum:
Filius hoc hominis jubeo. dignus ne videtur,
Qui teſtis ſibi ſit, ſeque ac ſua [22] carnea norit?
Quid cùm diſcipulos, hominis [23] quod Filius eſſet
Paſſurus, [24] fido jam præſcius ore [25] monebat?
Nonne fatebatur, ſe cum virtute [26] paternâ
Eſſe hominem verum? quod ſi non credo, fefellit.
Si natura Dei quæ ſit, Manichæe, requiris:
Omne quod eſt, verum eſt; nam ſi mendoſus agit quid,
Nec Deus eſt: [1] mendum divinus non capit uſus.

18. pura. 19. falſitatis 20. an. 21. in veteri homine conceptis. 22. membra. 23. H. *quid*) *quod* in Thuano, rectius, quia *quid* proxime præceſſit. Deinde *Manichæi requires* in Putaneo. 24. I. veraci. 25. interrogabat. 26. ſuperna. 1. falſum. Hic pro mendacio. Sed mendam in ſcri-

ptura

Objicis æterno Domino, quod lubricus ad nos
Venerit, adſimulans aliud, quàm verus habebat.
Obmuteſce, 2 furor: linguam, canis inprobe, morde
Ipſe tuam, 3 lacero conſumens verba palato.
4 Latranti obſiſtit Matthæus, rabiemq; 5 refellit:
Qui 6 notat omne genus carnalis ſtirpis, adusque
Corporeum Chriſtum, per ſex 7 ſeptena virorum
Nomina deſcendens, 8 & venam ſanguinis alti
Ex atavis longo texens per 9 ſtemmata 10 filo.
Septimus hebdomadi venit ſuperaddere ſextæ
Hunc numerum Chriſtus: 11 placidum 12 qui conficit 13 annum,
Cuncta remittentem 14 contractibus 15 inlaqueata

ptura; unde emendare dicimus, mendam de libro tollere. 2. inſania. 3. lacerato. 4. tibi. 5. refutat, renuit. 6. ſcribit. 7. ſex ſeptem quadraginta & duo. 8. ordinem. 9. generationes vel circulos. 10. poſitione. Filum appellat genealogiam ipſam Ebdomadis. 11. H *placidum* ex conjectura Cauchius, quomodo & codex Torrentii. 12. I. numerus. 13. jubeleum. 14. peccatis. 15. decepta, quæ diabolus illaqueaverat, Chriſtus veniens remiſit.

16. omnem

Multimodis, 16 hominemque 17 hominis de morte levantem.
Imperfectus enim 18 limus 19 mortalis erat tunc:
Vir ſolus perfectus adeſt, atque integer Jeſus:
Cui nihil ex 20 ſeptem ſeptenis defuit, ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille eſt: nobis qui ſeptima 21 Sabbata complet,
Ut caro noſtra Deo tandem ſociata quieſcat.
22 Quam bis 23 terna malis vexabant ſabbata noxis.
Curramus notis gradibus, Regumq; ſequamur
Progeniem: Chriſtum invenies 24 de carne parentum
Effluxiſſe hominum: qui ſit de ſemine David,
Stirpe 25 recenſetâ numerandus ſanguinis heres.
Quid, cum ſanctiloquus revoluto germine Lucas

16. omnem hominem. 17. Chriſti. 18. humana caro. quia nondum ſeptima ebdomata completa erat in Chriſto. 19. per peccatum. 20. in ſeptima requie. 21. requiem, quia ſabbato Chriſtus requievit in ſepulcro; per quod perennis requies tradita eſt nobis. 22. carnem. 23. ſex. 24. H. *eſſe hominum*) *de corde* Puteaneus. Tum *eſſe hominem* Oxon. & Rottendorphius, cum tribus Torrentianis. Neutrum

Surſum verſus agit 26 ſeriem, ſcandente 27 nepotis
Corpore, perque atavos curſum relegente vetuſtos,
28 Septenos decies conſcendit Chriſtus in ortus
Et duo: nam totidem doctores miſit in orbem:
Deſcenſos naſcendo gradus, redeundo 29 retexit
1 Actus ad uſque apicem terreni corporis Adam.
Inde parens Deitas recipit ſua, noſtraque 2 mixtim,
Fitque Dei *ſummi per Chriſtum filius Adam.*
Reſtat ut aëriam 3 fingas ab origine gentem
Aërios proceres, Levi, Judam, Simeonem,
Aërium David, magnorum corpora Regum
Aëria, atque ipſam fecunda virginis alvum
Aëre fallaci nebuliſque & nube tumentem.
Vaneſcat ſanguis perflabilis: oſſa liqueſcant
Mollia: nervorum pereat textura volantum.
Omne, quod eſt geſtum, Notus auferat 4 irritus, aura
Diſpergant tenues. ſit fabula, quod ſumus omnes.
Et quid agit Chriſtus, ſi 5 me non ſuſpicit? aut quem
Liberat infirmum, ſi dedignatur adire
Carnis onus, manuumque horret 6 monumenta ſuarum?

trum placet. 25. I. numerata. 26. ordinem. 27. Chriſti: qui fuit nepos Prophetarū & Patriarchaum. 28. ſepteni decies ſunt 70. 29. Lucas aperuit. 1. ductus. 2. copulatim. 3. H. ſolus Oxonius *pingas*, perperam. 4. L. vanus. 5. hominem. 6. recordamen.

Indigumne putas 7 luteum 8 conſciſcere corpus:
Qui non indignum quondam ſibi credidit, ipſum
Pertrectare lutum, cùm 9 vas componeret 10 arvo
Nondum viſcereo; ſed 11 inertis glutine limi,
Impreſſoque putres ſub pollice duceret artus?
Tantus amor terræ, tanta eſt dilectio noſtri.

Dignatur præpinguis 12 humi comprendere mollem
Divinis glebam digitis, nec ſordida cenſet
13 Hærentis maſſæ contagia juſſerat, ut lux
Conſieret: facta eſt, ut juſſerat. omnia juſſu
Imperitante novas traxerunt 14 edita formas
Solus homo emeruit Domini formabile dextrâ
15 Os capere, & 16 fabro Deitatis 17 figmine naſci.
18 Quorſum igitur 19 limo tanta indulgentia noſtro
Contigit, ut Domini manibus tractatus, 20 honorâ
Arte ſacer fieret, tactu jam nobilis ipſo?

damenta, facturam. 7. lethéum, i. mortale. 8 adipiſci vel aſſumere 9. corpus Adæ. 10. â terrâ, luto. 11. mortui. 12. limi. 13. glutinoſæ. 14. creata. 16. faciem, corpus, vultum. 16. H. ſic Put. & alij nonnulli. In Rottendorphio *ſtabro*, quod Giſelinus erat ſecutus. Idem mox *fingere velle*, aliter ſcripti noſtri I fabrili. 17. formatione. 18. unde. 19 carni. 20. honorabili. 21 decreverat. 22. virginali utero. 23. carni

21 Decrevit quoniam Chriſtum Deus 22 incorrupto
Admiſcere 23 ſolo : ſanctis quod fingere vellet,
Dignum habuit, digitis, & carum condere pignus.
Deſtituit naturam quidem deſtructa coacta
Telluris formam, mortique obnoxia ceſſit :
Sed natura Dei nunquam 1 ſolvenda, 2 caducam
Tellurem noſtro vitiatam primitus uſu
Eſſe ſuam voluit, ut jam vitiabilis eſſet.
Chriſtus noſtra caro eſt : mihi 3 ſolvitur, & 4 mihi ſurgit.
Solvor morte meâ, Chriſti virtute reſurgo.
Cùm moritur Chriſtus, cum flebiliter tumulatur,
5 Me video : è tumulo cùm jam 6 remeabilis adſtat,
Cerno Deum. ſi membrorum phantaſma meorum eſt,
Et phantaſma Dei eſt : 7 mendax in utroque neceſſe eſt
Sit Chriſtus ſpecies. ſi Chriſtus fallere novit ;
Si non verus homo eſt, quem mors hominem probat ipſa :
Nec verus Deus eſt, 8 operis quem gloria 9 prodit

Mariæ. 1. quæ nunquam reſolvitur vel deſtruitur. 2. mortalem carnem. 3. propter me moritur. 4. propter me. 5. carnem. 6. remeare, exire. 7. H. *in utroque neceſſe eſt*) Putaneus cum Aldo in *utroque*, quod & Weitzianos nonnullos inſedit. Rectius Egmondanus, *mendax in utroque neceſſe ſit Chriſtus ſpecies.* 8. I. reſurrectionis. 9. manifeſtat

Eſſe Deum, vel crede 10 mors vel adeſſe refelle,
Et geminâ verum Chriſtum ratione 11 negato.
Nam quid 12 magnificum, ſi non eſt mortuus Jeſus,
Et redit? illa Dei virtus memorabilis eſt, ut
Occiſus redeat Superis, ſurgatque ſepultus.
Quiſque Deum Chriſtum vult dicere; dicat eundem
Eſſe hominem: ne majeſtas ſua fortia perdat.
13 *Noſco meum in Chriſto corpus conſurgere. quid me*
Deſperare jubes? veniam, quibus ille revenit,
Calcatâ de morte, viis. quod credimus, hoc eſt.
Et totus veniam, nec enim minor, aut alius, quàm
Nunc ſum, reſtituar. vultus, vigor, & color idem,
Qui modò vivit, erit: nec me vel dente, vel ungue
Fraudatum revomet patefacti foſſa ſepulcri.
Qui jubet, ut redeam, non reddet debile quidquam:
Nam ſi debilitas redit inſtauratio non eſt.
Quod caſus rapuit; quod morbus, quod dolor 15 hauſit;
Quod truncavit 16 edax ſenium populante 17 veterno
Omne revertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors 18 victa fidem, ne 19 fraude ſepulcri.

feſtat. 10. Chriſtum. 11. quod nec Deus ſit, nec homo. 12. fecit. 13. H. *De reſurrectione carnis humanæ*) Non agnoſcit Puteaneus. Et ſunt hæc quoque ad phantasmaticos referenda. 14. l. reſurgam. 15. conſumſit. 16. conſumens. 17. morbo.

Reddat [20] curtum aliquid: quamvis jam curta vorarit
Corpora debilitas tamen & violentia morbi
Virtus mortis erat. reddet, quod particulatim
Sorbuerat, quocunque modo: ne mortuus omnis
Non redeat, ſi quid pleno de corpore deſit.
Pellite corde metum, mea membra, & [21] credite vosmet
Cum Chriſto reditura Deo: nam vos gerit ille,
Et ſecum revocat. mortes ridete [22] minaces:
Inflictos caſus contemnite: tetra ſepulcra
Deſpuite: exſurgens quò Chriſtus provocat, ite.

bo. 18. â Chriſto. 19. ne furetur aliquid. 20. debile. 21. H, τὸ & abeſt â Thuano. Vide ſupra ad v. 137. deinde *virtus mortis erat* ſcripti, non *erit*. *Et reddat, quod particulatim* præſtantiores. Denique *deſpuite* Puteaneus. quomodo & paſſione Laurentij v. 188. & alibi veterrimi ſcripti. Oxon. *Deſpicite*. In Nomſio & Rott. *Deſpuite*. 22. I. quia ſolent mortem minari.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS IN HAMARTIGENIAM PRÆFATIO. 1.

FRatres 2 ephebi 3 foſſor & paſtor duo,
Quos feminarum prima primus 4 procreat,
5 Siſtunt ad aram de laborum fructibus,
Deo ſacranda munerum primordia:
Hic 6 terrulentis, ille 7 vivis fungitur.

1. H. Hoc poëma Apotheoſios partem eſſe vel ipſum argumentum abunde evincit. Nec fidem derogant vetuſti codices, in quibus non ſolum attexitur Apotheoſi ac proxime ſubjungitur Hamartigenia, ſed etiam pars ejus manifeſte conſtituitur. Thuaneus certe codex, INCIPIT AMARTIGENIA LIBER SECUNDUS. In Puteaneo: INCIPIT LIBER II. AMARTIGENIA. deinde in fronte paginarum omnium PRUDENTII LIBER II. AMARTIGENIA: Et poſtea PRUDENTII LIBER III. PSYCHOMACHIA. Thuaneus etiam *finit Hamartigenia liber II. Incipit Pſychomachia liber III.* In Rottendorphio ſic titulus exhibebatur: *Incipit Harmartigenia de origine peccati.* Et *Aurelii Prudentii Clementis Hamartigenia, i. liber de origine peccati explicit.* 2. I. juvenes 3. agricola. 4. genuit. 5. ducunt. 6. terræ fructibus. 7. ovibus.

Summam profanus dividit ſubſtantiam,
Malum bonumque 15 *ceu duorum ſeparans*
Regnum Deorum, ſceptra 16 *committit duo:*
Deum eſſe credens, quem fatetur peſſimum,
17 *Cain cruentus, unitatis invidus,*
Mundi colonus, immolator ſqualidus:
Cujus 18 *litamen* 19 *ſordet, & terram* 20 *ſapit,*
Terram caduci corporis, 21 *venam putrem,*
Humore denſo conglobatam & pulvere:
Natura cujus fraude floret fertili,
Fecunda fundens 22 *noxiorum crimina,*
Animaque vitam labe carnis enecat.
Caro in ſororem tela mentem dirigit:
Mens in cerêbro 23 *ventilatur* 24 *ebrio,*
Ex quo furores 25 *ſuculentos colligit*

excipiebat, *Hic qui caduci rem laboris offerens,* ejecimus, cum & ex hoc ipſo formatus liquido appareat, atque idem plane deſignet, & à ſcriptis abſit exemplaribus, etiam ab Aldino codice. 14. I. malo. 15. H. peſſimè hæc immutarant contra auctoritatem veterrimorum codicum, ut & iſta, *Mens in cerebro ventilatur ebrio.* Etſi aliter Aldus. 16. l. firmat. 17. Marcion. 18. oblatio. 19. fœtet. 20. ſaporem terrenum habet. 21. ſc. ſapit. 22. H, *noxiarum* malebat ex conjectura Cauchius. 23. *l.* vagatur diſpergitur. 24. inſano. 25. purulentos vel inſanos.

26. fu

Madens veneno corporis 26 lymphatico.
Deum perennem ſindit in duos Deos:
Audet ſecare Numen inſecabile?
27 Cadit peremta denegans unum Deum:
Cain triumfat, morte fratris 28 oblitus.

26. furenti 27. *Cain*) Marcion H. *Cain peremtor*) *Cadit peremtor* Thuanus. Aldus *cadet peremtor*. In Putaneo, Rottondorphio, & tribus Torrentianis, *cadit peremta*. Nec aliter Egmondanus. Quod ad mentem veſanam Marcionis refer. Verſu proximo Puteaneus pro *illitus, morte fratris halitus*. In Aldino Oxonioque *alitus*. In Thuan. Rottendorph. Cauch. & tribus Torrentianis *oblitus*. Quod amplector. Appoſite apud Ciceronem. Philipp. II. *Atque illum, muro parricidio nondum oblitum, hoſtem ſua ſententia indicavit*. Apud noſtrum Peri Steph. hymno II. *Os oblitum noctu ſitu*. Et mox *ſtupro ſororis oblitus*. & *oblitus vipereis venenis*, h. e. peccatis paſſione B. Cypriani. *oblitus vitiis* apud Paulinum lib. IV. de vita B. Martin. apud Naſonem, *Oblitus à domine cæde libellus erit*. Saluſtius bello Jugurthino, *Simul gladium ſangvine oblitum oſtenmus*. Solinus cap. XXII.

Sangvine interemtorum vultus ſuos oblinunt.

Nunc ad ipſam Prudentii Hamartigen. transeamus. 28. I. *alitus*) nutritus.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS HAMARTIGENIA.

Adverſus 1 Marcionitas, qui duos Deos eſſe adfirmant.

QUò te præcipitat rabies tua, perfide 2 Cain,
Diviſor blaſpheme Dei? tibi conditor unus
Non 3 liquet, & bifida caligant nubila 4 lucis.
5 Inſincera 6 acies duo per 7 divortia ſemper
Spargitur, in geminis viſum 8 fruſtrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex 9 obludit, ut 10 excors
Dividuum regnare Deum ſuper orbem credas.
Bina boni atque mali 11 glomerans 12 diſcrimina ſordens
Hic mundus Domino ſed cælum obtemperat uni.
Non idcirco duos retinent cæleſtia Reges,
Quod duo ſunt opera humanas 13 agitantia curas.
Exterior terrenus homo eſt, qui talia cernens
14 Conjicit eſſe duo variarum Numina rerum,
Dum putat eſſe Deum, qui prava effinxerit olim,
Et qui recta 15 itidem condens induxerit, ambos

1. H. ſic Thuanus & Oxonius, A Puteano & Rottendorphio abeſt inſcriptio. 2. I. Marcionita. 3. manifeſtatur. patet. 4. oculorum. 5. impura. non pura: 6. viſus. 7. deviamina, diverticula. 8. ipſa acies. 9. illudit. 10. ſtultus, ſine corde. 11. colligit. 12. diſcretiones. 13. moventia. 14. divinat. 15. iterum.

16. ſepa-

Autumat eſſe Deos natura 16 *diſpare ſummos,*
Qua tandem natura poteſt conſiſtere duplex,
Aut regnare diu; quam ſons diviſus 17 *ab arce*
Separat, alternaque 18 *apicum ditione recidit?*
Aut unus Deus eſt rerum cui ſumma poteſtas:
Aut 19 *quæ jam duo ſunt, minuuntur* 20 *diſpare ſumma.*
Porro nihil ſummum, niſi plenis viribus 21 *unum:*
Diſtantes quoniam, proprium dum quisque 22 *revulſo*
1 *Vendicat imperio, nec ſumma nec* 2 *omnia poſſunt.*
Jus 3 *varium non eſt plenum: quia non habet alter*
Quidquid diſpar habet. 4 *cumulum diſcretio carpit.*
Nos plenum ſine parte Deum teſtamur & unum;
In quo Chriſtus ineſt; idem quoque plenus & unus:
Qui 5 *viget, ac viguit ſuper omnia, quique vigebit,*

---

16. ſeparata. 17. à dignitate. 18. celſitudinum, ſummitatum. 19. H. *Aut qui jam duo ſunt minuuntur diſpare ſummo*) *diſpare ſumma* in Rottendorphio. Ut infra v. 55. *ſummam revocantur ad unam.* In Thuano *Aut quia.* Puteaneus cum ceteris, *Aut quæ. Plenis viribus unum* etiam omnes noſtri; pro quo Weitzius *uſum.* 20. I. ſeparatâ ſummitate. 21. *uſum*) fuerit. 22. ſeparato. 1. *vendicat*) uſurpat. 2. ſc. facere vel eſſe. 3. duorum: 4. plenitudinem vel ſummitatem. 5. vigorem tenet. 6. conjuncto. 7. amicitiâ. 8. ſummitas eſt ille,

Participem nullum 6 coniato 7 fœdere paſſus.
8 Summa poteſtatum, 9 ſimplex dominatio rerum,
Virtutum ſublime caput, fons unicus orbis,
Naturalis 10 apex, generiſque & originis auctor
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
Et 11 numerus: qui poſt 12 aliquid dedit eſſe ſecundum.
13 Unus enim princeps numeri eſt, nec dinumerari
Tantum unus potis eſt: ſic, cum Pater ac Deus alter
Non ſit, item Chriſtus non ſit Genitore 14 ſecundus,
Anterior numero eſt, cui Filius unicus uni eſt.
Ille Deus, meritoque Deus; quia primus & 15 unus:
In virtute ſuâ primus; tum primus in illo,
Quem genuit. quid enim differt generatio ſimplex?
Unum ſemper erit gignens, atque unus ab 16 uno
Ante 17 Chaos genitus 18 numeroque & 19 tempore liber.

ille. ſublimitas. H. *Summa poteſtatum pater eſt* in Puteaneo. Nam de *Deo Patre* hæc dicuntur. Reliqui ſtant cum Vulgatis. 9. I. unica. 10. ſummitas capilli, & ponitur pro omni ſummitate. 11. unitatem. 12. i. filium & angelos & homines. 13. quia ab uno inchoamus ſemper numerum. 14. ac Deus Pater non ſit ipſe Pater anterior numero. 15. filius. pater. 16. patre. 17. mundum, principum. 18. eò quod ſit unus filius, ſicut unus genitor eſt, 19. i, æquales in tem-

Quis dixiſſe [20] duos rem majeſtate ſub una
Regnantem, propriamque ſibi, retroque perennem
[21] Auſit, & unius naturæ [22] ſcindere vires?
Numquid [23] adoptivum Genitor ſibi ſumſit, ut alter
Externi generis numerum præſtare duorum
Debeat, & geminum [24] diſtans inducere Numen?
Forma Patris veri verus [25] ſtat Filius, ac ſe
[26] Unum [27] rite probat, dum [28] formam ſervat eandem.
Non [29] amor adſcitus ſociat, nec jungit utrumque
Conjurata fides [1] pietas ſed certa, genuſque
Unum, quod Deus eſt, ſummam revocatur ad unam.
Hac tibi, Marcion, via diſplicet: hanc tua damnat
Secta fidem, dominis cælum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis ſomnus inerti
Incubat ingenio? cui per phantaſmata duplex
Occurrit ſpecies, [1] bivio diſpenſa ſuperno?

temporibus. 20. ſc. Deos. 21. auſus eſt. 22. H. *excindere* idem Puteaneus cum Thuaneo & editione Aldina. Infra, *quæ rectorem lucis & orbis ſcinderet in partes.* 23. I. filium. 24. alio modo ſtans. 25. eſt. 26. filium. 27. veraciter. 28. ſubſtantiam Patris. 29. adoptio. 1. diviſione.

2. ſigna

Si vim mentis hebes ſtupor obſidet, aſpice ſaltem
Obvia terrenis oculis 2 elementa, quibus ſe
Res occulta Dei dignata eſt prodere ſignis.
Hanc hereſim: 3 preſaga Patris prævideràt olim
Majeſtas fore: quæ Rectorem lucis & orbis
Scinderet in partes geminatum ſegrege regno.
Idcirco 4 ſpecimen 5 poſuit ſpectabile noſtris
Exemplumque oculis, ne quis duo Numina credat
(6 Imperitare vagis mundi per inania formis.)
Una per inmenſam cæli caveam revolutos
7 Prabet 8 flamma dies: 9 rexit Sol unicus annum,
Triplex ille tamen nullo diſcrimine trina
Subnixus ratione viget, ſplendet, 10 volat, ardet,
Motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempe ſimul, lux & calor & 11 vegetamen:

2. ſigna. 3. prædivinatrix. præſcia 4 imaginem. 5. Deus. 6 H. Abeſt hic verſus ab omnibus noſtris, uno Torrentiano, & Aldino codice. Deinde *revolutos dies* bene ſcripti. Et *indiſcretis fungitur his.* Denique *ſuffudit palla*, non *ſuffundit*. 7. I. ordinat 8 ſol. 9. ordinavit. 10. currit. 11. vegetatio, commotio. 12. motus indivi-

Una eademque tamen rota ſideris 12 indiſcretis
Fungitur 13 bis; uno ſervat tot munera 14 ductu:
Et tribus una ſubeſt mixtim 15 ſubſtantia rebus.
Non conferre Deo, velut 16 æquiparabile quidquam
17 Auſim, nec Domino famulum 18 componere ſignum:
Ex minimis ſed 19 grande ſuum voluit Pater ipſe
20 Conjectare homines; 21 quibus 22 ardua viſere 23 non eſt.
24 Parvorum ſpeculo 25 non intellecta notamus,
Et datur occultum per 26 proxima quærere verum.
Nemo duos Soles, niſi ſub 27 glaucomate vidit:
Aut ſi 28 fuſca polum 29 ſuffudit 30 palla ſerenum,
Oppoſitus quotiens radiorum ſpicula 31 nimbus
Igne repercuſſo 32 mentitos ſpargit in 33 orbes.

indiviſibilis. 13. officiis. 14. ductione. 15. Sol 16. ſimile. comparabile. 17. audeam. 18. comparare. 19. majeſtatem ſuam. 20. præcognoſcere. in hoc, quod ad imaginem ſuam creati ſumus. 21. hominibus. 22. divina cognoſcere. 23. poſſibile. 24. per viſibilia. 25. inviſibilia. ea, quæ non poſſumus intelligere: 26. quæ vidimus. 27. albugine, obfuſcatione, infuſione. Glaucoma, eſt infirmitas oculorum. 28. nigra. 29. obumbrat. 30. nubem appellat pallam. nubecula. 31. nubes. 32. infruſtratos ſc. lumine. 33. oculos.

34. ani-

Certante voto diſcrepantes inmolant,
Fœtum 8 *bidentis alter, aſt alter* 9 *ſcrobis.*
Deus minoris 10 *comprobavit hoſtiam,*
Rejecit illam, quam paravit 11 *grandior.*
Vox ecce ſummo miſſa 12 *perſultat throno:*
Cain, quieſce: namque ſi rectè offeras,
Oblata nec tu 13 *lege rectâ dividas,*
Perverſa nigram vota culpam 14 *traxerint.*
Armat deinde parricidalem manum
Frater, 15 *probatæ ſanctitatis* 16 *æmulus:*
Germana curvo colla frangit ſarculo:
Mundum recentem cæde 17 *tinguit inpiâ,*
Serò 18 *expiandum jam ſeneſcentem, ſacro*
Cruore Chriſti, quo 19 *peremtor concidit.*
Mors prima cœpit innocentis vulnere,
20 *Ceſſit deinde vulnerato* 21 *innoxio.*
Per 22 *crimen orta, diſſoluta eſt* 23 *crimine:*
Abel quod antè perculit, Chriſtum dehinc,
Finita & 1 *ipſa eſt finis exſortem petens.*
Ergo ex futuris priſca cœpit 2 *fabula,*

8 ovis. 9. terræ vel ſulcorum. 10. collaudavit. 11 ſenior. 12. perſonat. 13. diſcretione. 14. traherent. 15. laudatæ 16. inimicus, invidus. 17. fœdavit vel polluit. 18 ipſum mundum. 19. diabolus. 20. victa eſt. 21. Chriſto. 22. Cain. 23. Judæorum in Chriſto facto, vel perpetrato. 1. mors. 2. narratio.

3 Factoque primo res notata eſt ultima,
Ut ille mortis inchoator 4 ruſticus
5 Inſulſa terræ deferens libamina,
Deumque rerum mortuarum deputans
Raſtris 6 redacta digna ſacris crederet,
Viventis atrox 7 æmulator hoſtiæ.
Agnoſco nempe, quem figura hæc denotet,
Quis fratricida, quis peremtor invidus
Pravè ſacrorum diſciplinam 8 dividat,
Mactare dum ſe vota cenſet rectiùs.
Marcion, arvi formâ corruptiſſimi,
Docet 9 Duitas diſcrepare à Spiritu,
Contaminatæ dona carnis offerens,
Et ſegregatim Numen æternum colens.
10 Qui ſi quieſcat, nec 11 monentem neglegat,
Pacem quieta diligat germanitas,
Unum atque vivum 12 faſſa vivorum Deum.
13 Hic ſe 14 caduco dedicans myſterio,

3. opere malo. 4. agricola, i. Kain. 5. ruſtica. 6. laborata. 7. inimicus. 8. H. *diſciplinam dividit*) *dividat* noſtri. & *fratricida* paulo ante: Quod loco movere Weitzius non debuit. Mox iidem ſcripti, *Pacem quieta diligat germanitas*, non *quietam*. 9. I. duplicitas. 10. Marcion. 11. me. 12. confeſſa vel cooſitens. 13. H. verſum, qui hunc in editis exemplaribus

Summam profanus dividit ſubſtantiam,
Malum bonumque 15 *ceu duorum ſeparans*
Regnum Deorum, ſceptra 16 *committit duo:*
Deum eſſe credens, quem fatetur peſſimum,
17 *Cain cruentus, unitatis invidus,*
Mundi colonus, immolator ſqualidus:
Cujus 18 *litamen* 19 *ſordet, & terram* 20 *ſapit,*
Terram caduci corporis, 21 *venam putrem,*
Humore denſo conglobatam & pulvere:
Natura cujus fraude floret fertili,
Fecunda fundens 22 *noxiorum crimina,*
Animaque vitam labe carnis enecat.
Caro in ſororem tela mentem dirigit:
Mens in cerebro 23 *ventilatur* 24 *ebrio,*
Ex quo furores 25 *ſuculentos colligit*

excipiebat, *Hic qui caduci rem laboris offerens,* ejecimus, cum & ex hoc ipſo formatus liquido appareat, atque idem plane deſignet, & à ſcriptis abſit exemplaribus, etiam ab Aldino codice. 14. I. malo. 15. H. peſſimè hæc immutarant contra auctoritatem veterrimorum codicum, ut & iſta, *Mens in cerebro ventilatur ebrio.* Etſi aliter Aldus. 16. l. firmat. 17. Marcion. 18. oblatio. 19. fœtet. 20. ſaporem terrenum habet. 21. ſc. ſapit. 22. H. *noxiarum* malebat ex conjectura Cauchius. 23. l. vagatur diſpergitur. 24. inſano. 25. purulentos vel inſanos.

26. fu

Madens veneno corporis 26 *lymphatico.*
Deum perennem ſindit in duos Deos :
Audet ſecare Numen inſecabile ?
27 *Cadit peremta denegans unum Deum :*
Cain triumfat, morte fratris 28 *oblitus.*

26. furenti 27. *Cain*) Marcion H. *Cain peremtor*) *Cadit peremtor* Thuanus. Aldus *cadet peremtor.* In Putaneo, Rottondorphio, & tribus Torrentianis, *cadit peremta.* Nec aliter Egmondanus. Quod ad mentem veſanam Marcionis refer. Verſu proximo Puteaneus pro *illitus, morte fratris balitus.* In Aldino Oxonioque *alitus.* In Thuan. Rottendorph. Cauch. & tribus Torrentianis *oblitus.* Quod amplector. Apposite apud Ciceronem. Philipp. II. *Atque illum, mnto parricidio nondum oblitum, hoſtem ſua ſententia indicavit.* Apud noſtrum Peri Steph. hymno II. *Os oblitum noctu ſitu.* Et mox *ſtupro ſororis oblitus.* & *oblitus vipereis venenis,* h. e. peccatis paſſione B. Cypriani. *oblitus vitiis* apud Paulinum lib. IV. de vita B. Martin. apud Naſonem, *Oblitus à domina cæde libellus erit.* Saluſtius bello Jugurthino, *Simul gladium ſangvine oblitum oſtenmns.* Solinus cap. XXII.

Sangvine interemtorum vultus ſuos oblinunt.

Nunc ad ipſam Prudentii Hamartigen. tranſeamus. 28. I. *alitus*) nutritus.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS HAMARTIGENIA.

Adverſus 1 Marcionitas, qui duos Deos eſſe adfirmant.

Quò te præcipitat rabies tua, perfide 2 Cain,
Diviſor blaſpheme Dei? tibi conditor unus
Non 3 liquet, & bifida caligant nubila 4 lucis.
5 Inſincere 6 acies duo per 7 divortia ſemper
Spargitur, in geminis viſum 8 fruſtrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex 9 obludit, ut 10 excors
Dividuum regnare Deum ſuper æthera credas.
Bina boni atque mali 11 glomerat 12 diſcrimina ſordens
Hic mundus: Domino ſed cœlum obtemperat uni.
Non idcirco duas retinent cœleſtia Reges,
Quod duæ ſunt opera humanas 13 agitantia curas.
Exterior terrenus homo eſt, qui talia cernens
14 Conjicit eſſe duo variarum Numina rerum,
Dum putat eſſe Deum, qui prava effinxerit olim,
Et qui recta 15 itidem condens induxerit, ambas

1. H. ſic Thuanus & Oxonius, A Puteano & Rottendorphio abeſt inſcriptio. 2. I. Marcionita. 3. manifeſtatur. patet. 4. oculorum. 5. impura. non pura: 6. viſus. 7. deviamina, diverticula. 8. ipſa acies. 9. illudit. 10. ſtultus, ſine corde. 11. colligit. 12. diſcretiones. 13. moventia. 14. divinat. 15. iterum.

16. ſepa-

Autumat eſſe Deos natura 16 diſpare ſummos,
Quæ tandem natura poteſt conſiſtere duplex,
Aut regnare diu; quam fons diviſus 17 ab arce
Separat, alternaque 18 apicum ditione recidit?
Aut unus Deus eſt rerum cui ſumma poteſtas:
Aut 19 quæ jam duo ſunt, minuuntur 20 diſpare ſumma.
Porro nihil ſummum, niſi plenis viribus 21 unum:
Diſtantes quoniam, proprium dum quiſque 22 revulſo
1 Vindicat imperio, ne ſumma nec 2 omnia poſſunt.
Jus 3 varium non eſt plenum: quia non habet alter
Quidquid diſpar habet. 4 cumulum diſcretio carpit.
Nos plenum ſine parte Deum teſtamur & unum;
In quo Chriſtus ineſt: idem quoque plenus & unus:
Qui 5 viget, ac viguit ſuper omnia, quique vigebit,

16. ſeparata. 17. à dignitate. 18. celſitudinum, ſummitatum. 19. H. *Aut qui jam duo ſunt minuuntur diſpare ſummo*) *diſpare ſumma* in Rottendorphio. Ut infra v. 55. *ſummam revocantur ad unam.* In Thuano *Aut quia.* Puteaneus cum ceteris. *Aut quæ. Plenis viribus unum* etiam omnes noſtri, pro quo Weitzius *uſum.* 20. I. ſeparatâ ſummitate. 21. *uſum*) fuerit. 22. ſeparato. 1. *vendicat*) uſurpat. 2. ſc. facere vel eſſe. 3. duorum. 4. plenitudinem vel ſummitatem. 5. vigorem tenet. 6. conjuncto. 7. amicitiâ. 8. ſummitas eſt

ille,

Participem nullum 6 conlato 7 fœdere paſſus.
8 Summa poteſtatum, 9 ſimplex dominatio rerum,
Virtutum ſublime caput, fons unicus orbis,
Naturalis 10 apex, generiſque & originis auctor
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
Et numerus: qui poſt 11 aliquid dedit eſſe ſecundum.
13 Unus enim princeps numeri eſt, nec dinumerari
Tantum uno potis eſt: ſic, cum Pater ac Deus alter
Non ſit, item Chriſtus non ſit Genitore 14 ſecundus,
Anterior numero eſt, cui Filius unicus uni eſt.
Ille Deus, meritoque Deus, quia primus & 15 unus:
In virtute ſua primus; tunc primus in illo,
Quem genuit. quid enim differt generatio ſimplex?
Unum ſemper erit gignens, atque unus ab 16 uno
Ante 17 Chaos genitus 18 numeroque & 19 tempore liber.

ille. ſublimitas. H. *Summa poteſtatum pater eſt* in Puteaneo. Nam de *Deo Patre* hæc dicuntur. Reliqui ſtant cum Vulgatis. 9. I. unica. 10. ſummitas capilli, & ponitur pro omni ſummitate. 11. unitatem. 12. i. filium & angelos & homines. 13. quia ab uno inchoamus ſemper numerum. 14. ac Deus Pater non ſit ipſe Pater anterior numero. 15. filius. pater. 16. patre. 17. mundum, principum. 18. eò quod ſit unus filius, ſicut unus genitor eſt. 19. i. æquales in tem-

Quis dixiſſe 20 duos rem majeſtate ſub una
Regnantem, propriamque ſibi, retroque perennem
21 Auſit, & unius naturæ 22 ſcindere vires?
Numquid 23 adoptivum Genitor ſibi ſumſit, ut alter
Externi generis numerum præſtare duorum
Debeat, & geminum 24 diſtans inducere Numen?
Forma Patris veri verus 25 ſtat Filius, ac ſe
26 Unum 27 rite probat, dum 28 formam ſervat eandem.
Non 29 amor adſcitus ſociat, nec jungit utrumqu
Conjurata fides: pietas ſed certa, genuſque
Unum, quod Deus eſt, ſummam revocatur ad unam.
Hæc tibi, Marcion, via diſplicet: 1 hanc tua damnat
Secta fidem, dominis cælum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis ſomnus inerti
Incubat ingenio? cui per phantaſmata duplex
Occurrit ſpecies, 2 bivio diſpenſa ſuperno?

temporibus. 20. ſc. Deos. 21. auſus eſt. 22. H. *exscindere* idem Puteaneus cum Thuaneo & editione Aldina. Infra, *quæ rectorem lucis & orbis ſcinderet in partes.* 23. I. filium. 24. alio modo ſtans. 25. eſt. 26. filium. 27. veraciter. 28. ſubſtantiam Patris. 29. adoptio. 1. diviſione. 2. ſigna

Si vim mentis hebes ſtupor obſidet, aſpice ſaltem
Obvia terrenis oculis 2 elementa, quibus ſe
Res occulta Dei dignata eſt prodere ſignis.
Hanc hereſim: 3 præſaga Patris præviderat olim
Majeſtas fore: quæ Rectorem lucis & orbis
Sciuderet in partes geminatum ſegrege regno.
Idcirco 4 ſpecimen 5 poſuit ſpectabile noſtris
Exemplumque oculis, ne quis duo Numina credat
(6 Imperitare vagis mundi per inania formis.)
Una per inmenſam cæli caveam revolutos
7 Præbet 8 flamma dies: 9 texit Sol unicus annum.
Triplex ille tamen nullo diſcrimine trinâ
Subnixus ratione viget, ſplendet, 10 volat, ardet,
Motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempe ſimul, lux & calor & 11 vegetamen:

2. ſigna. 3. prædivinatrix. præſcia. 4 imaginem. 5. Deus. 6 H. Abeſt hic verſus ab omnibus noſtris, uno Torrentiano, & Aldino codice. Deinde *revolutos dies* bene ſcripti. Et *indiſcretis fungitur his*. Denique *ſuffudit palli*, non *ſuffundit*. 7. I. ordinat 8 ſol. 9. ordinavit. 10, currit. 11, vegetatio, commotio. 12. motus indivi-

Una eademque tamen rota ſideris 12 indiſcretis
Fungitur 13 bis; uno ſervat tot munera 14 ductu:
Et tribus una ſubeſt mixtim 15 ſubſtantia rebus.
Non conferre Deo, *velut 16 æquiparabile quidquam*
17 Auſim, nec Domino famulum 18 componere ſignum:
Ex minimis ſed 19 grande ſuum voluit Pater ipſe
20 Conjectare homines; 21 quibus 22 ardua viſere 23 non eſt.
24 Parvorum ſpeculo 25 non intellecta notamus,
Et datur occultum per 26 proxima quærere verum.
Nemo duos Soles, niſi ſub 27 glaucomate vidit:
Aut ſi 28 fuſca polum 29 ſuffudit 30 palla ſerenum,
Oppoſitus quotiens radiorum ſpicula 31 nimbus
Igne repercuſſo 32 mentitos ſpargit in 33 orbes.

indiviſibilis. 13. officiis. 14. ductione, 15. Sol 16. ſimile. comparabile. 17. audeam. 18. comparare. 19. majeſtatem ſuam. 20. præcognoſcere. in hoc, quod ad imaginem ſuam creati ſumus. 21. hominibus. 22. divina cognoſcere. 23. poſſibile, 24. per viſibilia. 25. inviſibilia. ea, quæ non poſſumus intelligere: 26. quæ vidimus. 27. albugine, obfuſcatione, infuſione. Glaucoma, eſt infirmitas oculorum. 28. nigra; 29. obumbrat, 30. nubem appellat pallam. nubecula. 31. nubes. 32. infruſtratos ſc. lumine. 33. oculos. 34. ani-

Sunt animis etiam ſua nubila, craſſus & [34] *aër:*
Eſt [35] *glaucoma,* [36] *aciem quod tegmine* [37] *velet aquoſo,*
Libera ne [38] *tenerum penetret meditatio cælum:*
Neve Deum rapidis [39] *comprendat ſenſibus unum,*
Spargitur in bifidas maleſana [40] *intentio luces;*
Et duplices [41] *geminis* [42] *auctoribus* [43] *exſtruit aras.*
Si [1] *duo ſunt igitur, cur non ſint multa Deorum*
Millia? cur [2] *numero Deitas contenta gemello eſt?*
An non in populos diſperſa examina Divûm
Fundere erat melius, mundumque implere capacem
Semideis paſſim nullo diſcrimine monſtris.

34 animus. 35. albugo. caligo 36. acumen viſus. 37. H. *quod tegmine velat aquoſo*) *velet* Oxonius & Widmannianus Weitzii. Mox noſtri *male ſana intentio.* Alii ex ſuis *male fida* obſervant. Deinde, *Si duo ſunt igitur, cur non ſint multa Deorum Millia*, ſcripti: male à Giſelino interpolatum; etſi illi Egmondanus adſtipulatur. 38. ſubtile. intrectabile vel ſerenum. 39. intelligat. 40 ſenſus, ſtudium. 41. duobus. 42. Diis. 43. inſtruit. 1. numina. 2. Virgil. *numero Deus impare gaudet.*

3. ſepa-

Quis fera barbaries perituros mactat honores?

Diſſona 3 diſcretum retinent ſi Numina cælum;
Convenit & nebulis & fontibus, & 4 reboanti
Oceaneo, & ſylvis, & collibus & ſpeluncis,
Fluminibus, ventis, fornacibus, atque metallis
Adſignare Deos proprios: 5 ſua cuique jura.

3. ſeparatum. 4. ſonanti. 5. H. *ſua cuique jura* ſcripti omnes. Quod à Giſelino immutari haudquaquam debuit. Lib. I. adverſus Symm.

> *Omnibus ante pedes poſita eſt. ſua cuique ſordens.*

Arula. Ubi perperam codices non pauci *ſua cuique vetuſta arula.* Lib. II. *Vincendi quæris dominam? ſua cuique dextera eſt.* Ita in nonnullis exemplaribus, non *ſua dextra cuique eſt.* Mox, *imus ad occultum. ſuus eſt mos cuique genti.* Ubi etiam turbatur. Sed ut redeamus ad propoſitum locum, codex Abbatiæ Gronendaliæ, quô Torrentius uſus, uno ſe verſu auctiorem hic offerebat:

> *Adſignare Deos proprios; elementaque juris*
> *Dividui dominis addicere ſigillatim.*

Scribe *juris dividui elementa.* Etſi vulgata lectio non eſt loco movenda.

Vel, 6 ſi gentiles 7 ſordet venerarier umbras,
Et placet eſſe 8 duos ſceptris ſocialibus æquos,
Dic age, quis terras dicionis ſorte retentet?
Quis regat æquoreas æternâ lege procellas?
9 Ede coheredum diſtinctum jus dominorum.
Unus, 10 ais, triſti reſidet ſublimis in 11 arce,
Auctor nequitiæ, ſcelerum Deus, aſper, iniquus:
Qui, quodcumque malum vitioſo fervet in orbe,
12 Sevit, & 13 anguino 14 medicans nova ſemina 15 ſuco,
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi, terram, mare, ſidera fecit:
Condidit ipſe hominem lutulentum & membris 16 coëgit,
17 Effigians quod 18 morbus edat, quod crimine multo
Sordeat, informi tumulus quod tabe reſolvat.
Aſt 19 alii pietatis amor, placidumque medendi
Ingenium recreans homines mortalia ſervans.

6. I. ô Marcion. 7. diſplicet adorare ſimulacra. 8. H. *Deos) duos* Puteaneus cum Thuano & Rottendorphio. 9. I. dic, profer. 10. dicis. 11. regno. 12. ſeminavit. 13. ſerpentino. 14. fundens. 15. H. *ſuco) ſucco* Thuaneus, bene. 16. I. copulavit. 17. formans. 18. Deus malus. 19. ſc. Deo. 20. à

principe

Teſtamenta duo fluxerunt Principe 20 utroque:
Tradidit iſte novum melior, vetus illud 21 acerbus.
Hæc tua, Marcion, 21 gravis & 22 dialectica vox eſt:
24 Immo hæc 25 attoniti 26 freneſis manifeſta cerêbri.
Novimus eſſe 27 patrem ſcelerum: ſed novimus ipſum
Haudquaquam tamen eſſe Deum; quin immo Gehennæ
Mancipium, 28 Stygio qui ſit damnandus Averno.
Marcionitæ Deus, triſtis, ferus, inſidiator:
1 Vertice ſublimi cinctum cui nubibus atris
2 Anguiferum caput & fumo 3 ſtipatur & igni:
Liventes oculos ſuffundit 4 felle peruſto
5 Invidia, impatiens juſtorum gaudia 6 ferre:

principe tenebrarum, & â principe lucis 21. pejor. 22. importabilis. 23. diſputantia, ſophiſtica. 24. certe vox. 25. concuſſi vel contrivi. 26. inſania vel ſtridentisſima febris. Et eſt nomen de ſono factum. Onomatopeia. 27. diabolum. 28. profunditate inferni. Styx. fluvius infernalis. 1. H. *ſublimis)* Rectius in Rottendorphio *vertice ſublimi cinctum cui*. Mox *invidia*, non *invidiæ* potiores ſcripti. 2. 1. ſerpentinum. 3. circumdatur. 4. ira. 5. invidiam. 6. pati.

Hirſutos juba denſa humeros errantibus hydris
7 Obtegit; & virides adlambunt 8 ora 9 ceraſtæ.
Ipſe manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum revocat, facilique ligamine tortas
Innectit pedicas, nervosque in vincula tendit.
Ars olli captare 10 feras, animalia 11 bruta
Inretire 12 plagis; retinacula denique cæcis
13 Indepreſſa locis 14 erranti opponere 15 prædæ.
Hic ille eſt venator atrox, qui cæde frequenti
Incautas animas non ceſſat 16 plectere 17 Nebroth:
Qui mundum curvis anfractibus & ſilvoſis
Horrentem ſcopulis verſuto circuit 18 aſtu,

7. ſc. illi. 8. faciem. 9. diaboli. Keraſtæ, genus, cornuti ſerpentis. ſerpens ſagittarius vel ſemitarius. 10. feroces homines, 11. homines ſc. qui neſciunt dæmonum laqueos prævidere, inſipientes.. 12. maculis. 13. occulta. 14. non rectum greſſum tenenti. 15. homini. 16 punire. 17. gigans fuit peſſimus, qui primus ædificavit Babyloniam. Sed hic pro diabolo ponitur ob nimiam crudelitatem. H. ſic ſcripti vetuſtiores Græcis Νεβρώδ. Deinde *innectere adorſus* in Rottendorphio. Uti & apud Maronem variant vetuſta exemplaria. 18 *l.* ingenio. dolo. 19. occultis. 20. conatus, aggrediens, incipiens. 21.

brachis

Fraude alios 19 tectisque dolis innectere 20 adortus;
Porrò Giganteis alios luctando 21 lacertis
Frangere; 22 funereos 23 latè exercere triumfos.
Improba 24 mors, quid non mortalia pectora cogit?
Ipſe ſuam, (pudet heu!) contempto Principe vita,
25 Perniciem veneratur homo: colit ipſe cruentum,
Carnificem, gladiique aciem jugulandus adorat.
In tantum miſeris peccati 26 nectare captis.
Dulce mori eſt: tanta in 27 tenebris de peſte voluptas.
Qui mala principio genuit, Deus eſſe putatur,
Quique bona 28 infecit vitiis, & candida nigris.
Par 29 furor illorum: quos 30 tradit fama dicatis:
Conſecraſſe Deas Febrem Scabiemque ſacellis.
Inventor vitii non eſt Deus: Angelus illud
Degener 31 infami conceptum mente 32 creavit:

brachiis. 22. luctuoſos 23. ubique. 24. diabolum vocat. 25. interitum. 26. dulcedine. 27. ſc. ignorantiæ. 28. polluit. 29. inſania. 30. narrat. 31. turpi 32. fecit vel invenit. 33. ſplendi-

Qui priùs 33 auguſtum radiabat ſidus, & ingens
Ex nihilo ſplendor 34 nutrito ardebat honore.
Ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod nunquam eſt.
At non ex nihilo Deus, & 1 Sapientia vera,
Spiritus & ſanctus: res ſemper viva, nec unquam
Cœpta, ſed aërios etiam 2 molitus 3 miniſtros,
Horum de numero quidam 4 pulcherrimus ore,
Majeſtate ferox, nimiis dum viribus 5 auctus
Inflatur, dum 6 grande 7 tumens ſeſe altiùs effert,
Oſtentatque ſuos 8 licito jactantius 9 ignes;
10 Perſuaſit propriis genitum ſe viribus, ex ſe
Materiam ſumſiſſe ſibi, quâ primitus eſſe
Inciperet, naſcique ſuum ſine principe 11 cœptum.
12 Hinc 13 ſchola 14 ſubtacitam meditatur gignere 15 ſectam;

---

didum, nobile. 34. dilatato. 35. fulgebat. H. *ardebat honore*) *honorum* Rottendorphius. forte *nutritum ardebat honorem.* Amat enim verba ejuscemodi cum quarto caſu cojungere Prudentius. De quo lib. II. in Symm. v. 9: 1. *1.* Filius Dei. 2. creans, formans. 3, angelos. 4. ille, de quo Propheta dixit. *omnis lapis pretioſus operimentum tuum* &c. 5. augmentatus. 6, Adverb. 7. ſuperbiens, 8. plus ſolito. 9. honores. 10. dixit, æſtimavit. 11. initium. 12. de hac ratione. 13. Marcionitarum, grex illius. 14. occultam.

Quæ doceo è tenebris ſubitum micuiſſe tyrannum:
Qui, velut æternâ latitans ſub nocte, 16 *retrorſum*
Vixerit, & tecto ſemper regnaverit ævo.
17 *Æmulus ut memorant, opera ad divina repentè*
Corrumpenda, caput caligine protulit atrâ.
Hoc ratio ſed noſtra negat; cui non licet unam 18
18 *Infirmare fidem, ſacro quæ tradita* 19 *libro eſt,*
Nil, ait, abſque Deo factum, ſed cuncta per ipſum,
20 *Cuncta: nec eſt ulius quiſquam, niſi factus ab ipſo.*
Sed 21 *factus de ſtirpe bonus, bonitatis in uſum*

tam. 15. peſtem ſc. Marcionitatum. 16. ab initio, 17. invidus. 18. corrumpere, ægram facere. 19. in Evangelio. 20. ſc. dico. H. ita vetuſtiores, bene. Nec audiendus eſt Giphanius indice Lucretiano, voce *Fac*, qui *convaluiſſe Dei flatu* mox velit pro *concaluiſſe*, obnitentibus membranis noſtris, Deinde omnes fere noſtri, *Dominum quoque conditioni impoſitum*, omiſſo verſu medio,

Qui cunctum proprio regeret moderamine mundum.

Abeſt & à Weitzii potioribus. In Aldino collocatur poſt verſum 195. *terreno addicere regi.* Et recte. In Oxonio *conditione impoſitum.* Forte *conditione impoſita*, ut lib. I. contra Symm. v. 311 *cui tramite certo conditio impoſita eſt.* 21. E

22 Proditur, & primo generis de fonte ſerenus:
Deterior mox ſponte ſuâ, cum decolor illum
23 Inficit invidia, ſtimuliſque inſtigat amaris:
Arſit enim ſcintilla odii de fomite zeli,
Et dolor ingenium ſubitus conflavit iniquum.
Viderat 24 argillam, 25 ſimulacrum & ſtructile flatu
Concaluiſſe Dei: 26 dominum quoque 27 conditioni
Impoſitum: natura 28 ſoli pelagique polique
Ut famulans homini locupletem fundere partum,
Noſſet, & effuſum terreno 29 addicere 30 Regi.
Inflavit 31 fermento animi 32 ſtomachante tumorem
33 Beſtia, deque 34 acidis vim traxit acerba medullis:
35 Beſtia, 36 ſorde carens, cui tunc ſapientia 37 longi.

lucifer. 22. manifeſtatus. 23. violavit. 24. limum 25. formam hominis, quæ de limo formata fuit. 26 Adam vocat Dominum, quem Deus conſtituit dominum creaturæ ſuæ. 27. omni creaturæ. 28. terræ. 29. ſubjugare, vel commendare. 30. Adam. 31. malitia. 32. iraſcente. 33. diabolus. 34. acerbis. 35. ſerpens. 36. H. *ſordecarens*) *ſorde carens* ex ſcriptis, 37. ſani

Corporis 38 enodem ſervabat 39 recta juventam,
Complicat ecce novos ſinuoſo pectore nexus,
Involvens nitidam 1 ſpiris torquentibus alvum.
Simplex lingua prius, varia micat arte loquendi,
Et diſciſſa dolis reſonat ſermone 2 triſulco.
Hinc natale caput vitiorum: Principe ab illo
Fluxit origo mali: qui ſe 3 corrumpere primum,
Mox hominem didicit, nullo 4 informante magiſtro.
Ultimus 5 exitium ſubverſo 6 præſide mundus
7 Sortitur, mundique omnis labefacta 8 ſupellex.
Non aliter; quàm cum incautum ſpoliare viantem
Fortè latro adgreſſus, prædæ prius inmemor, (ipſum
Enſe ferit Dominum, pugnæ nodumque moramque,
Quo pereunte trahat captivos victor amictus,
Jam non obſtanti locuples de corpore prædo.
Sic 9 homini ſubjecta domus ditiſſimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam.

ſani ſenſus. 38. ſine nodo. 39. erecta. 1. volutionibus. 2. vario, triplici. 3. quando in ſuperbiam ſe erexit. 4. docente. 5. mortem. 6. homine, Adam. 7. adeptus eſt, conſequitur. 8. omnis ſubſtantia pereunte principe in deteriora verſa eſt. 9. H. *Hominis*) *homini* cum potioribus.

Lapſus herile 10 *malum jam tunc vitiabilis* 11 *hauſit.*
Tunc lolium lappaſque leves per 12 *adultera culta*
Ferre malignus ager glebis male pinguibus auſus,
Triticeam vacuis ſegetem violavit 13 *avenis.*
Tunc etiam innocuo vitulorum ſanguine paſci,
Jamque jugo edomitos rictu laniare juvencos
Occiſo paſtore 14 *truces didicere* 15 *leones.*
Necnon & 16 *querulis balatibus* 17 *irritatus*
Plenas nocte lupus ſtuduit perrumpere 18 *caulas.*
Omne animal diri 19 *callens* 20 *ſollertia* 21 *furti*
22 *Imbuit, &* 23 *tortos acuit fallacia ſenſus.*
Quamvis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & denſis vallentur vitea rura:
Aut populator edet gemmantia germina brucus,
Aut avibus diſcerpta feris lacerabitur uva.
Quid loquar herbarum 24 *fibras,* 25 *medicantia venena*

bus. 10. peccatum Adæ. 11. ſumſit. 12. vitiata. 13. loliis. 14. feroces. 15. dæmones. 16. lamentabilibus. 17. provocatus. 18. ovile 19. verſuta, vigens. 20. diaboli. 21. adverſitatis, ut contraria fuiſſet homini. 22. inſtruxit, violavit, implevit. 23. pravos. 24. radices. 25. medicor. τῶν μέσων eſt; quia dicimus medicari ſagittas, quando toxicantur; & cum aliquem ab infirmita-

te

26 Tinctas, letiferi fudiſſe pericula ſuci?
Noxius in teneris ſapor æſtuat ecce 27 frutectis,
Cùm 28 priùs innocuas tulerit natura cicutas,
Roſcidus & viridem qui veſtit flos 29 rhododaphnen
Pabula laſcivis dederit 1 ſincera capellis.
Ipſa quoque 2 oppoſitum deſtructo fœdere certo
Tranſcendunt 3 elementa modum, rapiuntque ruuntque;
Omnia 4 legirupis quaſſantia viribus orbem.
Erumpunt umbriferos 5 Aquilonum prælia lucos,
Et cadit 6 immodicis ſalva exſtirpata 7 procellis.
Parte aliâ violentus aquis 8 torrentibus amnis
Tranſilit objectas 9 præſcripta repagula ripas,

te erigimus ad ſanitatem medicari dicimus. 26. maculatas. 27. vilibus virgultis. 28. primitus. 29. herba venenoſiſſima, foliis ſimilis lauro. Nam dafnis gr. laurus dicitur, Arcilaurum genus herbæ, i. arcilauros, i. foliis ſimilis lauro. 1. ſalubria. 2. H. *impoſitum modum*) *oppoſitum* cum iisdem. Mox & libri noſtri omnes *tranſilit objectas præſcripta repagula ripas*, non *objecta ripa*. Hæc nimirum eſt Epexegeſis illa, quam toties in Prudentio inſcita librariorum oſcitantia pervertit ac depravavit. de qua jam dictum Cathem. Hymn. XII. 177. 3 I. ignis, aër, aqua, terra. 4. legem rumpentibus. 5. ventorum. 6. magnis, ingentibus. 7. turbinibus. 8. fortiter euntibus. 9. ordinata vel conſtituta quæ fuerunt illi.

10. ob-

Et vagus everſis latè dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem naſcentibus ipſe
Conditor inſtituit: ſed 11 *laxa licentia rerum*
Turbavit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum, ſi membra orbis concuſſa 12 *rotantur,*
Si vitiis agitata ſuis mundana laborat
Machina, ſi terras 13 *luis* 14 *incentiva fatigat.*
15 *Exemplum dat vita hominum, quò cetera peccent:*
16 *Vita hominum, cui, quidquid agit, veſania & error*
17 *Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa voluptas*
Diffluat, impuro ferveſcat, ut 18 *igne libido,*
Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis
Gurges avaritiæ: finis quam nullus habendi
Temperat, 19 *aggeſtis addentem vota talentis.*
Auri namque 20 *fames* 21 *parto fit major ab auro.*
Inde ſeges ſcelerum, radix & ſola malorum:

10. obſtacula, litora, ſerraturæ. 11. conceſſa, laxata. 12. volvuntur. 13. peſtis. 14. incentrix. H. *lues incentiva*) *luis* probe vetuſtiores, ne peccetur in metrum. 15. l. quia Adam peccando aliis dat exemplum. 16. ſc. dico. 17. ſumminiſtrant, famulantur. 18. amore. 19. accumulatis. 20. cupiditas. 21. Syncope. Ab inquiſito vel præparato. Inde eſt exemplum: *creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.*

22. ebul-

Dum 22 ſcatebras fluviorum omnes, & operta metalla
23 Eliquat 24 ornatus 25 ſolvendi leno pudoris:
Dum venas ſqualentis humi ſcrutatur 26 inepta
27 Ambitio, 28 ſcalpens naturæ occulta 29 latentiæ,
Si quibus in foveis radiantes fortè lapillos
30 Rimata inveniat, nec enim contenta decôre
Ingenito externam mentitur fœmina formam.
Ac velut artificis Domini manus imperfectum
31 Os dederit, quod adhuc res exigat, aut 32 hyacinthis

22. ebullitiones. 23. effluere facit, purgat. 24. de ornatu ſolvitur pudor. 25. ad ſolvendum pudorem. 26. inutilis. 27. cupiditas. 28. inveſtigans, ſcrutans. 29. naturaliter aurum latera voluit, ſed cupiditas fodit pretioſa pericula. 30. ipſa ambitio quærens, inveſtigans. 31. faciem, formam. 32. margaritis. 33. H. *ſcultilibus*) *ſutilibus* omnino caſtigandum cum præcipuæ notæ membranis. Sic Hymno Martyrum XVIII. Cæſarauguſtanorum:

Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto genetrix piorum
Tarraco, intexit cui Fructuoſus ſutile vinclum.

Quicquid ſuitur, ſutile. Sic *cymba ſutilis* apud Maronem. *roſæ ſutiles* apud Martialem. *ſerta ſutilia & coronæ ſutiles* paſſim apud Poëtas. I. quia

ex

Pingere 33 ſutilibus redimita frontis in arce,
Colla vel 34 igneis ſincera incingere 35 ſertis,
Auribus aut gravidis virides ſuſpendere 1 bacas:
Nectitur & nitidis concharum 2 calculus albens
Crinibus, aureoluſque 3 riget coma texta 4 catenis.
Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus 5 dotata Dei quæ 6 plaſmata 7 fuco
8 Inficiunt, ut pigmentis cutis illita perdat
Quod fuerat, falſo non agnoſcenda colore.
Hæc ſexus 9 malè fortis agit; cui pectore in arto

ex gemma conſuantur filo argenteo aut aureo. 34. radiantibus. 35. monilibus, coronis. 1 gemmas rotundas; qui uniones vocantur, eo quod in capite oſtrearum aperto cerebro ſemel reperiantur in anno, & unus tantum, quos & perulos vocant. 2. margarita. calculos vocamus lapillos, quibus antea numerabant antiqui ante repertum numerum. Sed hic pro quacunque pretioſa gemma ponitur. 3. H. *rubet coma* in Rottendorphio. de auratis reticulis intelligendum. Mox probe ſcripti, *pigmentis cutis illita* non *figmentis*. *pigmenta* pro fuco vel ungventis. Sic paulo poſt *pigmentatus crinis*, & *pigmentis redolentibus*. Nec aliter ex pervetuſto exemplari Cauchius. Reſtituimus id vocabulum etiam in libris contra Symmachum. 4. l. ordinata vittis. 5. ornata. 6. facias. 7. colore. Ungventum unde ſe mulieres pallidas faciunt. 8. colorant. 9. infirmus.

10. par-

Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid, quod & ipſe caput muliebris corporis & Rex,
Qui regit 10 *invalidum propriâ de carne reſectam*
Particulam; qui vas tenerum dicione gubernat,
Solvitur in luxum? cernas molleſcere 11 *cultu*
12 *Heroas vetulos; opifex quibus* 13 *aſpera membra*
Sed pudet eſſe viros: quærunt vaniſſima quæque,
Queis 14 *niteant: genuina* 15 *lues ut robora ſolvant,*
Vellere non ovium, ſed 16 *Eoo ex orbe* 17 *petitis*
Ramorum 18 *ſpoliis* 19 *fluitantes ſumere amictus*
Gaudent, & 20 *durum* 21 *ſcutilis* 22 *perfundere corpus.*

10. particulam, dicit fœminam quæ fuit corporis Adæ, de coſta formata. 11. habitu. 12. viros fortes. 14. fortia. 14. ſplendeant. 15. *lues*) peſtis naturalis, ingenita; luxuria. interjectivè dicendum, H. *lues ut robora ſolvat* in Ooxonio. quo & alii nonnulli alludunt. Mox *ſcutilis perfundere* non *ſcutulis*. Et ſic ſcribit Feſtus. In Puteaneo *ſcotulis*. 16. l. orientali. 17. acquiſitis. 18. arboreis veſtibus. In Oriente enim arbores ſunt, ubi ſæpiſſime reperitur ſericum. 19. ſuperbientes. 20. fortem, firmum. 21. variatis, ſcutulatis veſtibus, pro omni veſte, opere vario interſerta, ponitur. 22. induere. 23. colorent.

24. *ferè*

Additur ars, ut fila herbis ſaturata recoctis
[23] Inludant varias diſtincto ſtamine formas.
Ut quæq; eſt lanugo [24] fera molliſſima tactu,
[25] Pectitur. hunc videas laſcivas præpete curſu
[26] Venantem tunicas, avium quoque [27] verſicolorum
Indumenta novis texentem [28] plumea telis:
Illum pigmentis redolentibus & [29] peregrino
Pulvere fœmineas ſpargentem turpiter auras.
Omnia [30] luxus habet noſtræ [31] vegetamina vitæ;
Senſibus in quinque ſtatuens quæ condidit auctor.
[32] Auribus atque oculis, cum naribus, atque palato
[33] Quæritur [34] infectus vitioſis [35] artibus uſus.
Ipſe etiam, toto pollet qui corpore tactus
[36] Palpamen tenerū blandis è [37] fotibus [38] ambit.
Prô dolor, [39] ingenuas naturæ occumbere leges,
Captivasque trahi regnante libidine [1] dotes!

24. *ferè*) prope. H. *fere*) *fera* ſcripti. Opinor â Prudentio eſſe, *ut cuique eſt lanugo fera.* Mox *avium verſicolorum* ex membranis. 25. l. ornatur. 26. ementem. 27. diverſis coloribus. 28. mollia. 29. exotico. 30. luxuria, vanitas. 31. virtutes, fortitudinem vel virilitatem. commotiones. 32. auditu, viſu, olfactu, guſtu. 33. ab illis ſenſibus vel nobis. 34. corruptus. 35. H. *artubus* Oxonius. 36. l. amictum. 37. nutrimentis. 38. cupit, deſiderat. 39. nobiles, naturales. 1. donationes Dei.

2. per

2 Perverſum jus omne 3 viget, dum quidquid habendum
Omnipotens dederat ſtudia in contraria 4 vertunt.
Idcircone, 5 rogo, ſpeculatrix 6 pupula molli
Subdita palpêbræ eſt, ut turpia 7 ſemivirorum
Membra theatrali ſpectet 8 vertigine ferri,
9 Inceſtans miſeros fœdo 10 oblectamine viſus?
Aut ideo ſpirant, mediàque ex arce cerêbri
Demittunt geminas ſociata foramina nares,
Ut bibat 11 illecebras malè 12 conciliata voluptas,
Quas pigmentato meretrix 13 jacet improba crine?
Num propter 14 lyricæ modulamina vana puellæ,
Nervorumque ſonos, & convivale 15 calentis
Carmen nequitiæ, patulas Deus addidit aures?
Perque 16 cavernoſos juſſit penetrare 17 meatus.

2. perverſe. 3 prævalet 4. homines. 5, interrogo. 6 pupilla & pupula idem ſunt. 7 effœminatorum, eunuchorum 8. circuitione, rotatione. 9 polluens. 10. turpi delectatione. 11. fœditates, ſorditates. 12. conglutinata vel conjuncta. 13. ſpargit. 14. citharalis, vel jocalis. 15. ferventis 16. flexi-

Vocis iter? numquid madido ſapor inditus ori
18 *Vivit ob hanc cauſſam,* 19 *medicata ut* 20 *fercula pigram*
Ingluviem 21 *vegetamque gulam* 22 *ganeonis* 23 *ineſcent?*
Per varios guſtus 24 *inſtructa ut prandia* 25 *ducat*
In noctem, laſſetque gravem ſua crapula ventrem?
Quid durum, quid molle foret, quid lene, quid horrens,
Quid calidum gelidumve, Deus cognoſcere noſmet
Attactu voluit, palpandi 26 *interprete ſenſu.*

flexibiles. 17. tranſitus. 18. factus eſt. 19. pigmentata, condita vel infuſa pigmentis. 20. cibos. 21. H. *vetitamque*) *vegetamque* in Put. Thuan. Oxon. Rottendorph, & tribus Torrentianis. Et ſic Aldus. Hymno Eulaliæ, *flamma comis vegetum caput occupat*. pro *ganeonis* etiam in Rottendorphio pro diverſa lectione *labeonis*. addito gloſſemate, i. *guloſi*. 22. l. luxurioſi. ganeo, ſuperfluus in cibo vel potu. ſeu etiam in luxuria. Ganeonem appellat glutonem, ſed ganeo eſt proprie caupo. ganeo devorator glutto, ambro & helluo. ein Fraß. 23. cibent, ſaturent, ſatient. 24. parata. 25. glutto prolonget. 26. diſcernente. 27. fulcimento, lecto. Fulcrum

At nos delicias plumarum, & linea texta
Sternimus, atque cutem 27 fulcro 28 attenuante 29 polimus.
Felix, qui 30 indultis potuit mediocriter uti
Muneribus, parcumque modum ſervare fruendi!
Quem locuples mundi ſpecies, & amœna venuſtas,
Et nitidis fallens circumflua copia rebus
Non capit ut puerum, nec inepto 31 addicit 32 amori:
Qui ſub adumbratâ 33 dulcedine triſte venenum
43 Deprendit latitare 35 boni mendacis 36 operto.
Sed fuit id quondam nobis 37 ſanctumque bonumque
Principio rerum, Chriſtus cùm conderet orbem.
Vidit enim Deus eſſe bonum: velut ipſe Moyſes
Hiſtoricus mundi naſcentis teſtificatus.

Fulcrum vocamus, quicquid ſuſtentat aliquid. 28. pro, attenuato. 29. ornamus. 30. conceſſis. 31. deputat, ſubjugat. 32. H. *amore* in Thuano. Paulo poſt *teſtificatus* ſcripti, excepto Rottendorphio, non *teſtificatur*. 33. I ſvavitate. 34. comperit. 35. in divitiis. 36 occulto, cooperto. 37. quia omnia, quæcunque fecit Deus bona ſunt in ſua natura: ſed nobis male utentibus

Vidit, ait, Deus eſſe bonum, quodcunque creavit.
Hoc 1 ſequar: hoc ſtabili conceptum mente tenebo:
Inſpirante Deo quod ſanctus vaticinator
Prodidit antiquæ 2 recolens 3 primordia 4 lucis,
5 Eſſe bonum quidquid Deus & 6 ſapientia fecit.
Conditor ergo boni Pater eſt, & cum Patre Chriſtus.
Nam Deus, atque Deus Pater, eſt & Filius unum:
Quippe unum natum facit; quæ conſtat utrique
Una voluntatis juris, virtutis, amoris.
Non tamen idcirco duo Numina nec duo rerum
Artifices: quoniam generis diſſenſio nulla eſt.
Atque ideo nulla eſt operis diſtantia, nulla
Ingenii, 7 peperit bona omnia conditor unus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus 8 humor

bur, mala ſunt. 1. Ego Prudentius. 2, narrans. 3. initia. 4. temporis. 5. ſc. recolens, dicens. 6. Filius Dei. 7. H. Synalæpha eſt, Prudentio familiaris, ut dictum Cathem. Hymno XII. v. 131. cave igitur quicquam adverſus fidem veterrimorum codicum immutes. Giſelinus τὸ *unus* inculcarat. Alii *peperitque* fruſtra. 8. l. origo noſtra pura & inculpabilis.

Naſcitur, aut prima violatur origine vena:
Sed tum liventes liquor incorruptus harenas
9 Prælambit, putrefacta inter contagia ſordet.
Numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis 10 olivum,
Ipſe vim ſceleris, cùm formarentur, habebant?
Quod jugulatur homo non ferrum cauſa furoris,
Sed manus eſt: nec equum veſania fervida 11 Circi ductorem 12 levitatis habet, 13 rabidive 14 fragoris.
Mens vulgi rationis 15 inops, non curſus equorum,
Perfurit: 16 infami ſtudio perit utile 17 donum.
Sic 18 Lacedæmonias oleo maduiſſe 19 paleſtras

9. prænatat. 10. in palæſtris. 11. ludi illius. 12. velocitatis. 13. H. *rapidive*) *rabidive* duo veterrimi cum Rottendorphio. Sic *veſania fervida circi* præceſſit, & mox *mens vulgi perfurit*. 14. l. inordinati ſoni. 15. iners. 16. turpi. 17. eqvus. 18. Lacedæmonia, i. Sparta, civitas Græciæ, ubi primum uſus iſte repertus eſt. H. probe ſic potiores ſcripti. Mox *publicus edit conſenſus* non *conſeſſus* Puteaneus cum Rottendorphio, & *hilaram plebem* non *hilarem*. Quod poſtremum Ciceroni ſolemne, idque Aldus expreſſit, & ab Egmondano confirmatur 19. l. luctationes. Palo, i. fugio vel luctor. Inde palæſtræ. 20. veſtibula vel

Novimus, & placidum ſervire ad crimina ſuccum.
Inde per aërium pendens audacia funem,
Ardua ſecuris ſcandit 20 *proſcenia plantis.*
Inde 21 *feros* 22 *volucri temeraria corpora ſaltu*
Tranſiliunt, mortiſque inter 23 *diſcrimina ludunt.*
Sanguinis humani ſpectacula 24 *publicus* 25 *edit*
Conſenſus, legeſque jubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilaram de funere plebem.
Mille alia 1 *ſtolidi* 2 *bacchantia gaudia mundi*
3 *Percenſere piget: quæ veri oblita Tonantis*
Humanum miſeris volvunt erroribus ævum.
Nemo animum ſummi memorem Genitoris in 4 *altum*
5 *Excitat: ad cælum mittit ſuſpiria nemo:*
Nec, recolens apicem ſolii natalis, ad ipſum
Reſpicit auctorem; nec ſpem ſuper 6 *æra* 7 *librat:*
Sed mentem, gravidis 8 *contentam* 9 *ſtertere curis,*

atria ante ſcenam. Palæſtrita, colluctator. Proſcenia ipſos paſſus funis dicit. Proſcenia & pulpita, gradus ſcenæ. De ſcenobatis, i. funambulis. 21. equos. 22. veloci. 23. pericula. 24. profert, cernit 1. ſtulti 2. inſanientia. 3. enumerare. 4. cœlum. 5 elevat. 6. ad cœleſtia. 7. ponit, provehit. 8 ſufficientem. 9. requieſce-

Indigno ſubdit 10 domino, 11 peritumque pronus
Diligit, & 12 curvo quærit terreſtria ſenſu.
Hoc pulchrum, quod terra parit, quod gloria confert
13 Lubrica; 14 commendat quod 15 pernicioſa voluptas;
Quod, 16 velat 17 excitus difflato pulvere ventus,
Præterit; 18 exemplo tenuis quod 19 transvolat umbræ.
His agmen animas morborum 20 peſtibus 21 urguet
22 Prædo potens: tacitis quem viribus interfuſum
Corda 23 bibunt hominum. ſerit ille 24 medullitus omnes
Nequitias, ſpargitque ſuos per membra 25 miniſtros.
Namque 26 illic 27 numeroſa 28 cohors ſub 29 principe tali

re. dormire, i. truncare mens dicitur, cum terrenis ſuccumbitur curis; nec ſe mente ad ſuperna ullo modo vult erigi. 10. diabolo. 11. hujus mundi. 12. pravo, averſo. 13. inſtabilis. 14. concedit. 15. periculoſa. 16. ſc. putat pulcrum. 17. commotus, velox. 18. ſimilitudine, ſimiliter. 19. præterit. 20. generibus, perturbationibus. 21. commovet. 22. diabolus. 23. concipiunt interius, intra præcordia. 24. in interioribus animæ, circa præcordia. 25. morbos vel vitia. 26. in medullis vel membris. 27. multiplex. 28. diabolorum. vitiorum. 29. diabolo.

Militat, horrendaſque animas 30 circumſidet armis:
Ira, 31 ſuperſtitio 32 mœror, diſcordia, 33 luxus.
Sanguinis atra 34 ſitis, 35 vini ſitis, & ſitis 36 auri,
37 Livor, 38 adulterium, dolus, 39 obtrectatio, furtum,
Informes 40 horrent 41 facies habituque minaces:
42 Ambitio ventoſa tumet: doctrina ſuperbit:
43 Perſonat eloquium: nodos fraus abdita nectit.
Inde 44 canina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam 45 vilis ſapientia 46 clavam,
Oſtentatque ſuos 47 vicatim 48 gymnoſophiſtas.

30. illa cohors. 31. vana religio. gentilitas. 32. triſtitia. 33. luxuria, vel ventris ingluvies. 34. cupiditas, homicidium. 35. ebrietas. 36. avaritia, concupiſcentia. 37. invidia. 38. fraus conjugii. 39. detrectatio. 40. horrende apparet. 41. ſuprædictæ imagines vel ſpecies. 42. concupiſcentia. ſuperbia vana vel inanis. 43. intonat, alte loquitur. 44. â canibus dicta. 45. ſecularis 46. baculus Herculis, quâ omnes vincebat. Inde clavam appellat dialecticos ſyllogiſmos, quibus ſe vincere ſemper putant ubique. Fuſtem Herculis 47. per ſingulos vicos. 48. Philoſophos, qui nudi diſputabant. Nudos ſapientes. Gymnoſophiſtæ perhibentur nudè philoſophari, in ſolitudinibus in die.

49. idola

Moverat lapides fumoſos 49 idololatris
Religio, & ſurdis pallens 50 advolvitur aris. 405
Heu quantis mortale genus 51 premit improbus hoſtis
52 Armigeris ! quanto 53 fernata 54 ſatellite ductor
Bella gerit : quam à victos dicione 55 triumfat !
Surgit in auxilium 1 Chananeus, atque agmina denſet

49. idola colens, idolis ſerviens. H. *idololatrix*), *idololatris* ſcribebat Gronovius in Obſerv. Eccleſiaſt. quod admittendum opinor, cum alterum nec Græcum ſit, nec Latinum 50 I inclinatur. 51. conſtringit. 52. vitiis, inſidiis. 53 dura. 54. milite. 55. ſuperat. I. H. Χαναῖος. ſic noſtri. Giſelinus perperam malebat, *Chananaus & agmina denſet.* Mox *Zebuſiaca turma* in Puteaneo. Deinde noſtri omnes, *Mortifero ſplendore micant radiantque necantque.* Niſi quod in Oxonio, *nitentque.* paulo poſt in eodem Puteaneo *Cittae & gens Fereza, & rex promovet Euveorum.* Quomodo & Rottendorphius. In Thuano, *Bunaorum:* *Cethes* ſunt Χετταῖοι 70. interpretibus Geneſ. XV in Egmondano, *Chittae.* & Juſtino Martyri, Zebuzæi, Ἰεβουσαῖοι Geneſ. XV. Phereſei, Φερεζαῖος ibidem. Evæi, Εὐαῖοι Geneſ. XXXV. Joſ. XXIV. I. populus. Interpretatur motus eorum : Cham, calidus. Commotus interpretatur. Commemorat modo hîc ſeptem

2 Caſſide terribilis; 3 ſetarum pondera mento
Concutiens, dexteramque gravi cum 4 cuſpide quaſſans.
Aſt alia de parte 5 furens exercitus 6 ardet
Regis 7 Amorrhæi: tum millia 8 Gergeſeorum
Effundunt aciem toto 9 volitantia campo:
10 Eminus hi feriunt, 11 configunt 12 comminus illi.
Ecce 13 Jebuſaica fervent ad prælia turmæ:
14 Aurea tela quibus, de ſanguine 15 tincta draconis,
Mortifero ſplendore micant, radiantque, necantque:
Nec non terrificas pilis armare catervas
Te, 16 Cetthæe, 17 juvat: ſed gens 18 Pherezæa ſagittis

gentes, quæ inſurrexerunt contra filios Iſrael. Sed pro ſeptem poſuit vitiis, ſeu nequitias ſpiritales inſinuat, quæ inſurgunt contra hominem. 2. galeâ. 3. barbæ. in barba. 4. haſta. 5. iratus. 6. ſtridet. 7. *Amorrei*) triſtitia. Amorreus, amarus vel loquens. 8 Gergeſeus. colonum ejiciens, vel advena propinquus. 9. propter celeritatem equorum. 10. longe, contra. 11. pugnant. 12. prope. 13. *Jebuſiaca*) Jebuſeus, i. calcatus ſive præſepe eorum. 14. avaritia. 15. venenata. 16. Cetheus, abſciſus à Chriſtianitate. 17. delectat. 18. Fereceus ſeparatus, vel ab usque

muro

Inſultat virtute pari, ſed diſpare ferro.
Poſtremum cuneum 18 Rex promovet 19 Evaorum
Squamoſum 21 thoraca gerens de pelle colúbri.
Hu 22 ſubnixa 23 viris ſcelerum perverſa poteſtas
Edomat invalidas mentes : quæ ſimplicitate
Indociles, bellique rudes ſub fœdere falſo
Triſtis amicitiæ primum ſocia agmina credunt,
24 Mammoneamque fidem pacis ſub amore ſequuntur.
Mox faciles ad vincla rapi, juga dum volentes
25 Addictis ſubeunt cervicibus, & 26 nebulonum
Spirituum juſſis ſervire ferocibus optant.
27 Ille, 28 ſupervacuis augens patrimonia 29 fundis,

muro. 19. diabolus. 20. Æveus, feralis vel ferox. 21. thorax, pectus vel caſſis, quia corpus cooperit. 22. ſubjecta, elevata. 23. vitiis. 24. diabolicam, pecunioſam vel ſecularem, avaram. 25. ſnbjugatis, deputatis. 26. *nebuloſum*) nigrorum. H. ſic noſtri. In quibusdam ajunt, lege *nebuloſum*. Quod Giphanius eſt amplexus. Atqui *nebulo*, teſte ad Terentium Donato, *fur, quod nebulas objiciat. Vel inanis & vanus, ut nebula eſt*. quod in diabolum optime quadrat. 27. I. aliquis, quidam. 28. per rapinam abundantibus. 29 prædiis. hereditatibus ædificiis, terris. Fundus dicitur ager, eò quod nobis fundat fructus. 30. dia-

Finitimiſque inhians contemto limite agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumfales currus poſt terga revinctus,
Nec ſe 30 *barbaricis addictum ſentit* 31 *habenis:*
32 *Hic, qui ventoſa ſcandit faſtigia famæ,*
Inflaturque 33 *cavo pompæ popularis honore,*
Qui ſummum ſolidumque bonum putat 34 *ambitionis*
Creſcere 35 *ſucceſſu, præconum voce* 36 *trementes*
37 *Exanimare reos, miſerorum in corpora* 38 *faſces*
Frangere, terribiles legum 39 *exercere* 40 *ſecures,*
In laqueum jam colla dedit, jam compede durâ
Nectitur, & pedibus ſervilia vincula 41 *limat.*
Credite captivi mortales, 1 *hoſtica, quos jam*
Damnatos 2 *cohibent* 3 *ergaſtula, quos famulatu*
Pœnarum virtus non intellecta coërcet.
Hæc illa eſt Babylon, hæc transmigratio noſtra
Gentis, & horribilis victoria Principis 4 *aſſur:*
Carmine luctifico 5 *quam deflens Hieremias,*

30. diabolicis. 31. vinculis. 32. quidam, aliquis. 33. vacuo. 34. avaritiæ. 35. proſperitate. 36. timentes. 37. mortificare. 38. potentias, dignitates. 39. augere. 40. arma lictorum. 41. purgat. 1. hoſtila. 2. conſtringunt. 3. ergon. opus. Inde ergaſtulum, locus ubi exercetur conſtructio alicujus operis. 4. dirigens interpretatur. 5. gentem.

6 Orbatam propriis 7 ululavit civibus 8 urbem.
9 Num latet, aut dubium eſt, animas de ſemine Jacob
Exſilium gentile pati: quas 10 Perſica regna
Captivas retinent, atque in ſua fœdera cogunt?
Illic natali deſveſcunt vivere ritu,
Moribus & patriis exutæ in 11 barbara jura
Degenerant, lingvamque novam veſtemque ſequuntur,
Deque 12 profanato diſcunt ſordeſcere cultu,
Nutricemque 13 abolent 14 petulanti è pectore Sion.
Jam patriæ meminiſſe piget: jam myſtica frangunt
15 Organa, & externi laudant 16 anathemata regni.
Nonne fuit melius ſavum 17 Memphitidis aulæ

tem. 6. induatam. 7. lamentat. 8. Jeruſalem. 9. numquid. 10. diabolica. 11. pagana. 12. ſordido. 13. obliviſcuntur, illorum malignorum ſvaſu. Alienatio eſt abominabilis perditio. 14. H., ſic ſcripti apud me omnes. Mox pro *pulverea calcaſſe via* malit ex ſcripto Cauchius *purpurea*. Cum mare rubrum intelligatur. Sed aliter noſtri codices. 15, I laudes Dei. 16. perditiones. alienationes. 17. Ægyptiacæ. 18. pacti.

19.con-

Imperium 18 toleraſſe patres, penituſque 19 ſiniſtris
Adſediſſe focis? poſitos 20 Pharaonis iniqui
21 Sub pedibus, limo & paleis ſervire paratos,
Carnis & 22 immodicæ 23 ſpurco ructamine 24 crudos?
25 Quò tantum auxilii per prodigialia ſigna
Effudit Dominus, populum dum ſorte 26 rebellem
Servat 27 ope immeritâ, vinclis dum ſubdita colla
Solvit, & Ægyptum 28 virgâ 29 ſerpente coërcet?
Quid juvat æquoreum pelago cedente profundum
Pulvereâ 30 calcaſſe viâ: cùm conſcia ponti
Saxa ſub ignoto patuerunt 31 prodita cælo:
Aruit & medio ſitiens 32 in gurgite limus?
Si victor virtute Dei, mediaſque tenebras
Luce columnari ſcindens exercitus olim,

19. contrariis. 20. qui nominabatur Cenclis, Chenclis. 21. dominatione, poteſtate. 22. magnæ, in multitudine. 23. immunda eructatione. 24. ſaturatos, plenos, indigeſtos. 25. cur illic. 26. infidelem. 27. auxilio. 28. quia virga mutata eſt in ſerpentem. 29. exiſtente. 30. ambulare. 31. oſtenſa. 32. H. *ſub gurgite) in gurgite* ex ſcriptis iiſdem. 33. pro, perdit. 34. terram promiſſionis. 35. fertilem. 36. arare terram, ſubver-

33 Perdidit inventi vallem 34 botryonis 35 opimam?
Si neſcit 36 verſare ſolum, cui melle perenni
Gleba fluens niveos permiſcet lactea rivos?
Si domitam 1 Jericon lituis atque ære canoro
Rurſus in antiquos patitur conſurgere muros?
Si ripis reflui Jordanis pellitur, & jam
Deſerit adſcriptam dimenſa in jugera ſortem?
Denique ſi ſtructam tantis 2 ſudoribus 3 urbem,
Et quæ nubigenas tranſcendunt 4 culmina nimbos,
Defenſare nequit? ſi neſcit, quis 5 lapis ille eſt
Hoſtibus obſiſtens, ut inexpugnabile turris
6 Præſidium, quem non ærâto machina roſtro

vertere, colere. 1. civitatem diaboli, ſancta prædictione ſuperatam. 2. laboribus 3. Jeruſalem. 4. virtutes, deſideria. 5. Chriſtus eſt, quia murus & lapis eſt inextingvibilis, & præſidium indeficiens. 6. H *præſidium, quem non fragor hoſtium arietis aut quem vis impacta quatit; non æris machina roſtro arietat.*) Sic aliquando rectius Giphanius, quam Weitzius, *arietis aut vis.* In Oxonio *aut arietis Vis impacta quatit, non ærato.* In Rottendorphio & tribus Torrentianis. *vis impacta quatit, quem ærato.* In quibuſdam, *vis quatit impacta ærato,* at Put. & Thuan. veterimi decurtant ſuperflua hoc modo:

Præ-

7 Arietat 8 inſiliens, nec ferrea verbera 9 quaſſant?
Angulus hic portæ in capite eſt: hic continet omnem
Saxorum 10 ſeriem, conſtructaque limina firmat:
Quem qui rite ſuis per propugnacula muris
Noverit inſertum, ſeque ac ſua mœnia vallo
11 *Præcingat triplici, celsâ ſtans 12 eminus 13 arce*
14 *Fretus amore petræ, caſtis & pervigil armis;*
Non illum 15 Regina Tyri, non accola magni

Præſidium quem non ærato machina roſtro
Arietat inſiliens.

Nec quiſquam emunctæ naris dubitabit, quin, reliqua tollenda ſint, ſi advertet animum ad illa *Hoſtibus obſiſtens*, cui mox ſubjungitur *fragor hoſticus*. Tum illa *arietu & arietat*, quæ prorſus inconcinna ſunt. *Arietare* ſolemniter cum caſu quarto conjunxit Prudentius, ut *arietare ædes* Plauto, & *arietare aliquem in terram* Curtio. I. *vis*) immiſſa cum fortitudine. 7. ſternit, commovet. 8. cum tumore aliens. 9. lædunt. 10. ordinem. 11. H. *præcingit*) *præcingat* ex ſcriptis. Deinde *Gigantas* iidem, de quo ad Naſonem. Mox v. 522 *principe Belia* vetuſtiores, *Beliades* infra Pſychom. v. 714. ex ſcriptis *præceptor Belia mihi*. 12. I. è contra 13. alte, fide, 14. confiſus. 15. avaritia.

16. hæ-

Euphratis 16 *Parthus* 17 *rapiet, non decolor* 18 *Indus*
Tempora pinnatis redimitus nigra ſagittis.
Quin ſi fulmineos cogens ad bella 19 *Gigantas*
20 *Illophilus tua caſtra velit delere tyrannus.*
21 *Tutus eris: nec te firmâ ſtatione movebit*
Ipſe 22 *Charon mundi,* 23 *Numen Marcionis: ipſe,*
Qui regit aërio vanas ſub Sole tenebras.
Nam vanum, quidquid Sol adſpicit: ex elementis
Cuncta ſolubilibus 24 *fluxoque creamine conſtant.*
25 *Fallo creaturam niſi doctor Apoſtolus omnem*
Subjectam vanis non ſponte laboribus 26 *orſus,*
27 *Perjuro ingemuit miſeram ſervire* 28 *latroni.*
Errat, 29 *ait, qui luctamen cum ſanguine nobis,*
Et carne, & venis ferventibus, & vitioſo

16. hæreticus. 17. ſc. captivum. 18. immunditia. 19. ſequaces diaboli. 20. diabolus. Vilis Deus, pro diabolo poſuit. alienigena à Deo. 21. protectus 22. navigator inferni. Diabolus. 23. Deus malus Deus. 24. labili, deficienti. 25. mentior, decipio 26. dixiſſet. 27. fallaci. 28. diabolo. 29. Apoſtolus, quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſangvinem.

Felle putant calidiſque animam peccare medullis.
Non mentem ſua membra premunt, nec terrea virtus,
Oppugnat ſenſus liquidos, bellove laceſſit:
Sed cum ſpiritibus tenebroſis nocte dieque
1 Congredimur: quorum dominatibus humidus iſte,
Et pigris denſus nebulis obtemperat aër.
Scilicet hoc medium, cælum inter & infima terræ
Quod patet, & vacuo nubes ſuſpendit hiatu,
2 Frena poteſtatum variarum ſuſtinet, ac ſub
Principe 3 Belia rectoribus horret iniquis
His conluctamur prædonibus 4 ut ſacra nobis
Oris Apoſtolici teſtis ſententia 5 prodit.
Nemo habitum naturæ, aut 6 irritamina peccant
Corporis accuſet: facile eſt frenare rebelles
7 Adfectus carnis, nimioſque retundere pulſus
Materiæ fragilis, & viſcera victa domare.
Quippe animus longè 8 præſtantior, utpote ſummo
Æthere demiſſus, ſubjectos ſi velit artus
Imperio 9 quaſſare gravi, juſſiſque ſeveris

1. præliamur. dominationes. 3. diabolo. 4. ſicut. 5. dicit. 6. provocamina, provocationes. quia corpore provocante & ſuggerente anima conſentit peccatum aliquando. 7. deſideria. 8. melior, nobilior ſc. corpore. 9. fatigare, edomare, preme-

10 *Dedere; regnanti* 11 *domino* 12 *vis nulla* 13 *reſiſtet.*

14 *Major ineſt* 15 *vis illa homini, quæ flatile virus*
16 *Ingerit, &* 17 *tenuem tenui* 18 *ferit* 19 *aëre mentem.*
Parthica non 20 *æquè ventos tranſcurrit* 21 *harundo:*
Cujus iter nullus potis & comprendere viſus:
22 *Præpes enim, volucres dum pinnis tranſvolat auras,*

Improviſa venit; nec ſtridor nuntiat ante
Adventum leti, quam pectoris abdita rumpat.
Secum 23 *penetrans medicato vulnere vitam.*
Sed magis aligera eſt, magis & 24 *medicata ſagitta,*
Quam jacit 25 *umbroſi dominatio lubrica* 26 *mundi,*

premere. 10. occupare, animo tradere. 11. animo. 12. ſc. corporis 13. H. ita hæc legenda ac diſtinguenda ſunt ex Thuaneo & Rottendorphio, perperam. *reſiſtit* in vulgatis. 14. I. de animo dicit. 15. diaboli. 16. immittit. 17. fragilem. 18. percutit. 19. perſvaſione. 20. ſimiliter. non ſic. 21. ſagitta. 22. velox. 23. H. [illegible]*piens*) *penetrans* in [illegible]ut. Oxon. & Thuano. 24 illito, toxicato. 25. tenebroſi. 26. diaboli. 27.

27 Eludens 28 excuſſa oculos, 29 calamique volantis
Præpete transcurſu cordis penetralia figens.
Nec ſegnis natura animæ eſt, aut tarda cavendi
Vulneris: ignitum quoniam Deus indidit olli
Ingenium; purum, ſapiens, ſubtile, ſerenum,
30 Mobile, ſollicitum, velox, 31 agitabile, acutum:
Factorem modò caſta ſuum veneretur, & ipſi
Militet, ac victum proculcet ſobria mundum:
Nil de peſtiferis opibus, aut falſificatis
Terrarum ſpoliis, ſtulto oblectamine 1 libans,
Nec ſub 2 face jacens, alieno & dedita regno,
Non queat 3 argutas hoſtis vitare ſagittas.
Sed quid ego omne malum 4 mundique hominumque maligni
Hoſtis ad invidiam 5 detorqueo? cùm mala noſtra,

decipiens. 28. ſagitta. 29. teli. 30. H. *nobile*) *mobile* in omnibus noſtris. Deinde Thuaneus â manu prima *vegetabile* quo vocabulo uti amat Prudentius. Tum *victorem modo caſta ſuum veneretur*, non *facta* meliores. 31 I. mobile. 1. cupiens. 2. onere. 3. ſ. viles. 4. H. ita conſtanter noſtri. Weitzius *mundi*. 5. I. converto. 6. coagulata

x noſtris 6 concreta animis, genus & caput & vim,
Quid ſint, quid valeant, ſumant de corde parenti?
7 Ille quidem 8 fomes noſtrorum & cauſa malorum eſt.
Sed tantum turbare poteſt aut fallere, quantum
Nos volumus; qui 9 decrepito 10 ſuggeſta 11 leoni
12 Armamenta damus, friget fera 13 futile frendens,
Humani generis ni per 14 ſuffragia 15 gliſcat.
Gignimus omne malum proprio de corpore noſtrum:
Ut genuit David, alias pater optimus, unum
Crimen 16 Abeſſalon: 17 tetrum pater ille, ſed unum
Innocuas inter ſuboles genuit 18 patricidam:
Auſus 19 in auctorem generis qui 20 ſtringere ferrum.

gulata. 7. diabolus. 8. incendivum vel incendium. 9. antiquo, ſeni, veterano. 10. ſubminiſtrata. 11. hoſti. 12. utenſilia, arma vel adjutoria. 13. inaniter, inutiliter. 14. auxilia. 15. creſcat. 16 H. *Abeſſalom*) *Abeſſolon* & hic & alibi in noſtris exemplaribus. 17. I. infauſtum, infelicem. Abeſſalon & Abſolon, utrumque dicimus. 18. qui patrem occidit. 19. contra. 20. nam voluit patrem interficere.

21 Ah pietas! ſignis contraria 22 ſigna paternis
23 Egit, & 24 unius 25 commiſit ſanguinis 26 arma.
Noſtrâ 27 itidem dites urente 28 propagine 29 natos
Pectora parturiunt; verſis qui protinus in nos
Morſibus inſueſcunt 30 gignentum vivere pœnis:
Depopulantur enim nimium fecunda parentum
Viſcera & interitu genitalis ſtirpis aluntur.
Progeniem 31 verùm ille ſuam, Rex utpote ſummus
Atque Dei vates, paritura & 32 virginis auctor,
33 Triſtibus atque 34 piis variaverat, ut Solomonis

21. heu, ubi eſt modo pietas. Interjectio dolentis. 22. vexilla. 23. portavit, elevavit, duxit. 24. proprii Iudæos cum Judæis. 25. fecit committi. 26. civile bellum. 27. item. 28 procreatione 29 ſvaſiones malignorum. 30, patrum, quia ipſi peccatis noſtris excruciamur. 31. ſed. H. ex conjectura Cauchius *vero* 32. I. Mariæ, quia de genere David fuit Dei genitrix. 33 malis natis. 34. bonis 35. H. *miſceret crimina*) *ſereret ſua crimina juſtus* Put. ac Thuan. cum Rottendorphio ex noſtris. Etiam Egmondanus & Palatinus Weitzii, & Cauchianus. Probe omnino. *Serere dogma, & ſerere loquelam* paſſione B. Fructuoſi. 36. I. fratri-

rater Abeſſalon 35 ſereret ſua crimina 36 juſtis
Pignoribus, dulcemque domum turbaret 38 amaris.
los dignum 39 Solomone 40 nihil: nos degener implet
olus 41 Abeſſalon 42 lacerans pia viſcera ferro.
i 43 licet ex 44 ethicis quidquam 45 præſumere, vel ſi
De 46 phyſicis exempli aliquid: ſic vipera ut, ajunt,
Dentibus emoritur fuſa per viſcera prolis.
Mater morte ſuâ non ſexu fertilis, aut de
Concubitu 1 diſtenta uterum, ſed cum calet ignis
2 Percita fœmineo, moriturum obſcœna maritum
Ore 3 ſitit patulo: caput inſerit ille 4 trilingue

fratribus, vel ſanctis ſc. operibus. Sanctis filijs. 37. filijs. 38. ſc. operibus. 39. Salomonem vocat juſtitiam. 40. ſc. agimus vel habemus. Quia nos vitijs plus implemus, quam Salomone, qui ſignificat virtute. 41. vitia. 42. oppugnans 43. licitum eſt. 44. moralibus, de moribus. 45. ſumere, attingere. 46. naturalibus, de ſcripturis naturalium rerum, de naturis. 1. repleta vel gravida. 2. inſaniens. 3. cupit. H. *trilingva conjugis* Put. & Thuan: quod Salmaſio probabatur. 4. I. ſerpens, quamvis, non habeat niſi lingvam unam, tanta tamen celeritate eam movet, ut videantur tres eſſe.

Conjugis in fauces, atque 5 *oſcula fervida intrat,*
6 *Inſinuatoris* 7 *coitu genitale venenum.*
8 *Nupta, voluptatis vi* 9 *ſaucia,* 10 *mordicus hauſtum*
12 *Frangit* 13 *amatoris blanda inter fœdera guttur,*
Infuſasque bibit 14 *caro pereunte, ſalivas.*
His 15 *pater* 16 *illecebris conſumitur, at genitricem*
Clauſa 17 *necat ſoboles: nam poſtquam ſemine adulto*
Incipiunt calidis corpuſcula parva latêbris
Serpere 18 *motatumque uterum* 19 *vibrata ferire:*
Æſtuat interno 20 *pietatis* 21 *crimine mater,*
22 *Carnificemque gemit damnati conſcia ſexûs*
Progeniem, 23 *ſaptis rumpentem obſtacula partûs.*
Nam quia naſcendi nullus patet exitus alvus
Fetibus in lucem nitentibus excruciata

5. per. 6. immittens. 7. pro, in 8. conjux. 9. ſauciata. 10. adverb. mordaciter, mordendo. 11. devoratum, in ore adſumtum. 12. mordet. 13. mariti. 14. marito. 15. ille maſculus. 16. voluptatibus. 17. occidit. 18 commotum. 19. pulſata. H. *motatuque uterum*) *motatumque* in noſtris. Et *pietatis crimine* non *pectore*, iidem noſtri. Et mox *poſtuma matris* vetuſtiores 20. I. prolis 21. quia maritum occidit. Dolet enim ſe eſſe carnificem mariti. 22. ſe. 23. incluſi, reconditi, circumdati.

24. mor-

Carpitur atque viam lacerata per ilia pandit.
Tandem 24 obitu 25 altricis prodit grex ille dolorum,
Ingreſſum vitæ vix 26 eluctatus, & ortum
Per ſcelus 27 exſculpens, lambunt natale cadaver.
Repentes catuli, proles dum naſcitur 28 orba;
Haud expertæ 29 diem, miſeræ niſi 30 poſtuma matris.
Non diſpar noſtræ conceptus mentis: ab ore
31 Vipereo infuſum ſic combibit illa venenum
Conjuge 32 Beliade: ſic oſcula devoret 33 hauſtu,
Interiuſque rapit: ſic felle libidinis ardens
Impletur vitiis, perituro mixta marito.
Tunc 34 prægnans letale genus concepta maligni
Fert opus ingenii, de ſemine 35 complicis hydri:
Quem pænis 36 penſare prius ſua facta neceſſe eſt

24. morte. 25. matris. 26. evadens. 27. ſulcans, inveſtigans. ſculpere rem, dicimus, cum difficultate inveſtigare. 28. orbata. 29. vitam 30. proles poſt mortem. 31 Poſtuma proles dicitur quæ poſt mortem patris aut matris nata eſt. 32. diabolico. Patronymicum à Belial. 33. conſumtu. 34. mens. 35. ſocii, conſocii, conjuncti. Complices frequentius in malo ponuntur. 36. recompenſare vel reſolvere.

Corrupta pro ſtupro anima, proque [37] orbe peremto.
Ipſam porro animam crudelia vulnera carpunt
Mille [38] puerperiis, ſuboles dum parturit ex ſe
Contra naturam genitas, [1] peccamina crebra:
Scilicet, & [2] paſtos materno funere natos.
Hinc illa eſt Domini juſta [3] objurgatio Chriſti.
Nonne pater dæmon, vos increpo peccatores,
Concubitu carnis ſemen ſitientis iniquum
Vos genuit? ſanctum, lector, [4] percenſe volumen:
Quod loquor, invenies Dominum dixiſſe profanis

37. orbem, hominem appellat vel mundum, qui in ſimilitudinem orbis eſt conditus, vel ipſum orbem, quem laqueis ſuis conatur decipere & interficere. 38. nativitatibus, parturitionibus. 1. peccata. 2. H. *partos*) *paſtos* ex ſcriptis. 3. I. increpatio. 4. perquire. H. *percurre*) *percenſe* noſtri omnes cum Aldo & Weitzianis. Niſi quod unus ex illis *perquire*. *percende* cogitabam aliquando, ſed cum amet verbo *percenſere* uti Prudentius, non eſt, ut controverſiam iſti ſcripturæ moveamus. *Percenſere* h. l. eſt tertiæ conjugationis. Sic Hymno Vincentii.

Nunc Angelorum particeps
Collucis inſigni ſtola.

Ita enim optime codex Puteaneus. Cum viderent *collutes* quod in cæteris extat conſtanter exem-

Verum 5 objectantem mortalibus. 6 Ex Patre nam vos
Eſſe 7 meo genitos pietas, ait, ipſa probaret,
Ac pietatis opus. 8 prò cæca libido! quid hoc eſt?
Quod, cùm ſe thalamis deſponſam Mens Bona juſtis
Noverit, inque torum Regis nuptura vocetur,
Et Regis 9 ſemper juvenis, ſenioque repulſo
Divinum decus æterno ſervantis in ore,
10 *Malit adulterium;* 11 *fulvo & ſe munere vilem*
Vendat 12 *noctícola* 13 *ſpurcis complexibus* 14 *Indi,*
Aſpernata Dei fuſam per 15 *virginis artus*

exemplaribus, non poſſe ferri, eo loco audacter nimis refinxerunt, *luces in inſigni ſtola.* v. 60. ejusdem Hymni, *extorque ſi potes fidem.* Ubi ultimam in *extorqueo* brevem facit eâdam licentiâ Hymno Vincentii v. 393. *frendit* pro *frendet* habes, quo & Plautus uſus eſt. 5. I. opponentem. 6. qui eſt ex Deo verbum Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Nam gloriabantur, ſe Patrem habere Deum; quod ſi fuiſſet, ipſa pietas, quam haberent erga Filium hoc probaret. 7. H. ſic ſcripti, non *Patre Deo.* 8. I. interjectio deteſtantis vel iraſcentis. 9. ſc. qui eſt. 10. magis vult. 11. H *furvo*) imo *fulvo munere*, h. e. auro. Ut recte Puteaneus cum Thuano, quod & marginem Marneſianæ editionis occupavit. 12. I. noctem colenti. 13. immun-

16 Progeniem, dulceſque vocans in 17 fornice natos?
18 Sentio, quam 19 contra moveat 20 pellacia litem:
Quo 21 dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet,
Noſque 22 laceſſito vocet ad luctamina 23 vero.
Si non 24 vult Deus eſſe malum, cur non vetat? 25 inquit.
Nil 26 refert auctor fuerit factorq; malorum.
Anne opera in vitium ſceleris pulcherrima verti,
Cum poſſit prohibere, ſinat? quod ſi velit omnes
Innocuos 27 agere Omnipotens, 28 nec ſancta 29 voluntas

immundis. 14. diaboli. 15. Mariæ. 16. Filium Dei. Chriſtum. 17. in lupanari de adulterio, fornicatione. Fornicem vocat domunculas ſubterraneas, ubi meretrices veniebant, noctibus. 18. intelligo. 19. è contra. 20. fallacia pellax. i. fallax. 21. verbo vel ratione. 22. provocato. 23. veritate. 24. vox Marcionis. Dicis. 25. H. *inquit*) non *inquis* præſtantiores libri. Deinde *qui ſi velit omnes*, pro *quod*. Put. & Rottend. cum tribus Torrentianis. Tum *auctor fuerit fautorque malorum* Rottendorphius. Quod placet. Nam *auctor* & *factor* eadem ſignificatione ſunt. In Cauchiano æque bene *fautorve*. 26. I. diſtat ſc. utrum. 27. vivere. 28. pura mens. 29. H. *ne ſancta voluntas*) *nec ſancta* Thuaneus & alii complures. quod ſenſus requirit.

generet, facto nec ſe manus inquinet 30 ullo.
Condidit ergo malum Dominus, quod ſpectat ab 32 alto.
t patitur, fierique 33 probat, tamquam ipſe creavit.
ſe creavit enim, quod, cum 34 diſcludere poſſit,
on abolet, longoque ſinit 35 graſſarier uſu.
36 Damna aures, Pater alme, meas, & claude meatus
Obbruteſcentis capitis, ne per via tales
oncipias flexum ſonos, eſt perdere tanti
xſtinctum vitæ 3 officium de parte cerebri.
Inmunem 6 modo ſeſe anima experteṁque nefandi
Auditûs felix ſtolidâ conſervet ab 7 aure.
Quis ferat hæc injecta Deo 8 convitia, qui ſe
Divinis meminit præcellere 9 nobilitatum
Muneribus? multa ut 10 taceam, 11 vel ſola 12 benignum.

rit. 30. I. in operibus & cogitationibus. 31. dicis tu. 32. cœlo. 33. permittit. 34. ſeparare. 35. creſcere vel denſari. 36. obſtrue. 1. inſanientis, ſtolidi. 2. precii. melius, mihi amabilius, placet. Melius eſt, ſi oculus tuus vel pes tuus ſcandalizaverit te, &c. 3. aures. 4. capitis. 5. mundam, ſecuram. 6. tantummodo. 7. H. ita ſcripti, non *arce*. 8. I. improperia. 9. juſtificatum.

Res probat eſſe Deum, 13 vetiti quod amore peremtos
Excitat è tumulis homines, regniq; per ævum
Participes jubet eſſe ſui: qui ſi foret auctor
Servatorque mali, numquam poſt damna ſalutis,
Peccantumque obitus, redivivam ferre medelam
Vellet, & amiſſos 14 ope reſtaurare ſecundâ.
15 Labi hominis, 16 ſervare Dei eſt, meritis perit 17 iſte:
18 Ille abolet pereuntis opus, meritumque 19 reſolvit.
20 Argumentum ingens, Dominum, qui 21 talia præſtet,
22 Nolle malum, nec quod poſt abluit, antè 23 probare.

---

catum. qui floret nobilitate catholicæ fidei. 10. qui dicere non poſſum. 11. etiam. 12. non mala creantem, nec volentem. 13. pomi vel cibi. 14. *opere ſecundo*) reſurrectione, H *Opere inſtaurare ſecundo*). *ope reſtaurare ſecundâ* Put. & Thuan. quod melius utique & ſic duo Weitziani. deinde *qui talia præſtet* ex iiſdem ſcriptis. 15. I. peccare per peccatum, 16, per pœnitentiam ſervat hominem. 17. homo. 18. Dominus, Deus. 19. peccata dimittit, quod debuerat damnari indulſit. 20. declaratio, exemplum vel ſignum 21. qui tanta indulget hominibus peccata. 22. ſc. dixiſſe. 23. laudare.

24 di-

24 Invitone aliquis potis eſt peccare Tonante:
Cui facile eſt in corde hominis componere ſenſus,
Quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
Pulſibus, & totum venis infundere 25 honeſtum?
Neſcis, 26 ſtulte, tuæ vim 27 libertatis ab ipſo
Formatore datam? neſcis, ab 28 origine quanta
Sit conceſſa tibi 29 famulo 30 ſuper orbe poteſtas,
Et ſuper 31 ingenio proprio, 32 laxaque ſoluto
Jure voluntatis: liceat cui velle ſequique,
Quod 33 placitum, nullique animum ſubjungere vinclo?
An cum te dominum cunctis, quæcumque crearat,
Præficeret; mundumq; tuis ſervire juberet
Imperiis; cumque arva, polum, mare flumina, ventos
Dederet, arbitrium de te tibi 34 credere 35 avarus
Nollet, 36 ut indigno, libertatemque negaret?

24. dicis tu, vel, dicit hæreticus. 25. ſc. honeſtum, ut ipſe conſentiat, 26. ô Marcion. 27. arbitrii. 28. initio 29. famulanti ſæculo, 30. deſuper. 31. i. liberum arbitrium habes. 32. *laxè)* adverb. liberè H. *Laxeque ſoluto) Laxaque* Put. refer ad voluntatem. 33. I. ſc. tibi. 34. dare tibi. Commendare. 35. ipſe Deus. ſenſus eſt, cum Deus omnia homini dedit, ſuæque poteſtati ſubdidit. q. avarus homini nollet libertatem dare & arbitrium

37 Quale erit, electus magni 38 Rex orbis ut eſſet,
Non Rex ipſe ſui, 39 curto fœdatus honore?
Nam quis honos 1 domini eſt, cujus 2 mens libera non eſt?
Una ſed 3 impoſita ſervit 4 ſententia 5 legi?
Quæ laus porrò hominis, vel quod meritum, ſine certo
Inter 6 utramque viam 7 diſcrimine vivere juſtè?
Non ſit ſponte bonus, cui non eſt 8 promta poteſtas
9 Velle 10 aliud, flexosque animi convertere ſenſus.
11 Atqui nec bonus eſt, nec conlaudabilis ille,
Qui non ſponte bonus: quoniam 12 probitate 13 coactâ
Gloria nulla venit, ſordetque 14 ingloria 15 virtus.

um boni vel mali. 36. quaſi. 37. qualis res. 38. homo, 39. brevi. 1 hominis. 2 nam homo in hoc honorem non haberet, ſi libero arbitrio non uteretur. 3 ſc. ſibi. 4 bonitatis. hominis. 5 ligni in Paradiſo. 6 inter bonum & malum. 7. arbitrio, vel decreto, & judicio diſcriminari inter bonum & malum. 8. libera. 9. concupiſcere. 10. quam bonum. 11. certe. 12. bonitate. 13. probitati in vitæ, 14. inglorioſa, ſine gloria. 15. ſc. aliter.

Nec tamen eſt vitiu, ni deteriora 16 refutans
17 Emicet, & meliore viam petat 18 indole rectam.
19 Vade, ait ipſe parens opifexque & conditor Adæ:
20 Vade, homo, & afflatu noſtri prænobilis oris:
21 Inſubjecte, potens, rerum 22 arbiter, arbiter 23 idem
Et judex mentis propriæ: mihi ſubdere ſoli
Sponte tuâ, 24 quò ſit ſubjectio & ipſa ſolutio
Libera judicio. non cogo, nec exigo per vim:
Sed moneo, 25 injuſtum fugias, 26 juſtumque ſequaris.
27 Lux comes eſt juſti: comes eſt 28 nox horrida iniqui,

---

aliter. 16. reſpuens. 17 clareſcat. 18. nobilitate, ſpe. 19. H. *unde ait*) *Vade, ait*, tres vetuſtiores noſtri. Simile mendum inſedit Statianos codices Theb. XI. v 672. ubi ſcribendum, *vade jacent nati. quæ jam tibi votum ſuperſunt?* Idque ex conjectura noſtra 20. abſt τὸ & à Puteanco & Rottendorphio. Adi annotata Cathem. Hymn. XII. v. 131. Sed Cauchius *Vade homo, ait flatu* non male. Deinde *inſubjecte, potens*, non *inſubjecta* Put. & Oxonius. Sic ſupra *ingenitus, innatus*, pro *non nato, non genito*. Vide Apoteoſ. v. 892. 21. I. *in ſubjecta*) ſuper terrena omnia. 22. magiſter. 23. tu ipſe. 24. ut. 25. injuſtitiam. 26. juſtitiam. 27. Deus. 28. *Mors*) Diabolus.

Elige rem vitæ, 29 tua virtus temet in ævum
Provehat 30 æternum tua 31 damnet culpa viciſſim,
32 Præſtet & alterutrum permiſſa 33 licentia ſortem.
Hac 34 pietate 35 vagus & tanto munere abundans,
Tranſit propoſitum 36 fas, & letalia 37 prudens
Eligit: atque 38 volens 39 illud magis utile retur,
Quod, prohibente Deo, perſuaſit callidus anguis.
Perſuaſit certè hortatu, non impulit acri
Imperio. hoc mulier rea criminis 40 exprobranti

29. ut tua. 30. aliter 31. damnetur. 32. eligat. 33. quia licentia eſt permiſſa cuique, ſequi ſive velit bonum ſive etiam malum. 34. Dei. 35. *urgens*) homo. H. *vigens*) *vagus* noſtri cum Aldo & ex Weitzianis præcipui. Familiaris Prudentio cæſura. Sic Apotheoſ. v. 795. *cujus imitatio in umbra eſt.* Ubi *ſimulatio*, quod verſu proximo ſubſequitur denuo repoſuerunt. Pſychomachia v. 719. *Cum placet aërius, & de fantaſmate viſus.* Paulo antè in Oxonio, *alterum tua damnet culpa viciſſim.* 36. i. Ne comedas de ligno ſcientiæ boni & mali. 37. ſuperbus vel ſubtilis. 38. voluntarius. 39. H. ſic meliores mutatâ diſtinctione. 40. I. arguenti.

41. inge-

Reſpondit Domino: 41 ſuadelis ſed 42 malefabris
43 Illectam, ſuaſiſſe viro: vir & ipſe libenter
Conſenſit. licuitne hortantem ſpernere recti
Libertate animi? licuit. namque & Deus antè
Suaſerat, ut meliora 44 volens ſequeretur: at ille
Spernens 1 conſilium ſave plus credidit hoſti.
Nunc inter vitæ dominum, mortiſque 2 magiſtrum
Conſiſtit 3 medius; vocat hinc Deus, inde tyrannus
Ambiguum, atque ſuis ſe motibus alternantem.
4 Accipe geſtarum 5 monumenta inſignia rerum:
6 Præluſit quibus 7 hiſtoria 8 ſpectabile ſignum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia ſecum
Pignera cara domûs properabat, ſede relicta,
Nubibus 9 urbicremis ſubducere: ſulphure cùm jam

41. ingeniis, ſerpentis 42. fictis, artificioſis. 43. deceptam. 44 voluntarius. 1. Domini 2. diabolum. 3. nam hinc vocat Deus ad vitam; inde tyrannus ad mortem. 4 intellige. 5. documenta. 6. oſtendit, ſcripſit 7. H. *hiſtoriæ*) *hiſtoria* ex ſcriptis. Mox noſtri conſtanter, ut & Weitziani, *nubibus urbicremis*. Quare viderit Giphanius, cur ex ſuis exemplaribus repoſitum ſit *niſibus urbicremis*. 8. I. venerabile, memorabile,

Nimboſo ignitus cælum ſubtexeret aër,
10 Flagrantemque 11 diem crepitans incenderet 12 imber.
Angelus hanc hoſpes 13 legem præſcripſerat ollis,
Emiſſus virtute Dei, ſub imagine 14 duplâ:
Omnis ut è portis iret domus, atque in 15 apertum
Dirigeret 16 conſtans oculos, nec 17 ponè reflexo
Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.
Nemo memor Sodoms, 18 quæ mundi forma cremandi eſt,
Ut ſemel è muris greſſum promoverit, ore
Poſt tergum verſo, reſpectet funera rerum.
Loth 20 monitis ſapiens obtemperat: at levis 21 uxor
22 Mobilitate animi, torſit muliebre retrorſus
Ingenium, Sodomisque ſuis revocabilis hæſit.
23 Traxerat Heva virum dira ad conſortia culpæ;
24 Hæc peccans ſibi ſola perit: ſolidata metallum
25 Diriguit fragili; ſaxumque liquabile 26 facta

9. quæ urbem cremabant. 10. ardentem. 11. ginem. 12. ſcintilla. 13. fugiendi. 14. quia duo angeli erant. Patris & Filii. duplicem imaginem ſub ſpecie duorum virorum dicit. 15. ante vel præ ſe. 16. in mente. 17. retro. adv. i. poſt. 18 Sodoma. 19. facie. 20. præceptis. 21 uxor Lothi ſola perit. 22. mollitia. 23 H. *traxerit* in Oxonio. 24. I. Uxor Loth. 25. induruit. 26. mutata

Stat mulier, ſicut ſteterat prius, omnia ſervans,
27 Caute 28 ſigillati longum ſalis effigiem,
Et decus, & cultum, frontemque, oculosque, comamque,
Et flexam in tergum faciem, 29 paullumque 30 reflexa
Menta retro, antiqua 31 monumenta 32 rigentia noxæ.
33 Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus uda:
Sed nulla ex fluido plenæ 34 diſpendia formæ
Sentit 35 deliquio: quantumque armenta 36 ſaporum
Attenuant ſaxum, tantum lambentibus humor
1 Sufficit, 2 attritamque cutem per damna reformat.
Hoc meruit 3 titulo peccatrix femina ſiſti,
Infirmum fluidumque animum per lubrica ſolvens
Conſilia, 4 & fragilis 5 juſſa ad cæleſtia 6 voti.
Propoſitum contra non 7 conmutabile ſervat
Loth ingreſſus iter, nec mœnia reſpicit, 8 alto

mutata in ſtatuam ſalis. 27. in caute, in petra. 28. imaginati, ſimulati. 29. paululum. 30. verſa. 31. memoramenta. 32. dura. 33. defuit. 34. pericula, minorationes. 35. defectu, defectione. 36. ſaporatum, i. dulce. 1. ſubminiſtrat. 2. conſumtam. 3. ſigno. 4. mulier. H. ſic diſtingvendum. 5. I. ad implendá cœleſtia juſſa. 6. præcepti. 7. incommutabile. 8. profundo. 9. mercatus. 10. leges;; ubi juramenta

In cinerem conlapſa rogo, populumque perustum:

Et mores populi, 9 tabularia, 10 jura, forumq;

11 Balnea, 12 propolas, 13 meritoria, templa, 14 theatra,

Et Circum cum plebe ſuâ madidaſque 16 popinas.

Quidquid agunt homines, Sodomorum incendia juſtis

Ignibus involvunt, & Chriſto 17 judice damnant.

Hæc fugiſſe ſemel ſatis eſt, non reſpicit ultra

18 Loth noſter: fragilis ſed 19 conjunx reſpicit, & quæ

Fugerat, 20 inverſo mutabilis 21 ore 22 reviſit;

Atque inter patrias 23 perſtat durata favillas.

En 24 tibi 25 ſignatum 26 libertatis documentum:

menta dabantur. 11. loca juxta balneas ſita. loca bibendi poſt balnea. 12. loca vendentium, ubi pigmenta & aliarum rerum exercebantur venalia. 13. lupanaria. Et dicta eſt meretrix, eo quod mereat precium, vel meritas mercedes accipit. 14. ſpectacula. 15. amphitheatra, vel ubi ludi exercebantur. 16. loca potandi, vel loca juxta balnea ſita, dicta q propinæ, â propinantibus. 17. ſc exiſtente. 18 anima. 19. caro. Quia ſi voluiſſet, libera fuiſſet, tantum ſi non reſpiceret. 20. retroverſo. 21 facie. 22. reſpexit. 23. permanet. 24. ô Marcion. 25 indicatum ſc eſt, de Loth & uxore ejus, & de Adam liberi arbitrij. Et hactenus

Quo voluit nos ſcire Deus, quodcunque ſequendum eſt,
Sub noſtrâ ditione 27 ſitum, 28 paſſimque remiſſum,
Alterutram calcare viam, duo 29 cedere 30 juſſi
De Sodomis: alter ſe proripit, altera 31 muſſat.
32 ille gradum celerat fugiens; contrà 33 illa 34 renutat.
Liber utrique animus: ſed diſpar utrique voluntas.
Dividit huc illuc rapiens ſua quemque 35 libido.
Talem 36 muta ſacris ſpeciem notat 37 orbita libris.
Adſpice Ruth gentis Moabitidis, & ſimul 38 Orphan:
39 illa ſocrum Noëmin fido comitatur amore,
Deſerit 40 hac. 41 atquin 42 thalamu & lege jugali.

mus contra Marcionem de libero arbitrio diſputat. 26 liberi arbitrij. 27 poſitum, conceſſum. 28. ubique. 29. diſcedere. 30. ſunt. 18. tardat, dubitat, deficit 32. Loth. 33 uxor 34. prohibet. 35. voluptas. 36. *mutū*) ideo muta dicitur, quia rem myſticam ſignat 37. ſignificatio. Pagina, rota temporis. 38. H. *Orfan* Putaneus & mox *Noomin*, quomodo & Egmondanus. Pro quo in Oxon. & Rottend. *Noemi*. Deinde *atquin* in ſcriptis. 39 I. Ruth. 40. Orpha. Gesbidonop, gigans fuit, filius Orphæ,

Exutæ, Hebræaque toris ſacriſque vacantes
Jure fruebantur proprio, ſed priſtinus Orpha
43 *Fanorum ritus præputia barbara ſuaſit*
Malle, & ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ:
Ruth, dum per ſtipulas 1 *agreſti* 2 *amburitur æſtu,*
3 *Fulcra* 4 *Booz meruit, caſtoque* 5 *adſcita cubili*
Chriſtigenam fecunda domum Davidica regna
Edidit, atque Deo mortales miſcuit ortus.
Sæpe egomet memini fratres geminos ad 6 *biulcum*
Perveniſſe ſimul bivium, 7 *nutante juventâ;*
Et dubitaſſe diu, biſido ſub tramite, quodnam

Orpha ipſa eſt Arpha. 41. certe. 42. maritis. 43. Deorum. 1, H. *agreſtis obruitur æſtu) agreſti amburitur æſtu* probe Put. cum Thuan. Rottend. & Aldo. Mox ijdem cum Oxonio *domum Davidica regna*, omiſſo τὸ *&*, optime Eſt enim Epexegeſis, dictum Gathem Hymn. XII. v. 77. male mox Weitzius *mortales artus*. Aliter libri noſtri 2. I. circumuritur 3. lectos, ſuſtentacula vel lectorum vel aliarum rerum, quæ teſtiphadia nominamus. Fulcra etiam dicimus, quæ nobis ſubterponimus equitantes, â quibus ſuſtentamur. 4. vir locuples, qui adſcivit Ruth in conjugium, colligentem ſpicas; Orphæ idolis ſe tradit, & diabolo ſe deputavit. 5. vocata. 6. patens, diviſum, apertum. 7. vacillan-

Eſſet iter melius: cùm 8 *dextrum* 9 *ſpinea ſilva*
Sentibus artaret, ſcopuloſaque ſemita longè
Duceret 10 *aërium* 11 *clivoſo* 12 *margine callem:*
At 13 *lævum, nemus* 14 *umbriferum per amœna vireta*
Ditibus ornaret pomis, & lenè jacentem
Planities daret ampla viam: 16 *ſqualentibus* 17 *unum*
Contentum ſpinis repſiſſe per ardua ſaxa;
Porrò alium campo ſeſe indulſiſſe ſiniſtro:
Illum ſideribus caput 18 *immiſcere propinquis;*
Hunc in cœnoſas ſubitò cecidiſſe paludes.
Omnibus una ſubeſt natura: ſed exitus omnes
Non unus 19 *peragit,* 20 *placitorum* 21 *ſegrega formâ.*
Haud 22 *ſecùs, ac* 23 *ſi olim per* 24 *ſudum lactea fortè*

cillante 8. iter. 9. ſpinoſam & ſcopuloſam viam dexteram dicit, propter labores Sanctorum, quos ſuſtinent pro Deo. 10. cœleſtem. 11. tortuoſo, excelſo. 12. apice. 13. iter. 14. H. *umbrificum* in Rottendorphio. Sic *mirificum* infra ex MSS. *luctificum*, *horrificum*, & ſimilia. paulo ante codices noſtri *aërium clivoſo margine callem*. 15. l. à viriditate 16 ſordidis, acutis. 17. ſc. memini. vidi ex illis duobus fratribus 18. ſc. vidi. 19. ducit. 20. voluntatum ſc. opera 21. ſegregata, ſeparanti. 22. non aliter. comparatio humani generis. 23. quaſi. 24. q. ſemiudum, i. ſerenum.

Lapſa columbarum nubes deſcendat in arvum
Ruris frugiferi, laqueos ubi callidus 25 *auceps*
Prætendit, lentoque inlevit vimina 26 *viſco;*
Sparſit & inſidias 27 *ſiliquis vel farre doloſo,*
28 *Illiciunt alias fallentia grana, gulamque*
Innectunt avidam torta retinacula ſeta,
Molle vel implicitas gluten circumligat alas:
At aliæ, quas nullus amor 29 *prolectat edendi,*
Greſſibus innocuis ſterili ſpatiantur in 30 *herbâ,*
31 *Suſpectamque cavent oculos convertere ad eſcam.*
Mox, ubi jam 32 *cælo* 33 *revolandum, pars petit æthram*
Liberam ſideream plaudens ſuper aëra pennis:
Pars captiva, jacet, 34 *laceris &* 35 *ſaucia plumis*
Pugnat humi, & volucres nequicquam ſuſpicit auras.
Sic animas cæli de fontibus 1 *unicoloras*
Infundit 2 *natura* 3 *ſolo: ſed ſuavibus iſtic*
4 *Devinctæ incelebris retinentur, & æthera pauca.*

25. aves capiens. 26. glutine. 27. leguminibus. 28. decipiunt, quia capiuntur. 29. delectat, illicit. 30. arena. 31. inſidioſam, contemptibilem. 32. in aëra. 33 eſt. 34. laceratis. 35. vulnerata. 1. H. *unicolores*) *unicoloras* libri. Sic *verſicolorus paries* noſtro lib. II. contra Symm. v. 56, & *lana diſcolora* ex ſcriptis Hymno v. 302. I. puras & immaculatas, & unius naturæ. 2. ſc. divinitatis, 3. corpori, 4. devictæ.

5. aſcen-

Conſcendunt 5 reduces; multas 6 viſcoſus 7 ineſcat
Paſtus, & ad ſuperas percurrere non ſinit auras.
Præſcius 8 inde Pater 9 liventia Tartara plumbo
Incendit liquido, piceasque bitumine foſſas
Infernalis aquæ 10 furvo ſubfodit Averno,
Et Phlegethontéo ſub gurgite 11 ſanxit 12 edaces
Perpetuis ſcelerum pœnis 13 inoleſcere vermes.
Norat enim, flatu ex proprio 14 vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris, animamque ex ore perenni
15 Formatam non poſſe mori: non poſſe viciſſim
Pollutam vitiis 16 ſurſum ad 17 convexa reverti,
Merſandam penitus 18 puteo ferventis abyſſi.
Vermibus & flammis & 19 diſcruciantibus ævum
Immortale dedit; 20 ſenio ne pœna 21 periret,
Non 22 pereunte animâ, carpunt tormenta, foventque

5. aſcendunt revenientes 6. glutinoſus. 7. decipit, ſaturat. 8. proinde. 9. nigra. 10. nigro. 11. decrevit. 12. rodentes. 13. creſcere. 14 animam, commotionem, vitam. 15. *infuſam*) formatam. 16. *rurſum*) *ſurſum* Thuaneus. Paulo ante *formatam non poſſe mori*, omnes noſtri. 17. poli, cœli, ad cœleſtia. 18. in puteo. 19. pœnis. 20. ætate. 21. deficeret. 22. deficiente.

23. ani-

23 Materiem ſine fine datam, 24 mors deſerit ipſa
Æternos gemitus, & flentes vivere cogit.
At diverſa procul regionibus in paradiſi
Præmia conſtituit majeſtas gnara futuri
Spiritibus puris, & ab omni labe remotis;
Quique 25 Gomorræas non reſpexere ruinas.
Averſis ſed 26 rite oculis poſt terga tenebras
Liquerunt miſeri 27 properanda pericula mundi,
Ad primum facili referuntur ad aſtra volatu:
Unde fluens anima 28 ſtructum 29 vegetaverat Adam.
Nam, quia 30 naturam tenuem declivia vitæ
Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea compes,
31 Concretum celeri relegens 32 ſecat aëra lapſu,
Exſuperatque polum fervens 33 ſcintilla remenſum,
Carcereos exoſa 34 ſitus, quibus hæſerat exſul.

23. animam. 24. conſumtio. 25. Sodomiticas. i. terrenas delectationes. 26. H. *recte*) *rite* ex ſcriptis, & *miſeri propemnda pericula mundi.* Epexegeſis. monitum Hymno Cathem. XII. v. 131. 27. I. celeriter fugienda, cita. 28. plaſmatum. 29. animaverat. 30 animam. 31. denſum. 32. anima. 33. anima. 34 habitationes, poſitiones.

I. in

Tunc 1 poſtliminio redeuntem ſuſcipit alto
Cana Fides gremio, teneriſque 2 oblectat alumnam
Deliciis, multos poſt 3 diverſoria carnis
Ore renarrantem 4 querulo, quos 5 paſſa, labores.
Illic purpureo 6 latus exporrecta cubili,
Floribus æternis ſpirantes 7 libat odores,
8 *Ambroſiumque bibit roſeo de 9 ſtramine rorem.* 10

1. introitu, exilio, de captivitate. Poſtliminium eſt reverſio de captivitate, quando longo quis tempore, limen domus ſuæ dimiſſum repetit, quod etiam doctores ſolent dicere, quando ſtylum ad alia tranſmittunt, tunc iterum ad ea reventertes, hoc, poſtliminium ſolent dicere. 2. nutrit animam. 3. H. ſic Puteaneus. 4. l. conquerenti. 5. ſc. ſit vel erat. 6. latus habens exporrectum. Extenta vel jacens. 7. deguſtat, accipit. 8. ambroſia, cibus Deorum. Sed ponitur pro omni ſvavitate. 9. H. *de gramine*) *de ſtramine* Put. Oxon. Rottend. tres Torrentiani cum Egmondano & Aldo. Probe *ſtramen* pro toro aut ſtramento. Poſt hunc verſum ſequebantur in vulgatis ſeni verſus qui à membranis noſtris omnibus abſunt, etiam ab Egmondano & Palatino Weitzii. Nec agnoſcit Aldus, & tollendos puto, cùm turbent ſeriem orationis, & ſunt inſulſi :

Aſt alia, quas dira lues errorque malignus

Animæ

11 Ditibus, & longo 12 fumantibus intervallo,
Fluminaque & totos cœli ſitientibus imbres
13 Implorans rogat digitum 14 inſerere palato,
Flammarumque apices humenti exſtinguere tactu.
Nec mirêre, 15 locis longè diſtantibus inter

Immerſit tenebris, vaſtoque obſedit Averno,
Haud impune piis abſemet abeſſe fatentur
Conciliis, meritas ferre & per ſecula pœnas:
Quis patris antiqui aut agri reverentis abyſſus
Excluſis mundiq; bonis cum morte potitis
Ditibus & longo &c.

20. *Semet abeſſe*) *ſemet deeſſe* duo Torrentiani. Et verſu ſequenti, *meritas pœnas per ſecula ferre*, quomodo & Giphanius indice Lucretiano. Etiam *abyſſ*, ſed apage verſus futiles in quibus & Giphanius æſtuavit plus ſatis. 11. Puto *ditibus at*. In Oxonio *divitibus longo*. Quod pro varianti ſcriptura etiam Rottendorphii marginem inſedit. Ad canam fidem hæc referenda ſunt. I. divitibus. 12. tangit de divite & paupere. 13. rogata, ſc. fides juſti, anima juſta. 14. immittere. 15. cœlo & inferno.

16. cla-

Damnatas juſtasque animas concurrere viſu
16 Conſpicuos, meritasque vices per magna 17 notari
Intervalla, polus medio quæ dividit 18 orbe.
Errat, quiſque animas noſtrorum 19 ſine oculorum
Æſtimat; involvit vitreo quos lucida 20 palla
21 Obice: quis 22 ſpeculum 23 concreta 24 coagula texunt,
Impediuntque vagas obducto 25 humore 26 feneſtras
Numne animarum oculis denſo vegetamine gutta
Volvuntur 27 teretes? aut palpebralibus extra
Horreſcunt 28 ſetis cilióve umbrante teguntur?
29 Illis viva acies, & 30 pupula parva, ſed ignis

16. claros, manifeſtos. 17. videri, cognoſcere. 18. mundo, rotunditate terræ ſpatio. 19. termino. 20. veſtis, qua ſacrificabatur Palladi; ſed ponitur pro omni veſte. Hic pro pellicula, quæ tegit pupillam, H. *pala* Cauchius, non placet. 21. I. objectione. 22. viſum. 23. denſa. 24. aëris. 25. aëris. 26. oculorum. 27. rotunde. 28. ſetas, vocat cilios; quos nos etiam tautones proprie nominamus. 29. animabus, oculis animarum. 30. H.

nec

32 Trajector nebulæ vaſti & penetrator operti eſt.
Nil 33 ferrugineum ſolidumve tuentibus obſtat.
Nocturnæ cedunt nebulæ: nigrantia cedunt
Nubila: 34 præſenti cedit teres 35 area 36 mundi.
Nec 37 tantum aërios 38 viſu transmittit 39 hiatus
40 Spiritus: 41 oppoſitos ſed tranſit 42 lumine montes,
Oceani fines, atque ultima 43 litora 44 Thule
45 Tranſadigit, volucresque oculos in Tartara mittit.
Noſtris nempe omnes pereunt ſub nocte colores
Viſibus & 46 cæco delentur tempore formæ.

nec pupula) *& pupula* Thuan. Rottend. & tres Torrentiani. Poſſis etiam *nec pupula prava.* 31. l. igneus vigor. 32. penetrator, transmiſſor. 33. nigrum, tenebroſum 34. velocis 35. rotunditas, planities. 36. cœli. 37. ſicut facit oculus corporis. 38. cum 39. apertiones vel vaſtitates. 40. anima. 41. contra poſitos 42. ſapientiæ. 43. H. *litora Thules*) *Thyle* ſcripti. Deinde *transadigit*, niſi quod in Oxonio & Aldino *transadiit*. *Transadigere* Virgilianum verbum, & ſic vetuſtiores Weitziani. Alii aliter 44. l. ultima inſularum. 45. *transabiit*) tranſit. 46. in nocte.

Numquid & 47 exuit membris ac 48 viſcere perdunt
Agnitione 49 notas rerum, vel 50 greſſibus errant?
Una animas ſemper facies habet, & color unus
Aëris, ut 1 cuique eſt meritorum 2 ſumma, ſiniſtri
Seu 4 dextri: alternas nec commutabile tempus
Convertit variatque 5 vices: longum atque perenne eſt,
6 Quidquid id eſt: unus volvit ſua ſecula curſus.
7 Expertus dubitas animas percurrere viſu

47 ſpiritus; animæ, formæ. H. *numquid & exuta*) ſic Thuaneus. In Puteano & ceteris noſtris *exuit.* Et ſic Aldus. *Viſus* ſubintellige. 48. I. carne. 49. rationes 50. rationibus. 1. unicuique. 2. qualitas. mali, adverſitatis. 4. boni, proſperitatis. dextrum vel ſiniſtrum aërem vocat. dextram vel ſiniſtram; quarum una ad vitam, altera ad mortem tendit. 5. tempora. 6. ſive requies ſive pœna ſit. 7 *expertos*) probatos. H. *expertos dubitas animas percurrere viſu*) Bene omnino Put. cum Oxon. Cauch. Rottend. & Torrentianis tribus *expertus* & *percurrere viſu.* Prava diſtinctio occaſionem dedit loco pervertendo. *Exſpertas* Thuaneus, & à manu ſecunda *expertis.* *Expertus* in ſomnis videlicet.

8 Abdita corporeis oculis; cùm ſæpe 9 quietis
10 Rore 11 ſoporiferis cernat mens viva remotas
Diſtantesque locos; 12 aciem per rura, per 13 aſtra,
Per maria 14 intendens: nec enim ſe ſegregat 15 ipſa
Ante obitum 16 vivis ex artubus, aut fugit exſul
Sanguinis & carnis 17 penetralia, ſeque 18 medullis
Exuit, abductamve 19 abigit de pectore vitam:
Viſcereâ ſed ſede manens ſpeculatur acutis
Omnia luminibus, & quâ circumtulit 20 acrem
Natura levis intuitum nullo objice rerum
21 Diſcluſa 22 ante oculos ſubjectum proſpicit orbem,
Atque orbis ſub mole ſitum ſordens 23 elementum.
Objacet intereà tellus, nec 24 viſibus obſtat.
Quin, ſi ſtelligerum vultus converrat ad axem,
Nil intercurrens 25 obtutibus, impedit ignem

8. I. ſecreta loca. 9. ſomni, quietudinis. 10. ſvavitate, in nocte. 11. hominibus, 12. viſum. 13. cœlum. 14. bene proſpiciens. 15. anima. 16. ut ante mortem exeant à corpore 17. ſecreta. 18. ab interioribus, 19. pellit. 20. clarum vel acutum. 21. ſeparata, aperta. 22. ſc. habens omnia. 23. infernum, 24. animæ. 25. viſibus. 26. ſem-

6 *Pervigilis animæ: quamvis 27 denſetis graventur*
lubila & oppoſito nigreſcat 28 vellere cœlum.
29 Sic 30 arcana videt tacitis cooperta futuris
orporeus Johannis adhuc, nec carne ſolutus,
Munere ſed ſomni, paulisper carne 31 ſequeſtrà
iber ad intuitum, ſenſuque oculisque peragrans
rdine 32 diſpoſitos venturis 33 Solibus annos.
4 Procinctum videt Angelicum, jam jamque cremandi
rbis in excidium, 35 rauco & percipit aure
6 Mugitus 37 gravium mundi ſub fine tubarum.
Iæc ille ante obitum, membrorum carcere ſeptus,
8 Secedente anima, non diſcedente, videbat.
Jonne magis 39 ſtatus ſine corpore, cuncta notabit,

6. ſemper vigilantis. 27. ſpiſſa. H. *denſata*) *enſetis* Put. & Oxonius probe. De quo Hymno . Cathem. v. 53. Tum *corporeus johannis* idem ut. & tres Torrentiani. De quo Cathem. Hymn. I. v. 105. Deinde *tacitis futuris* præſtantiores, on *figuris*. 28. I. nube tenebroſa 29 tali mo- o. 30 mirabilia. 31. ſeparata. 32. ordinatos. 3 diebus vel temporibus. 34. exercitum, appa- tum. 35. triſtes. H. *raucos*) *triſtes mugitus* in uteaneo. Etiam in Thuano à manu ſecunda. . I. qui erunt in die judicii. 37. magnarum, ucarum. 38. vagante. 39. anima.

Corporis 1 *involucris tumulo frigente repoſtis?*
2 *Certa fides,* 3 *rapidos* 4 *ſubternâ nocte caminos,*
Qui pollutam animam per ſæcula longa perenni
Igne coquunt, oculis longum per inane remoti
5 *Pauperis* 6 *expoſitos, nec* 7 *ſecius* 8 *aurea dona*
Juſtorum 9 *dirimente* 10 *Chao, rutilasque coronas*
11 *Eminus oſtendi pœnarum carcere merſis.*
Hinc 12 *Paradiſicolæ poſt ulcera dira beato*
Proditur infelix, ululans in peſte reatûs,

1. involutionibus. Volucra dicimus involutiones veſtimentorum; ſed hoc in loco involutionem corporis mortui in ſepulcro vocat involucra. 2. æterna ſc. eſt. 3. H. *rabidos ſub tetra nocte caminos*) *rapidos, ſubterna nocte caminos*, noſtri potiores cum Egmondano & Aldo, recte. Lib. I. in Symm.

Relligionis opem ſubternis poſcere ab antris.

Deinde *ſetius* non *ſecius* vetuſtiſſimi codices. Ut & apud Maronem, Ovidium, Silium, alios paſſim. 4. I. *ſub tetra*) ubi perpetua nox eſt. 5. Lazari. 6. manifeſtatos, ſc. eſſe caminos. 7. tardius. 8. pulchra. 9. dividente. 10. confuſio tenebrarum; quia confuſione diſtante non poſſumus miſceri felices & mali. 11. è contra. 12. Lazaro Paradi-

13 Spiritus : inque vicem meritorum mutua cernunt.
O Dee cunctiparens, animæ dator, ô Dee Chriſte,
Cujus ab ore Deus 14 ſubſiſtit Spiritus unus :
Te 15 moderante regor, te vitam 16 principe duco,
Judice te pallens trepido, te judice eodem
Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te ;
Quamlibet 17 indignum veniâ faciamque loquarque.
18 Confiteor, (dimitte libens, & parce fatenti)
Omne malum merui : ſed tu bonus arbiter aufer,
Quod merui : meliora 19 favens largire precanti
Dona animæ 20 quandoque meæ ; cùm corporis hujus
Liquerit hoſpitium, nervis, cute, ſanguine, felle,
Oſſibus exſtructum, corruptæ quod incola luxu,
Heu nimium complexa fovet : cùm flebilis hora
Clauſerit hos orbes, & 21 conclamata jacebit
Materies, oculiſque ſuis mens nuda fruetur :

Paradiſum colenti. 13. ſc. divitis. 14. eſt. 15. regente. 16. ſc. exiſtente. 17. quod ſit. 18. ſc. omnia mea comiſſa. 19. adjuvans. 20. olim. 21. *condeflecta*) defleta, conclamata.

*Ne cernat truculentum aliquem de gente læ-
tronum,*
Inmitem, rabidum, vultuque & voce minaci
Terribilem: qui me maculoſum aſpergine morum
In 22 præceps, ut prædo, trahat, nigriſque ruentem
Immergat ſpecubus, cuncta exacturus, aduſque
Quadrantem minimū, damnoſæ debita vitæ.
23 Multa in theſauris Patris eſt 24 habitatio Chriſte,
Diſparibus diſcreta locis. non poſco beatâ
In regione domum: ſint illic caſta virorum
*Agmina 25 pulvereum quæ dedignantia 26 cen-
ſum*
Divitias petiere tuas: ſit flore perenni
Candida virginitas, animum 27 caſtrata reciſum
At mihi Tartarei ſatis eſt ſi nulla miniſtri
Occurrat facies, avida nec flamma Gehennæ
*Devoret hanc animam, merſam fornacibus
imis.*
Eſto: cavernoſo, quia ſic pro labe neceſſe eſt
Corporeâ, triſtis me ſorbeat ignis Averno:
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent, æſtuque calor languente tepeſcat.
Lux immenſa alios, & tempora vincta coronis
28 Glorificent: me pœna levis clementer adurat.

22. profundum 23. multiplcx. 24. manſio. 25. terrenum. 26. pecuniam. 27. caſtigata. 28. lætificent.

ARGU-

ARGUMENTUM.

SCripturus Poëta Pſychomachiam, præmittit procœmium, in quo dicit, eum, qui per virtutes ſit cum vitiis decertaturus, debere in fide fundamenta jacere. Itaque affert hiſtoriam ex Geneſi, dicens, quod Abraham â fide orſus. Quia quemadmodum cap. 12. legimus, cum apparuiſſet ei Deus, dixiſſetque, *ut egrederetur de terra & de cognatione ſua, & de domo patris ſui: & quod daturus ſit illi innumeram poſteritatem, credidit monenti: & egreſſus inde cum tota familia ſua venit in terram Chanaan.* Et iterum cap. 15. ubi eadem repromiſſio ad Abraham facta repetitur, ſubdit: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.* Et quemadmodum poſt fidem acceptam, cum quatuor illi reges, de quibus cap. 14. profligaſſent fudiſſentque Reges pentapoleos, i. quinque illarum civitatum, quæ divino poſtea judicio perierunt. Loth quoque Abraham ex frate nepotem, qui in Sodomis habitabat, cum omni ſubſtantia duxiſſent captivum: cumque Abra-

ham nuncio ejus rei accepto expediſſet trecentos decem & octo ſervos vernaculos, regesque inſecutus cecidiſſet, nepotemque cum præda recuperaſſet: ita & nos cum vitiis decertaturi à fide auſpicabimur; atque ita demum fide, quæ aliarum virtutum eſt fundamentum, muniti, cum vitiis confligemus. Æ.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS IN PSYCHOMACHIAM 1 PRÆFATIO.

2 SEnex fidelis, 3 prima credendi via,

1. I. Pſychomachia græcè, latine dicitur animæ certamen, eo quod ibi bella figurentur, quibus adverſus [vitia fidelis] anima præliatur. Sed textum narrationis de libro Geneſis aſſumta præcedit præfatio, ut ſequens opus divina melius commendet auctoritas. 2. Æ. ordo eſt: Abram ſenex fidelis, i. qui fide potiſſimum cenſetur: quia, ut diximus, credidit Abraham Deo. 3. quam credituri debemus imitari. I. ita recte vocatur Abraham, ut ſcriptum eſt: credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. Propterea non ſolum pater eſt circumciſionis ſed & omnium eorum

Abram, 4 beati ſeminis 5 ſerus pater,
6 Adjecta cujus 7 nomen auxit ſyllaba,
Abram parenti dictus, 8 Abraham Deo;

eorum, qui ſectantur ejus veſtigia fidei. H. *via eſt*) abeſt verbum ſubſtantivum ab omnibus noſtris, quod mirificas h. l. turbas concitarat: Eſt enim Epexegeſis, ut jam dictum Cathem. præfat v. 26. Cetera diſtinctione juvimus 4. I. Chriſti ſexus pater extitit, ut non tantum dilatione deſideria creſcerent, ſed etiam, ut ad excipiendam gratiam multis eruditionibus corda praepararentur, diuque expectata redemtio tandem adveniens gratior haberetur. 5. Æ. quia *ſero* h. e. anno ætatis centeſimo Iſaac genuit. 6. I. ajunt Hebræi, quod He literam de nomine ſuo, quod apud eos tetragrammaton eſt, Abræ Deus dederit; ut, qui prius pater excelſus appellabatur, poſtea multorum, ſubauditur, populorum ſive gentium pater vocaretur. 7. Æ. ſc. Abram, *ſyllaba adjecta* ſc. *ha*, elemento adſpirato addito, ſive potius interjectio, *auxit nomen:* ut ex Abram factus ſit *Abraham*. Ideo ſubdit; *Abram parenti dictus*, â patre ſuo Thare. 8. ex Gen. cap. 17. dixit namque illi Deus: *non vocabitur nomen tuum, Abram, ſed vocabitur Abraham., quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Hieronymus in libro Hebraicarum quæſtionum hunc locum exponens: *dicunt*, inquit, *Hebræi, quod ex nomine ſuo Deus, quod apud illos eſt tetragrammaton, h. e. quatuor literarum*, h. *lite-*

9 Senile 10 pignus qui 11 dicavit 12 victimæ,
Docens, ad aram cùm 13 litare quis velit,
14 Quod dulce 15 cordi, quod 16 pium, quod unicum,
Deo libenter offerendum 17 credito;

---

nam Abraham dederit; dicebatur enim Abram, quod eſt pater multitudinis: nam quod ſequitur, gentium, non habetur in nomine, ſed intelligitur. 9. Iſaac filium, quem, ut diximus Abraham centenarius genuit. *Pignus* autem pro filiis ſæpe legimus. I. qui in ſenectute datus ei fuerat. Offerens filium, qui fuit ſenile pignus. 10. Pignera filii nuncupantur, eo quod in eis ſpes habeatur futuræ poſteritatis. 11 conſecravit. 12. ad victimam. Æ. deſtinavit ſive devovit. Virg. 2. Æneid. *& me deſtinat ara.* 13. ſacrificio aliquid â Deo impetrare. I. immolare. lito derivatur â linio, & eſt frequentativum, licet aliud ſignificare videatur. 14. ſicut Abraham unigenitum, quem diligebat, obtulit: ſic offerendum Deo credat fidelis, quicquid præcipuum cordis invenerit, 15. ſc. eſt. H. & hic jubent exeſſe verbum ſubſtantivum libri veteres. 16. I. dilectum. Æ. *dulce, pium, unicum*) quæ tria fuerunt ex Iſaac Patri. Nam quid potuit dulcius eſſe Abraham, filio in ſenectaex uxore genito? quid obſequentius eo, qui patri ſe victimam præbuit? nam quod unicus ex uxore fuerit, ſatis conſtat, cum ex Agar ancilla prius Iſmaëlem, & poſteà ex Cetura plures genuerit. 17. cui

18 *Pugnare noſmet cum* 19 *profanis gentibus*
Suaſit, ſuumque ſuaſor 20 *exemplum dedit:*

cui credi neceſſarium eſt, id quod & ipſe fecit: & *reputatum eſt illi ad juſtitiam.* 18. ſenſus eſt; quod Abraham, cum Loth captivum audiſſet ab illis quatuor regibus qui Pentapoleos fines, ubi Loth habitabat, populati ſunt, collecta ſervorum manu illos perſecutus, & nepotem reſtituit libertati, & omnem prædam cum victoria reportavit. Deinde centenarius ex Sara nonagenaria filium legitimum procreavit. Poëta nunc moraliter rem geſtam exponens dicit, quod quemadmodum Abraham profligatis hoſtibus genuit filium ex uxore; ita & nos, ſuperatis hoſtibus ſpiritualibus, qui ſunt caro, mundus & dæmonia, debemus gignere liberos legitimos, i. opera virtutis Deo placentia, ex anima, quæ vitiis antea erat ſterilis & oppreſſa, nunc vero illis expulſis libera. Dicit igitur: *ſuaſit* ſc. Abraham, *pugnare cum profanis gentibus*, i. cum vitiis: quemadmodum ille pugnavit cum quatuor regibus. 19. I. profanæ gentes ſunt paſſiones animæ & vitia. Sunt portenta cordis & animæ paſſiones, quæ cupiditas, lætitia & ægritudo. Unde & Virgil canebat: *Cupiunt, gaudentque, dolentque.* 20. ſicut ille vero reges perdidit: ita nos exterminare vitia ſvaſit, quibus in quinque ſenſibus ſubjugati ſumus. Nam Abraham ſpiritum bellicoſum ſignificat: quinque reges, quinque ſenſus corporis: Loth, fidem captam à vitiis; quam relaxat ſpiritus bellico-

Nec antè 21 prolem conjugalem gignere,
Deo 22 placentem, matre Virtute 23 editam,
Quâm 24 ſtrage multâ 25 bellicoſus ſpiritus
26 Portenta cordis ſervientis vicerit.

licoſus. CCCXVIII. verniculi fidem ſignificant, quæ in Niceno concilio eſt conſtituta â CCC. tis XVIII. Epiſcopis. Sed X. ad decalogum; VIII. ad octo beatitudines pertinere poſſunt. Qui his omnibus caret, nunquam ad prædictas bratitudines perveniet. 21. fructum boni operis. Æ. ex uxore legitima, i. anima vitiis libera: ut ille ex Sara Iſaac genuit, ut Apoſtolus ait, non ſecundum carnem, ſed ex promiſſione. 22. H. *Deo parente*). *Deo placentem* noſtri omnes cum Aldo. Sic Quirini paſſione, *Quirinum placitum Deo*. Mox *portenta cordis ſervientis*. Put. & Oxon. cum duobus Weitzianis. Sic Hymn. Cathem I. *ne mens ſopori ſerviat*. Hymno III. *hac opulentia Chriſticolis ſervit*. Hymno XII. *non ille ſervit noxiibus*. Atque ita porro. Infra hoc ipſo carmine, *quæ capta fœda ſerviat libidini*. 23. l. prolatam, procreatam. 24. cæde. 25. ratio quæ eſt in anima, pugnam exercens contra vitia. Ab harum ſervitute cum cor bellicoſus ſpiritus liberaverit; erit conſequens, ut de matre virtute placens Deo proles creetur, boni ſc. operis fructus. Æ. recta ratio & & prudentia, vitiorum profligatrix. 26. vitia & peſtes animorum: quæ ſedem in corde ſibi fixerunt. Sed quia pugna illa, quam Abraham pugnavit pro liberando nepote, nimis ſtricte

peracta

Victum 27 feroces fortè 28 Reges 29 ceperunt
30 Loth, 31 immorantem 32 criminoſis urbibus
Sodomæ & Gomorræ: quas 33 fovebat advena
34 Pollens 35 honore 36 patruelis gloriæ.
Abram, 37 ſiniſtris 38 excitatus nuntiis,

peracta eſt, iterum per partes, quo pacto res eſt geſta exponit. I. monſtra vel vitia. 27. Æ. argumentum hujus hiſtoriæ ex Gen. cap. 14. delineatum eſt. 28. hi quatuor fuerunt Amraphel rex Senear; Arioch rex Ponti, Godorlogomor rex Elamitarum & Thadal rex gentium. 29. I. merito capitur, qui cum criminoſis moratur; immo delegerat immorari; contra quod Moyſes ad populum, diſcedite, inquit, â tabernaculis hominum impiorum, haud dubium, quin dicat abire, ne & ipſi involvantur in peccatis eorum. 30. Æ. cum popularentur fines Pentapoleos, ubi forte fortuna eo tempore Loth habitabat. 31. l. habitantem. 32. Æ. crimine illo peſſimo, quod ab ipſis cognominatum eſt. 33. illuſtrabat. I. incolebat, diligebat. 34. creſcens ſive fulgens & abundans, ſicut ſcriptum. recordatus eſt Deus Abraham & liberavit Loth de ſubverſione urbis. 35. ob honorem patrui Loth poſſebat, ſicut ſcriptum eſt &c. vel certe, quia apud omnes Abraham Propheta Dei habebatur. 36. Abrahæ. Æ. Abraham patrui ſui, q d. quod Loth cauſa patrui ſui & illuſtrabat illa loca & honorabatur ab illius loci incolis. 37. ſiniſtrum nuncium afferentibus. l. con-

Nec antè 21 prolem conjugalem gignere,
Deo 22 placentem, matre Virtute 23 editam,
Quâm 24 ſtrage multâ 25 bellicoſus ſpiritus
26 Portenta cordis ſervientis vicerit.

licoſus. CCCXVIII. verniculi fidem ſignificant, quæ in Niceno concilio eſt conſtituta à CCC.tis. XVIII. Epiſcopis. Sed X. ad decalogum; VIII. ad octo beatitudines pertinere poſſunt. Qui his omnibus caret, nunquam ad prædictas bratitudines perveniet. 21. fructum boni operis, Æ. ex uxore legitima, i. anima vitiis libera: ut ille ex Sara Iſaac genuit, ut Apoſtolus ait, non ſecundum carnem, ſed ex promiſſione. 22. H. *Deo parente*) *Deo placentem* noſtri omnes cum Aldo. Sic Quirini paſſione, *Quirinum placitum Deo.* Mox *portenta cordis ſervientis* Put. & Oxon. cum duobus Weitzianis. Sic Hymn. Cathem I. *ne mens ſopori ſerviat.* Hymno III. *hac opulentia Chriſticolis ſervit.* Hymno XII. *non ille ſervit noctibus.* Atque ita porro. Infra hoc ipſo carmine, *quæ capta fœda ſerviat libidini.* 23. I. prolatam, procreatam. 24. cæde. 25. ratio quæ eſt in anima, pugnam exercens contra vitia. Ab harum ſervitute cum cor bellicoſus ſpiritus liberaverit; erit conſequens, ut de matre virtute placens Deo proles creetur, boni ſc. operis fructus. Æ. recta ratio & & prudentia, vitiorum profligatrix. 26. vitia & peſtes animorum: quæ ſedem in corde ſibi fixerunt. Sed quia pugna illa, quam Abraham pugnavit pro liberando nepote, nimis ſtricte peracta

Victum 27 feroces fortè 28 Reges 29 cepe-runt 15
30 Loth, 31 immorantem 32 criminoſis urbibus
Sodomæ & Gomorræ: quas 33 fovebat advena
34 Pollens 35 honore 36 patruelis gloriæ.
Abram, 37 ſiniſtris 38 excitatus nunciis,

peracta eſt, iterum per partes, quo pacto res eſt geſta exponit. I. monſtra vel vitia. 27. Æ. argumentum hujus hiſtoriæ ex Gen. cap. 14. delineatum eſt. 28. hi quatuor fuerunt Amraphel rex Senear; Arioch rex Ponti, Godorlogomor rex Elamitarum & Thadal rex gentium. 29. I. merito capitur, qui cum criminoſis moratur; immo delegerat immorari; contra quod Moyſes ad populum, diſcedite, inquit, à tabernaculis hominum impiorum, haud dubium, quin dicat abire, ne & ipſi involvantur in peccatis eorum. 30. Æ. cum popularentur fines Pentapoleos, ubi forte fortuna eo tempore Loth habitabat. 31. I. habitantem. 32. Æ. crimine illo peſſimo, quod ab ipſis cognominatum eſt. 33. illuſtrabat. I. incolebat, diligebat. 34. creſcens ſive fulgens & abundans, ſicut ſcriptum. recordatus eſt Deus Abraham & liberavit Loth de ſubverſione urbis. 35. ob honorem patrui Loth pollebat, ſicut ſcriptum eſt &c. vel certe, quia apud omnes Abraham Propheta Dei habebatur. 36. Abrahæ. Æ. Abraham patrui ſui, q. d. quod Loth cauſa patrui ſui & illuſtrabat illa loca & honorabatur ab illius loci incolis. 37. ſiniſtrum nuncium afferentibus. I. con-

Audit propinquum ſorte captum bellicâ,
Servire duris 39 barbarorum vinculis:
Armat trecentos 40 terque ſenos vernulas,
Pergant ut hoſtis terga 41 euntis cædere;
1 Quem gaza dives ac triumphus nobilis
Captis 2 tenebant 3 impeditum copiis.
Quin ipſe ferrum 4 ſtringit, & 5 plenus Deo
Reges ſuperbos 6 mole prædarum 7 graves
8 Pellit fugatos 9 ſauciatos 10 proterit,
Frangit 11 catenas & rapinam liberat:
Aurum, puellas, parvulos, 12 monilia,
Greges equarum, vaſa, veſtem 13 buculas.

I. contrariis. Siniſter nuncius erat, qui adverſa captivitatis, nepotemque captum ſervire barbaris nunciabat. 38. conturbatus. 39. gentilium. 40. XVIII Æ. duodeviginti. 41. cum præda ſe in patriam recipientis. 1 I. euntem hoſtem, divitis gazæ copia impeditum fecerat. 2. H. *tenebat*) *tenebant* ſcripti cum Aldo 3, I. hoſtem pro hoſtibus ſign. poſuit pro plur. ut eſt illud: *venit muſca graviſſima, captis copiis*) divitiis, Æ. adverſariis pentapoleos ſuperatis 4. evaginat. 5, quoniam plenus Deo erat, ideo adverſas acies facile ſuperabat. 6. magnitudine. 7. Æ. onuſtos. 8. I. hic invenitur ſchema, quod Hypozeuxis apellatur; videlicet ubi diverſa verba ſingulis quibusque clauſulis proprie junguntur. 9 vulneratos. 10. Æ. proculcat & profligat. 11 quibus erat impeditus Loth. cum reliquis captivis. 12. I. ornamenta; pro omni ornatu. 13. vaccas; greges vaccarum

Loth ipſe ruptis 14 expeditus nexibus
15 Adtrita 16 bacis colla liber erigit.

carum armenta boum. 14. liberatus. velox vel ſolutus. 15: Æ. quia antea, quam ab hoſtibus caperetur, geſtabat monilia bacata, i. gemmata. Virg. 15. Æneid. *colloque monile bacatum*. 16. H. *attritus boiis*) primo non eſt audiendus Gruterus, qui adverſus fidem membranarum veterum huc vocabulum obſoletum revocare contendit, reponens *Artita colla*, quod & Hymno Hèmeterii is ipſe ibat repoſitum.

Et chalybs artita colla gravibus ambit circulis.

Atqui *colla jugis attrita* paſſim de bubus & equis apud Poëtas occurrunt, pro *boiis* ſolus ex noſtris Thuaneus *boigis*, Ceteri cum Aldo *bacis* aut *baccis*. Sed *bacis* vetuſtiores, quæ vera eſt orthographia; ut Giphanio etiam videbatur. Pari modo noſtri quoque Hymno I. Peri Steph: *carcer illigata duris colla bacis inpedit.* Additum in Rottendorphio priore: *baca proprie dicuntur fructus lauri, ſive racemi ederarum, ſed hic pro nodis catenarum ponuntur. Bacca vero per duo cc. miniſtra Bacchi ſunt. Circulos* vocavit Prudentius loco jam prolato, quos nunc *bacas catenarum* dicit. Et hanc lectionem ſequor, etſi nequaquam ignoro Victorem Giſelinum ire in contraria. Vetuſtiſſimus etiam Puteaneus diſertim *bacis*. Superiori verſu noſtri

præter

Abiam triumſi diſſipator 17 hoſtici
Redit receptâ prole 18 fratris inclitus;
19 Ne quam fidelis 20 ſanguinis 21 proſapiam
22 Vis peſſimorum poſſideret Principum.
Adhuc recentem 23 cæde de tantâ virum
Donat ſacerdos 24 ferculis cæleſtibus:

præter Puteaneum eundem *expeditus vinculis*. Quos non ſequor. I. *Bojis*) *boja* eſt apta catena colli. Bacas nominat vincula ob rotunditatem; ſed & teretes gemmæ bacæ dicuntur; ut illud; *oneretque bacis colla rubri litoris*. Nam & oleæ fructus ſive lauri bacas vocamus. Baga ferrum ga dicitur, quo captiva ſæpe mancipia ſtrictis collis & manibus aguntur. 17. hoſtilis. 18. Æ. Loth, qui erat filius Aran, fratris Abraham. 19. ne aliqua violentia. H. *ne quam proſapiam*) *ne qua* in Oxonio. Quod Giphanio ſe probavit immerito. *Proſapiem* ex ſcriptis ſuis Weitzius. I. *quam*) aliquam. 20. cognationis. 21. poſteritatem, progeniem. Indignum quippe erat, ut progeniem fidelis ſanguinis, peſſimi poſſiderent principes. 22. poteſtas. 23. Æ. cruentatum. Virg. 2. Æneid.

Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti.

24. I. cibis. Metaphora. eſcis vel menſis.

25 Mel

Dei 25 ſacerdos, Rex & idem 26 præpotens;

(27 Origo cujus fonte 28 inenarrabili

25. Melchiſedech. Æ. Melchiſedech rex Salem, qui Abraham reportanti ex hoſtibus victoriam occurrit, offerens illi panem & vinum. *ferculis cæleſtibus*) alludit ad illud, quod ſcribitur Pſalmo 109. *tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*: qui panem & vinum, h. e. confecrationis materiam Abraham victori obtulit. Sed cujus hic fuerit filius ignoratur. Paulus in Epiſtola ad Hebræos cap. 7. *Melchiſedech*, inquit, *Rex Salem ſacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde regum & benedixit ei: cui & decimas omnium diviſit Abraham.* Primum quidem qui interpretabatur *Rex juſtitiæ*, deinde *Rex Salem* quod eſt rex pacis, ſine patre & matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens: aſſimilatus autem Filio Dei manet ſacerdos in perpetuum. Hebræi, referente Hieronymo in lib. Hebr. quæſt. dicunt, *hunc fuiſſe Sem, filium Noæ*: & ſupputantes annos vitæ ſuæ oſtendunt ad Iſaac usque ætatem perveniſſe. Et eſt ordo: Melchiſedech, Dei ſacerdos & item rex præpotens, ignotus qua ſtirpe, quia (ut dicit Apoſtolus) *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia.* Itaque idem Hieronymus ad Euagrium ſcribens *agenealogon Melchiſedech* appellat. 26. I. valde potens 27. H. abſunt hi duo verſus à Puteaneo. Mox *hoſpita mapalia*, non *magalia* noſtri omnes. 28. Æ.

29 Secreta nullum 30 prodit, 31 auctorem ſui:)
32 Melchiſedec, qua ſtirpe, quis 33 majoribus,
Ignotus, uni cognitus tantum Deo.
34 *Mox & 35 triformis Angelorum trinitas*
Senis reviſit hoſpita 36 mapalia,

principio, quod enarrari non poteſt juxta illud Eſaiæ, *generationem ejus quis enarrabit?* 29. quæ ignoratur. I. ſcriptura, ut Apoſtolus ait: ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. Neque initium dierum neque finem vitæ habens. Nihil enim eorum ſcriptura refert. Aſſimilatus autem Filio Dei manet ſacerdos in perpetuum. Et figuram Dei tenuit, qui ſine initio vel principio fuit. 30. Æ. oſtendit. 31. progenitorem. 32. I. interpretatur rex juſtitiæ. Nam Græce Melchos rex, Salech, juſtitia. & jure. quia ipſe ſignificat Chriſtum, qui eſt rex juſtitiæ. 33. quibus anteceſſoribus natus, i. patribus. Æ. quibus parentibus, avis, atavis. 34. ſc. poſt oblationem panis & vini, 35. ex Gen. cap. 14. ubi legitur, quod *apparuerunt Abraham tres angeli in ſpecie virorum*; ſed quod aliquando de tribus fit mentio quaſi de uno, aliquando ſingulatim quaſi de pluribus, ita per tres angelos intelligimus Trinitatem, ſicut ſupra per *Melchiſedech* Chriſtum Jeſum. 36. domos paſtoritias. Virg. 3. Georg. *raris habitata mapalia tectis.* Eadem & *magalia* dicuntur. I. *magalia*) Hütten Mapalia & magalia idem ſunt, i. caſæ paſtorum, quæ & tugurium.

37. quis

Et jam 37 vietam 38 Sarra in alvum 39 fertilis

37. *quietam*) â partubus. i. ſterilis. Vieta dicitur curva; unde & vimina â curvando. Æ. langvida & ſine vi, h. e. naturalibus privata viribus, ut exponit Feſtus. Cicero II. de divinat.

Bovis exile & exiguum & vietum cor.

H. *& jam quietam Sarra in alvum fertile munus venire*) Sic Weitzius. *Vieta* in Bigotiano. Giſelinus & Aldus, *& jam vieta Sara in alvo fertilis munus juventa*. Scribe ex noſtris.

Et jam vietam Sarra in alvum fertilis
Munus juventa mater exſanguis ſtupet.

Niſi quod in Thuaneo *quietam*, in Oxonio *vieta*. *Juventa fertilis in vietam alvum*, ut præf. Apotheoſ. v. 47. *fertilis in herbam* quod illic reſtituimus. *τὸ vieta* Prudentio familiare eſt. Cathem. Hymno VII.

Oblita lactis jam vieto in pectore

Lib. II. contra Symm.

Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum
Votivo de ponte patrem. Item *Crinibus albentem niveis & fronte vieta.* *Vieta veſtis aranea*, apud Lucretium. Et ſic apud eundem puto ſcribendum ſub finem Lib. II. qui verſus vulgo ejiciuntur:

Triſtis item vetulæ vitis ſator atque vietæ
Temporis incuſat nomen, ſeclumque fatigat
Et crepat antiquum.

Munus 40 juvenerat mater 41 exſanguis ſtupet,
Herede gaudens, & 42 cachinni pœnitens,
Hæc ad 43 figuram prænotata eſt 44 linea,

In ſcriptis exemplaribus *vitis ſator atque fatigat. Vieta membra* Horatio Epod. XII. plura de hoc vocabulo ex Cicerone, Plauto, Terentio, Gellio, alijs collegit Zinzerlingus cap. 5. Promulſidis criticæ. 38. Æ. Abraham uxor, quæ interpretatur *Princeps.* Nam antea *Sarai* i. *Princeps mea* dicebatur. I. Nam Sarai ante vocatur, quæ interpretatur Princeps mea, i. gentis Judæorum. Poſtea mutato nomine Sarra dicta eſt, i. Princeps, abſolute, ſubauditur, omnium gentium. 39. *Æ. in alvo fertilis*) q. d. licet fronte rugis ſulcata & reliquis viribus corporis deſtituta, fœcunda tamen erat. 40. miratur ſe præſtare officium juvenculæ, h. e. parere. 41. quia in ſenibus ſangvis eſt diminutus. Lucan. in 11. de Martiâ:

Dum ſangvis inerat, dum vis materna, peregi
Juſſa, Cato.

I. ſicut ſcriptum eſt: Deſierant Saræ fieri muliebria. 42. De riſu patris, non matris dictus eſt Iſaac: quoniam iſte venerat ex dubitatione; propter quod & mulier reprehenditur; ille vero de gaudio. Æ. riſus, quando videlicet riſit poſt oſtium tabernaculi, audiens ex angelo, quod filium eſſet paritura; unde & *Iſaac riſus* interpretatur. 43. ex hiſtoria ſuperius enarrata infert ſenſum allegoricum, dicens: Hæc, ſc. linea, i. hiſtoria, quæ per quan-

45 Quam noſtra recto vita 46 reſculpat 47 pede:
Vigilantum in 48 armis pectorum fidelium,
Omnemque noſtri portionem 49 corporis,
Quæ 50 capta fœde 51 ſerviat libidini,
52 Domi 53 coactis 54 liberandam viribus

quandam figuram oſtendit nobis viam, quâ ſit in hâc vitâ proficiſcendum ad alteram. 44. I. umbra, figura. forma. Ut pictorum eſt, futuras imagines quibusdam prius lineis adumbrare; ita omnia in figurâ contingebant illis. Scripta autem ſunt propter nos; quæ utique rectis greſſibus adimplenda ſunt. 45. lineam 46. renovet. Æ. q. d. hiſtoria oſtendit nobis lineam, i. ſemitam anguſtam, ſed nos debemus eam reſculpere, i. atterendo dilatare pede recto, non declinando ad dexteram neque ad ſiniſtram 47. I. tramite. ſenſu. 48. armis ſc. lucis induti. portionem noſtri corporis, quæ per Loth, qui interpretatur declinans, accipitur, â fœdæ libidinis ſervitute cohibeamus, adunatis introrſum viribus; ut illud: Quodcunque invenerit manus tua, conſtanter operare. quia neque opus, neque ratio nec ſapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Arma pectorum, virtutes ſunt. Æ. Ita habent omnes codices, ſed ut conſtet ſenſus, *in animis* potius legendum eſt. 49. partis irrationalis, quæ membris & partibus corporis utitur, cum ab imperio rationis rebellat. 50. I. adprehenſa. 51. pro ſerviebat. 52. in te. Domus noſtra eſt mens noſtra. Æ. vernaculis domeſticis, quod & Abraham fecit. Quia, ut Cicero dicit *in morbis cor-*

 poris

55 *Nos eſſe* 56 *largè* 57 *vernularum divites,*
Si quid 58 *trecenti, bis novenis additis,*
Poſſint, 59 *figura noverimus myſtica.*

poris, opus medico externari habemus, at in animi vitiis remedia ipſa intra nos ſunt, atque illud imprimis, velle curari. Quare *vires domeſtic as* vocat prudentiam, ſolertiam & ejusmodi virtutes. 53. I. collectis, congregatis. 54. Æ. à vitiorum miſerâ ſervitute libertati veræ reſtituendam. 55. I. ſc. docet 56. abundanter. Abunde domeſticorum divites ſumus, ſi CCC. X. & VII. fidem patrum inconcuſſam tenuerimus. Æ. valde copioſi. 57. I. bonarum virtutum. virtutibus. 58. iſti treceenti myſterium ſignificant, ſc. Crucis. Tau enim, qui figuram ſanctæ Crucis, trecentos ſignificat. Si vis ſcire de decem & octo, lege Arithmeticæ minorem numerum intra novem computatis. Significat in templo Conſtantini CCC.tos X. & VIII. Epiſcopos defendiſſe Eccleſiam DEI contra hæreſin Arrianorum. Æ. Trecentum, decem & octo. Quid autem numerus ille ſignificet, conſulendus eſſet quispiam Pythagoricus, qui in hujusmodi rationibus numerorum verſatur. Sed ego nullum aliud myſterium video per Abraham comites ſignificari, niſi trecentos decem & octo Epiſcopos illos, qui in Concilio Niceno interfuerunt, ubi multa de Chriſtiana Religione conſtituta ſunt: ſed inprimis de fide, quâ cenſetur Abraham; ibi namque *Symbolum Nicenum* eſt conflatum. 59. ſecreta & divina. i. in figura.

60. Per

Mox 60 ipſe Chriſtus, qui 61 ſacerdos verus eſt,
1 Parente natus alto & in 2 ineffabili,
3 Cibum beatis offerens 4 victoribus,
Parvam 5 pudici cordis intrabit 6 caſam,

60. Per fidem igitur perturbationibus ſuperatis, ſenſibusque corporis libertate donatis, nihilque de nobis vindicante peccato; tum demum Chriſtus, qui Sacerdos verus, ſe ipſum obtulit immaculatum DEO, victoribus dignanter occurrens, panem corporis vinumque ſui ſangvinis offert. 61. Æ. qui ſecundum ordinem Melchiſedech ſe ipſum in ſpecie panis & vini obtulit. 1. I. ut ait Propheta, generationem ejus quis enarrabit? H. *parente inenarrabili atq; uno ſatus)* in Puteaneo *parente natus alto & ineffabili.* Et ſic Weitziani tres cum Aldo. quam ſcripturam Giphanius ad Lucretium quoque eſt amplexus. Ut pes quartus ſit dactylicus, eliſione excluſa. Vide Cathem. hymno XII. v. 131. *inenarrabilis* jam præceſſerat. v 41. 2. Æ. ſicut Melchiſedech. incognito. 3. I. æternam refectionem. 4. Æ. ſc. qui ſuperaverunt animi vitia. 5. I. cordis etiam pudici humilem mentem hoſpita Trinitas intrare dignabitur; juxta illud: Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus. 6. manſvetudinem. juſtitiam ſcrutans uniuscujusque cordis. Æ. *Abraham,* per quem intelligimus *victorem vitiorum*: qui tamen poſſit dicere: Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. 7. quia honorificum eſt Abraham

Manſurus honorem Trinitatis 7 hoſpite.
8 Animam deinde 9 ſpiritûs 10 complexibus
Piè 11 maritam, 12 prolis 13 expertem diu,
Faciet perenni 14 fertilem de 15 ſemine.
Tunc ſera 16 dotem poſſidens 17 puerpera,

quod Trinitas in domum ſuam divertat; & ita animam à vitiis purgare, quod ſit templum Trinitatis. I. ſi nos bellum contra vitia geſſerimus, tunc intrabit Trinitas habitaculis noſtris, & fœcundabit ea filiis virtutum. Hoſpita apud veteres fœm. gen. apud nos communis generis. 8. quam Sarra ſignificat. Æ. ordo eſt: deinde Chriſtus faciet animam maritam, i. copulabit illam ſibi quaſi ſponſam. 9. Spiritus S. copula. I. per Spiritum intelligere vult Abraham, per animam Sarram. 10. complexus ſpiritus eſt animam animalis eripere. 11. Syncopa, i. conjunctam, q. maritatam, à verbo, quod eſt marito, as. H. *mariam* Cauchium malle video ex ſcripto codice. Aliter noſtri. 12. Æ ſterilem bonorum operum, cum erat ſub peccatorum dominatione. I. virtutum ſpiritualium. 13 ignotam. 14. fructiferam, cum bonis operibus. Æ. fœcundam. contra id, quod dixit, *ſterilem*. 15 I. ſi ſemen eſt verbum Dei; conſequenter & filii opera ſunt, quorum utique mercede in fine dominabimur; non fœminam, i. non molle quid ac reſolutum, ſed puerum i. forte ac ſolidum parientes; ut illud: cum autem pepererit puerum. 16. ſc. virtutum. Vitam beatam vel juſtam. Hos ſinit intrare, quos dignos probat. 17. puerum pariens. Æ. ani-

18 *Herede digno* 19 *patris implebis domum.*

anima prolis fœcunda. *Poſſidens dotem*) qua fuit dotata cum primum creata eſt, h. e. innocentiam. 18. ſeipſa. l. ſecundum illud: filii tui ſicut novella olivarum & alibi: dirige filios eorum. ac paulo poſt: & opera manuum noſtrarum dirige ſupra nos. 19. oſtenditur per divinitatem & humanitatem; quæ cum ſint duo, non tamen duo, ſed unus eſt Chriſtus. Æ. regnum cœli, in quo noſtra merces repoſita eſt.

ARGUMENTUM.

TAmetſi in procœmio ſuperiori Prudentius inſinuavit, quâ de re in hoc opere ſcripturus erat, cum Poëtarum Latinorum moris ſit prius proponere, deinde invocare, tunc denum proſequi opus inſtitutum; hoc in loco ſimul invocat & proponit, Poëtas Græcos imitatus, ut Homerus in Iliade: *iram pande mihi Pelida diva ſuperbi.* & in Odyſſea. *Dic mihi muſa virum captæ poſt tempora Trojæ.* Sed quia Poëtarum eſt Deos earum rerum præſides, de quibus ſcripturi ſunt, invocare: Chriſtum, quocum nobis humanitatis commercium eſt, quique per redemtionem vel peculiari quadam jure noſter eſt Dominus,

 more

more Poëtarum invocat, ut nobis, in hac pugnâ rationis cum parte animi irrationali adſit, quandoquidem ipſe & per ſe & per Nuncios ſuos, Apoſtolos & Prophetas illud ipſum debere facere, multis in Sacræ Scripturæ locis hortatus eſt. Æ.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS

PSYCHOMACHIA.

1 *Chriſte, 2 graves hominum ſemper 3 miſerate labores,*

Qui 4 patriâ virtute 5 cluis propriâque, ſed 6 unâ,

---

1. Æmulatio eſt Virgiliana ex Æneid. 6.

Phœbe graves Trojæ ſemper miſerate labores.

2. I. magnos. 3. particip. à verbo miſeror, aris, quod regit Accuſat. Hinc etiam miſerans ait: venite ad me omnes, qui laboratis. 4. paterna. Paterna virtus Chriſtus eſt ſubſtantiva, non accidens; neque ſecunda qualitas Patris, ſed Filius ejus eſt, quia non à ſe, ſed ab eo ipſo genuit ſe. 5. creſcis, polles. Æ. pugnas & es potens; id enim *cluere* ſignificat. Unde & *DEI brachium* in Scriptura appellatur; & Apoſtolus *illum portare omnia verbo virtutis ejus* dicit. Et qui centones ex Virgilii poë-

(7 *Unum namque Deum colimus de nomine & utroque:*
Non 9 tamen & ſolum, quia tu Deus ex Patre, Chriſte)

poëmate compegerunt, ſignificanter Patrem ad Filium loquentem inducunt:

Nate mea vires, mea magna potentia, ſolus.

6. quia illa virtus, cum ſit Patris, eſt & propria Filij; quia una & eadem eſt in utroque virtus. I. ſc. ſubſtantia. 7. Æ. per parentheſin interponit duos verſus, reddens rationem, cur eadem ſit virtus Patris & Filij; quia cum ſit idem Deus eſſentiâ, eſt tamen trinus in perſonis; ideo ſubdit, *non tamen & ſolum.* Neque enim ſatis eſt confuſe unum & eundem ſolum Deum confiteri, ſed explicare perſonas in divinis, ut *ſolum* referatur ad perſonam, ut Sedulius: *ſolus de ſolo:* itaque ſubjungit: *quia tu Deus ex Patre Chriſte*; ſubaudi, procedens per æternam generationem. 8. I. *nomine trino*) Pater & Filius & Spiritus S. H. *de nomine trino*) *de nomine utroque* in noſtris, & Weitzianis vetuſtioribus. Ut de DEO Patre & Filio tantum agat h.l. Et mox *animam fatigat*, non *animum*. 9. I. ſic in Deo credamus unitatem, ut ſolitudinē non admittamus. Unus enim eſt, non ſolitarius. 10. oſtende vel dic. Æ. ordo eſt: *Chriſte, Rex noſter, diſſere*, i oſtende, *quo milite*, quibus armis & auxilio; *mens armata*, de parte animi rationali intelligitur: *queat pellere culpas*, i. vitia, quæ occu-

10 Differe Rex noſter, quo 11 milite pellere culpas
Mens 12 armata 13 queat noſtri de pectoris 14 antro?
15 Exoritur quotiens 16 turbatis ſenſibus intus
17 Seditio, atque 18 animam morborum 19 rixa fatigat,
Quod tunc 20 præſidium pro 21 libertate tuendâ.

occupaverunt, alteram partem animi, Rationis expertem, quod appellat *antrum pectoris*, i. receſſum quendam, ubi vitia ſedes ſuas fixerunt. 11. i. exercitu fugare vitia. 12. Arma, inquit Apoſtolus, militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Dei. 13. poſſit. 14. cogitatione. 15. exceſcit vel evenit. Æ.q. velit dicere, ad expellendas animorum peſtes, tunc proſunt divina præcepta, parentum cohibitiones, atque (ut ait Ariſtoteles amicorum admonitiones atque conſilia, cum ſentimus ejusmodi bellum ultra nos geri, h. e. in quibus incontinentia locum habet. Nam *qui vitio ſtupet fibrisque increvit opimum pingue, demerſus ſumma rurſus non bullat in unda*. 16. i. congregatis. 17. diſcordia: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum: & retro. 18. cogitationem. *morborum*) vitiorum. 19. contentio tribulat. 20. auxilium. Æ. ſignificantius dixiſſet *ſubſidium* 21. i. quæ eſt ad protegendum, abſit, ut in ſe Chriſtus credentes vitiis expoſuerit, viribusque reddiderit deſtitutos, etiamſi maximis virtutibus nequaquam præditi ſint,

cum

Quæve 22 *acies* 23 *furiis inter* 24 *præcordia mixtis,*
25 *Obſiſtat* 26 *meliore manu.* 27 *hæc enim bene* 28 *ductor,*
Magnarum virtutum inopes, 29 *nervisque carentes*
30 *Chriſticolas vitiis* 31 *populantibus* 32 *expoſuiſti:*
33 *Ipſe* 34 *ſalutiferas* 35 *obſeſſo in corpore turmas*

cum dicat: Noli timere puſillus grex; benedicatque puſillis cum majoribus. State & nolite iterum jugo ſervitutis contineri. Alioquin qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. 22. ſc. obſiſtit. Æ. ſc. rationum, quibus utendum eſt contra appetitum. 23. l. vitiis vel ſuggeſtionibus, 24. interiora, integrum mentis ingenium. 25. contra ſtet. Æ. opponatur. 26. exercitu, â parte honeſtiore. l. cœleſti multitudine vel virtute. 27. quia. 28. autor vel dux. Æ. ſenſus eſt: *neque enim credibile eſt*, quod Simonides inquit, *invidiſſe Deum homini*, faciendo illum tot morbis atq; animorum peſtibus obnoxium: quin potius propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos, ut ait Apoſtolus miſiſſe Filium ſuum, ut eos, qui ſub peccati jugo erant, â miſerâ vitiorum ſervitute liberaret. 29. viribus. l. virtutibus, viribus. 30 Chriſtianos, qui Chriſtum colunt. 31. vaſtantibus. Æ. humanum genus evertentibus. 32. l. contra poſ. non depoſ. 33. induite, inquit, armaturam Dei. 34. ſignatas virtutes morales, quæ opponuntur vitiis. 35. l. circumſepta anima.

36. con-

36 Depugnare jubes; ipſe excellentibus armas
37 Artibus 38 ingenium, quibus ad 39 ludibria corda
Oppugnanda 40 potens 41 tibi dimicet, & tibi 42 vincat,
Vincendi 43 præſens ratio eſt, 44 ſi 45 comminus ipſas
Virtutum 46 facies, & 47 colluctantia contra
48 Viribus infeſtis liceat 49 portenta 50 notare.

36 contra vitia præcipis pugnare. 37. cœleſtibus adjuvas virtutibus. 38. ingenium potens, Chriſto potius vincat. Unde & Pſalmiſta: non nobis, Domine, ſed nomini tuo da gloriam. Itemque in Deo faciemus virtutem. 39 ad ludos, immunditiem. Æ vanas aut pernitioſas cogitationes, quæ nos illudunt. 40. I. habens cœleſte adjutorium. 41. ad tuum honorem, ad tuam laudem. Æ. ad nominis tui gloriam. 42. I. tunc caro lætatur, cum vitia vincit. 43. omni tempore parata ad prœlium. Æ. in promptu & manifeſta. 44 ſi mihi concedatur fingere atque ante oculos ponere. 45. prope, more illorum, qui confliĉturi ſunt. I. contra, ſine intermiſſione prope. in ſeq. ſiquidem opere contra invicem poſita ſunt, & repugnantia vitia, & expugnantes virtutes. Unde conicitur, vel ut pictis hiſtoriis omne carmen ab autore fuiſſe diſtinctum. 46. Æ. formas ſive figuras. 47. I. obſtantia repugnantia. 48 ſuggeſtionibus. 49. jure vitia portenta nuncupantur; non enim ſecundum naturam ſit, ſed naturæ contraria. Æ, vitia, quæ tam ſunt præ-
ter

Prima 1 petit 2 campum, 3 dubiâ ſub ſorte 4 duelli,
Pugnaturam Fides, 5 agreſti 6 turbida 7 cultu,

ter naturæ intentionem, quam hominem naſci bicipitem aut multipedem 50. l. componere, ſcribere. 1. intravit. Rectiſſime à fide cœpit, quæ teſte Apoſtolo, & initium bonorum, & virtutum eſt fundamentum. Alioquin quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Æ. Opponit atque in certamen committit fidem h. e. Chriſtianam religionem, atque gentilium impietatem, culturamque Deorum, quam primo congreſſu ponit fuiſſe ſuperatam: ut ſignificet videlicet, in iis, quæ ad convellendum contra nos inſurgunt, non eſſe dandum longis diſputationibus, ſed, quod dicitur, *oculis clauſis Andabatarum more pugnantes* primo impetu rem conficere. 2. l. Campus eſt mundus, in cujus fines prædicatorum ſonus exivit; nec apud eos, ſed apud incredulos ſors dubia videbatur. 3. Æ. *Sed dubia ſorte)* non quod victoria ſit dubia fortiter pro fide pugnanti; ſed ad naturam reſpexit, in qua fortuna plerumque dominari ſolet. 4. l. belli. Duellum, q duorum hominum bellum. 5. non enim ad prædicandum philoſophos, ſed piſcatores elegit. 6 irata. deformis, non ſecundum carnem militans. Æ. non quod per aliquam animi perturbationem in pugnam deſcenderit, ſed quod exarmata & nuda, utcunq; ſors illam offendit, ſolâ conſcientiæ atq; ſui fiducia ad primum inſtantis pugnæ clamorem occurrerit. Ideo dicit: *cultu agreſti*, i. inornato, 7. l. habitu.

8. promta

8 Nuda 9 humeros, 10 intonſa comas, 11 exſerta 12 lacertos,
Namque 13 repentinus 14 laudis 15 calor ad nova fervens
Prælia, nec 16 telis meminit, nec 17 tegmine cingi;
Pectore ſed fidens 18 valido, 19 membráque 20 retecta
Provocat inſani 21 frangenda pericula 22 belli.

8. promta ad bona opera. 9. nudos habens humeros. 10. inculta; quænon colebatur, ut virtus. 11. nudata ad prœlium. In carne, inquit, ambulantes, non ſecundum carem militantes. Æ. habens exertos, ac proinde ad conflictum magis expeditos. 12. I. brachia. 13. Et factus eſt repente de cœlo ſonus. 14. Æ. victoriæ; unde magnam laudem atque gloriam erat reportatura. 15 H in Puteaneo *labor* 16. Æ. armis ut vulgo dicitur, offenſivis. I. non enim in ſapientiâ verbi Syllogiſmos Ariſtotelis, ſive contorta Chryſippi ſancti prædicatores jaculati ſunt. 17 Æ armis defenſivis. 18 I. hujus omnino validum pectus erat, qui dicebat: An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur, Chriſti? 19. membra etiam retexerat. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. 20. nudatis. Æ. nudis atque exarmatis. 21. periculoſum hoſtem, ſed tamen facile profligandum. I. ne idolatria atque cultura Deorum ulterius coleretur. 22. Βelli.

23. pro.

Ecce 23 laceſſentem 24 conlatis viribus audet
Prima ferire Fidem 25 veterum cultura Deorum.
26 Illa 27 hoſtile caput 28 faleratque tempora 29 vittis
30 Altior inſurgens 31 labefactat, & 32 ora cruore
De 33 pecudum ſatiata 34 ſolo adplicat, & pede calcat
35 Eliſos in mortem 36 oculos: 37 animamque malignam

23. provocantem fidem prima ferit idolatria, cum fidei prædicatores inſequitur. Æ. fidem provocantem illam ad certamen 24. conſertis in pugna. L. collectis 25. Æ. quia idololatria jam inde à prima Aſſyriorum monarchiâ incepit, 26. fides. 27. I. hoſtile caput ſc. idololatriæ labefactat. Cum reges ſive philoſophi ad cultum curvantur religionis. 28. ornata. Æ. adornata; cum tamen proprie equorum ornamenta ſint *phalera.* 29. velaminibus ſacris, quibus in ſacrificiis utebantur. 30. ut ſc. majori conatu ictum infligeret. 31. diſſipat atque diſſolvit. 32. I. aſpicientes vana pro nihilo computantur. Nam & moriuntur cum medicantur ut videant. 33. Æ. quas ſacrificantes Diis immolabant. 34. in terram deprimit. 35. diſſipatos ex pedum conculcatione. Virg. 8. Æneid.

- - - - - - Angit inhærens
Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur.

I. confractos. 36. Æ. cum oculis totum caput. 37. ſpiritum tenuem: quemadmodum Virg. 6. Æneid.

Fracta 38 intercepti 39 commercia gutturis 40 arctant,
41 Difficilemque obitum 42 ſuſpiria longa fatigant.
Exſultat victrix 43 legio; quam mille 44 coactam
Martyribus Regina Fides 45 animarat in hoſtem.
Tunc fortes 46 ſocios 47 partà pro laude coronat
48 Floribus, 49 ardentique jubet 50 veſtirier 51 oſtro.

Æneid. *ſub luce maligna* dixit, pro anguſta. 38. interclusi. 39. viciſſitudo expirandi & reſpirandi, quæ per guttur fit. I. mutuata viciſſitudines flatuum. Teniæ. 40. conſtringunt. 41. Æ. violentum. Virg. 4. Æneid.

Longum miſerata laborem difficileſque obitus.

42. ſingultus mortis. 43. ſc. martyrum, per quos fides impietatem gentium ſuperaverat. I. ſc. fidei. 44. collectam. Æ. conſtipatam & coadunatam. 45, incitarat. Juvenal. *animante tubâ, galeatum ſero duelli pœnitet.* I. inſtigabat. animum dederat. 46, virtutes. 47. ſyncopa. parta, acquiſita, præparata: & venit â verbo parior. 48. Flores ſunt immarceſſibilis vigor æternæ mercedis; quia per ſangvinis ſui undam vitam æternam promeruerunt. voluptatibus. Æ. ſertis ex floribus contextis. 49. I. pro ardore dilectionis poſuit 50. Æ. paragoge eſt, pro veſtiri 51. purpura ſive murice ſplendenti. Virg. 4. Æneid.

Tyrioque ardebat murice lana.

I, pur-

52 Exin 53 gramineo in 54 campo concurrere 55 prona
Virgo 1 Pudicitia 2 ſpecioſis fulget in armis 3
Quam 3 patrias 4 ſuccincta faces Sodomita 5 Libido

I. purpura. 52. deinde. 53. graminoſo. Æ. Secundus Pudicitiæ cum libidine conflictus, quem noſtri tertiam animorum peſtem faciunt; h. e. luxuriam, cum ſit luxuria aliud, quemadmodum infra dicemus. 54. H. *graminea campo*) in campo ſcripti. 55. Æ. *concurrere prona*) proclivis & parata ad concurrendum cum libidine. I pugnare parata. 1. Jure poſt Fidem Pudicitia ponitur; quoniam ſicut integritas fidei, virginitas eſt mentis; ita caſtitas carnis exordium eſt ſanctæ operationis. Hâc enim deſtructâ, omnis virtutum fabrica ruit. 2, ſpecioſa ſunt utrinque arma lucis; ut illud: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes. 3. Æ. intinctas bitumine ſulphureo, quod aſphaltites lacus, h. e. mare, quod Hebræi vocant mortuum, exſudat: Ubi Sodoma cum alijs quatuor urbibus incendio abſumtæ ſunt. Itaque *patrias* appellavit, cum ipſa libido Sodomita ſit patria natalisque. 4. habens faces ignis ſuccinctas: Sic enim exponi ſolet; Synecdoche per participium, ſed hic impropriè pro, *ipſa ſuccincta*, i. expedita habens faces. 5. quæ diu verſata eſt Sodomis, urbe illâ Pentapoleos infami impuratæ libidinis vitio, quam *Sodomitam* genere fœminino protulit, cum ex forma declinationis græcæ, id, quod alicubi diximus, generis ſit tantum maſculi-

 ni.

Tunc 18 exarmatæ 19 jugulum meretricis 20 adacto
21 *Transfigit 22 gladio. calidos vomit illa vapores,*
23 *Sanguine 24 concretos 25 cœnoſo; ſpiritus 26 inde*
Sordidus exhalans vicinas polluit auras.
27 *Hoc habet, 28 exclamat victrix Regina: ſupremus*

18. ſine armis. 19. pectus vel cervicem 20. Æ. impulſo ac impreſſo. 21. trajicit atque transverberat. 22. I. repulſis igitur cogitationibus immundis, gladio utitur, quod eſt verbum DEI; ut illud: Fornicatores enim & adulteros judicabit DEUS. 23. Quod non poteſt à vigilantibus torquere, dormientibus velut invitis molitur; nec ulterius procedere ſinitur. Æ. ſpiritum ſangvine commixtum emittit. Virg. 2. Æneid.

Squalentem barbam, concretos ſanguine crines.

24. I. commixtos. 25. fœdo, lutulento, Cœnos Græc. lutum dicitur. Æ. ad cœni ſimilitudinem craſſo & turpi. H. *ſanioſo* videbatur præſtare, ſed obſtant libri. Credo, quod *lutulentam libidinem* mox vocat noſter, hic manum male feriatam *ſanguinem cœnoſum* illi attribuiſſe. *ſaniem* infra v. 100. habemus. 26. Æ. ex juguli transfoſſi vulnere, 27. *Hoc tibi habe*) ſubaudi, vulnus. Terentius in Andria: *habet, captus eſt.* Quod Donatus, pro *vulneratus eſt*, in illo loco exponit. H. *Hoc tibi habe exclamat*) *Hoc habet, exclamat*, in codicibus

29 Hic ſibi finieris : 30 ſemper proſtrata jacebis
Nec jam mortiferas audebis ſpargere 31 flammas
In famulos famulaſve Dei: quibus 32 intima caſti
Vena animi ſolâ ferveť de 1 lampade Chriſti.
2 Tene, ô vexatrix hominum, 3 potuiſſe reſumtis
Viribus 4 extinctic capitis 5 recaleſcere flatu?
Aſſyrium poſtquam 6 thalamum cervix 7 Holofernis

noſtris. omnino probe. Et ſic Giphanius. Æmulatus eſt Maronianum illud: *Hoc habet; hac melior magnis data victima divis.* 28. 1. Caſtitas ad ſuos converſa inquit, 29. talis. in hoc loco. 30. æternum. 31. Æ. Venerem & amores ad mortem æternam perducentes. 32. pro jecore poſuit. Virgil. 4. Æneid.

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

1. amore caſto, non venereo. Juvenal.

Nec pharetris Veneris macer eſt, aut lampade fervet.

2. pudicitia victrix amare atque hoſtiliter increpat libidinem profligatam. 1. miror. 3. Æ. ſubaudi, *decuiſſe*. Virg 1. Æneid. *me ne Iliacis occumbere campis non potuiſſe.* 4. q. d. hoc tempore Judith amputavit caput Holophernis : tu quoque cum illo pariter extincta es, quomodo igitur nunc reviviſcis, atque priſtinas vires reſumis? ? 5. reviviſcere ſpiritu 6. quia Holophernes dux erat Nabuchodonoſor Aſſyriorum Regis. 7. H. *Oloferni*s in noſtris. Deinde *gemmantemque torum non gemmatumque* Puteau. Thuan. & prior Rottendorph.

Cæſa, 8 Cupidineo madefactum ſanguine 9 lavit,
Gemmantemque 10 torum 11 mœchi ducis aſpera Judith
12 Sprevit, & 13 inceſtos 14 compeſcuit enſe furores,
Famoſum mulier referens ex hoſte 15 tropæum,
Non trepidante manu vindex mea 16 cælitus audax.
17 At fortaſſe 18 parum 19 fortis matrona ſub 20 umbrâ

dorph. cum Palatino Weitzii. Sic *gemmantes pavonis alæ*, apud Martialem, & *gemmantes rore herbæ* apud Lucretium. 8. I. libidinoſo, luxurioſo. 9. humectavit. Æ. commaculavit. 10. I. lectum. 11. adulteri, ſtupratoris. Æ. qui volebat eſſe mœchus: ut Virg.

Quos ego ſum toties jam dedignata maritos.

12. I. amore carnis, amore Chriſti, tanquam clavo clavus extruditur. 13. I. illicitos amores. 14. prohibuit. 15. ſicut etiam ipſa precabatur: conforta me omnipotens rex ſeculorum. Æ. victoriam inſignem. 16. *mea vindex*) quæ me in libertatem aſſeruerit, quia ulta eſt. *cælitus audax*) quia illud præclarum facinus non potuit abſolvi ſine cœleſti quodam auxilio. I. divinitus. 17. Poeta. 18. parumper. 19. ſc. fuit. Æ imo fortiter pro pudicitia rem geſſit, quamvis *ſub lege veteri*, in qua pudicitia non tantopere commendabatur, ſed nimium, inquit, illa figura novæ legis erat, in qua virginitas viduitati, continentia nu-

Legis adhuc pugnans, dum 21 tempora noſtra figurat,
22 Vera 23 quibus virtus 24 terrena in corpora 25 fluxit,
Grande per infirmos, 26 caput 27 exciſura 28 miniſtros.
Numquid & 29 intacta poſt partum virginis alvum.

nuptiis præfertur, contra priſcæ legis conſuetudinem. 20. lege umbratili, & quæ figura erat legis ſolidæ, veræ & expreſſæ: quia, ut inquit Apoſtolus ad Corinth. 1. *omnia in figura contingebant illis.* I. legis Moyſis in quâ occultabatur ritus Eccleſiæ. In infidelitate cordis. Senſus eſt: Propterea potuiſti reſurgere, quia ſub umbra legis pugnabat, non ſub gratia. 21. qualiter Chriſtiani agere deberent. 22. Æ. non fucata, non adumbrata, ut in lege veteri: in quâ probro dabatur, *filios non gignere.* 23. temporibus. I. in quibus ſc. temporibus. 24. Æ. illapſa eſt in homines. 25. H. *terreno in corpore* Thuan. Oxon. alter Rottend. cum Aldo. Unde cenſebam *terreno in corpore fulſit.* 26. Æ. ſumtum eſt ex eo, quod ſcribitur 1 Cor. 1. *elegit Deus infirma mundi huius, ut fortia quæque confunderet.* I. vitiorum. ut nequiſſimum caput, i. diaboli, à ſuo corpore, quod erat humanum genus, ſepararet, fierentque de vaſis iræ vaſa miſericordiæ. Diabolum vel vitia. 27. percuſſura. 28. per virgines. per Apoſtolos, qui infirmi miniſtri erant, 29. Æ. libidinem nihil juris habere in corpora huma-

Fas tibi jam 30 ſupereſt? poſt partum virginis, 31 ex quo
Corporis humani naturam 32 priſtina 33 origo
34 Deſeruit, 35 carnemque novam 36 vis ardua ſevit,
Atque innupta Deum concepit. fœmina Chriſtum,
Mortali de matre hominem, ſed cum Patre 37 Numen.
38 Inde omnis jam 39 diva caro eſt, quæ 40 concipit illum,

humana oſtendit, poſteaquam verbum divinum incarnatum, vel ut dicunt Græci, humanatum eſt: propterea, quod ex carnis humanæ commercio cum divinitate ſumus quodammodo conſecrati. 30. relicta eſt tibi facultas aut poteſtas? q. d. nulla, niſi quatenus homines vinci ſe volunt. 31. ſubaudi, *tempore*, vel, *ex quo partu*. 32. *propago priſca*) vetus homo ſubjectus morti propter peccatum. 33. I. peccatum. H. *priſca propago*) in noſtris omnibus *priſtina origo, priſtinam* Cauchius. Tum mox *carnique novam ſevit*, nempe naturam, prior Rottend. 34. Æ. mutavit conditionem. I. ut expoli antes veterem hominem. 35. immortalitatem. Dabo vobis cor carneum. Æ. inſevit. Quid ſi legas *ſumſit?* 36. divina, in verbum. 37. DEUM ex Patris ſubſtantia, & hominem ex ſubſtantia Matris. I. Deum; non amittendo Deitatem 38. verbum Dei, quod Chriſtus eſt, credendo ſive intelligendo concipimus, cum dulcedine operando, parimus cum labore, ſed mercede cum gaudio fruimur. 39. divina vel ſancta.

Naturamque Dei 41 conſorti fœdere ſumit:
Verbum quippe caro factum, non 42 deſtitit eſſe,
Quod fuerat, Verbum, dum carnis 43 glutinat 44 uſum,
Majeſtate quidem non 45 degenerante per uſum
Carnis, ſed miſeros ad nobiliora 46 trahente.
Ille manet, quod ſemper erat, quod non erat, eſſe
Incipiens, nos, quod fuimus, jam non 47 ſumus, 48 aucti

ſta, Æ. divinitatis facta particeps & ſacrata. 40. ut referatur ad totam ſpeciem, non ad numerum. I. in baptiſmate. 41. Æ. communi ſocietate, quod quemadmodum factum ſit, & quid inde ſequatur, multis modis exponit. H. *de conſorti fœdere*), *conſortis* in Put. & Weirzij duobus. Idem Putaneus, *dum carnis glutinat uſum*. Et ſic uterque Rottendorphij. 42. I. deſinit. Noſtra, per quæ redimeremur, ſuſcepit; non ſua, ad quæ proveheremur, amiſit. 43. conjungit, in ſe ſumit. Æ. ſibi coagmentat & connectit. 44. carnem, qua veluti inſtrumento quodam utatur. I. naturam. 45. Illi majeſtati aſſumta humanitas nihil contulit, nihil comminuit. Neque enim aliqvid radijs ſolis oculus confert. Æ. in deterius mutata. Nam illa *degenerare* dicuntur, quæ ſui generis principio non reſpondent. 46. I. majeſtate. 47. Æ. imo ijdem ſumus: ſed *aucti naſcendo in melius*, i. conditionem nobiliorem. 48. I. in baptiſmate. 49. multa bona, ſuam divinitatem. Æ. mihi aliquid dedit, & ipſe nihil amiſit, quod adhuc alijs verbis explicat magis.

50. I.

Naſcendoq; in melius: mihi 49 conſulit, & ſibi 50 manſit.
Nec Deus ex 51 noſtris minuit 52 ſua: ſed ſua noſtris
Dum tribuit, noſmet dona ad cæleſtia vexit.
53 *Dona hæc ſunt, 54 quòd victa jaces, 55 lutulenta Libido,*
Nec mea poſt 56 Mariam potis es 57 perfringere jura.
Tu 58 princeps ad mortis iter, tu janua leti
59 *Corpora commaculans, animas in Tartara mergis.*
1 *Abde caput triſti jam 2 frigida peſtis abyſſo:*
Occide, 3 proſtibulum: 4 manes pete: 5 claudere Averno:

50. Is Deus. 51. membris. 52. ideo noſtræ humanitatis factus eſt particeps, ut nos ſuæ divinitatis participes faceret. 53. quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det. Æ. beneficia homini à Deo conceſſa. 54. H. *quia victa jaces*) *quod victa jaces* ſcripti, & *tu Princeps ad mortis iter.* Tum *corpora commaculas* uterque Rottendorph. 55. I. polluta libido ſemper immunditijs ac ſordibus delectatur. Æ. luto plena & immunda. 56. Mariæ fœcundam virginitatem. 37. vel leviter tangere & violare. 58. *præceps*) active pro *præcipitans* ſive præcipanter impellens. 59. ſecundum Apoſtolum: Cetera peccata extra corpus ſunt: hoc autem ipſa corpora commaculat ac corrumpit. 1. abſconde. Æ. mergere ſive mergaris. 2. I. victa. Æ. *fervida*) ad Veneris igneam naturam retulit.

3. mo-

Inque tenebroſum noctis 6 detrudere 7 fundum.
Te volvant ſubter vada 8 flammea, te vada 9 nigra,
10 Sulphureuſque 11 rotet per ſtagna ſonantia vertex.
Nec jam Chriſticolas, Furiarum 12 maxima, tentes;
Ut purgata 13 ſuo ſerventur corpora 14 Regi.
Dixerat hæc, & læta Libidinis interfectæ
Morte Pudicitia 15 gladium Jordanis in 16 undis

---

3. morere ô meretrix : ſic enim meretrices vocantur proſtibulæ à proſtando. 4. inferos. 5. I. clauſa ſis. 6. detruſa ſis. 7. tartarum. Æ. in profunditatem inferorum. Virg.

Pallentes umbras Erebi noctemque profundam.

8. *Phlegeton* fluvius inferorum, qui *flammeus* interpretatur. I. merito ſulphure torquetur & igne, qui calores hic fœtidos neglexit contemnere. 9. Æ. Erebum intelligit, de quo Virg. *imas Erebi deſcendit ad umbras.* 10. ad eundem phlegetonta retulit; de quo Virgil.

Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon.

H. *ſulfureus vortex*) *ſolporeus* in Putaneo ſemper & *vertex*. 11. I. volvat. 12. Æ. Virg. *Furiarum maxima juxta accubat.* 13. I. proprio. 14. Chriſto. 15. gladius enim verbum Dei eſt, ut Apoſtolus.

17 Abluit 18 infectum: 19 ſanies cui rore 20 rubenti
Hæſerat, & 21 nitidum maculavat 22 vulnere ferrum.
23 Expiat ergo 24 aciem fluviali 25 docta 26 lavacro
Victricem victrix, 27 abolens 28 baptiſmate 29 labem
30 Hoſtilis juguli: nec jam contenta piatum
31 Condere vagina gladium, 32 ne tecta 33 rubigo

lus. 16. Æ. quæ ſunt Chriſti baptismate conſecratæ. 17. I. pœnitentiam agens. 18. maculatum. 19. impoſſibile eſt, ut humanam mentem carnea fragilitas non obſcuret; ſed inde poſt ſolidius aſſurgit in contemplationem, quo infirmitatis ſuæ memor nunquam inflatur ex bono opere. Æ. ſangvis corruptus, quippe qui extra venas. 20. ſangvine toranti. I. ſangvine rubro. 21. ſplendentem. 22. Æ. vulneris cruore. 23. I. mundat. 24. ipſas ſiquidem maculas cogitationis flatibus abluit piæ compunctionis. Æ. gladium, quo ipſa fuerit victrix. 25. *Virgo docta*) quæ hujusmodi armorum polituram benè noverat. 26. I. baptiſmo. 27. lavans. 28. Æ. ablutione & intinctu. Nam *baptizare* eſt intingere ſive mergere: alludit tamen ad baptiſma, quo veſtigia peccati abluuntur. 29. maculam ex libidinis cruore. 30. I. concupiſcentiæ. 31. abſcondere. Intentionem ſcilicet caſti propoſiti non vult celari. non vult ſibi committi; ſed DEO; ut luceat & glorificetur

Occupet ablutum 34 *ſcabroſa ſorde* 35 *nitorem,*
36 *Catholico in templo* 37 *divini fontis ad aram*
Conſecrat, æternâ ſplendens ubi luce 38 *coruſcet.*
39 *Ecce modeſta* 40 *gravi ſtabat Patientia vultu,*

tur non ipſe, ſed DEUS. 32. H. Sic ſcripti noſtri & Weitziani omnes cum Aldo conſtanter. Viderint ergo illi, quam auctoritatem ſequantur, qui reponunt, *ne ſordè latenti occupet ablutum rubigo ſcabra.* Scripti etiam *Condere vaginæ gladium*, non *vagina.* 33. Æ. gladii ſcabrities, quæ ex vaginæ tegumento citius irrepit. 34. quæ gladiis ſcabriciem ſuperinducit. 35. gladium nitentem & politum. 36. I. in ſanctâ Eccleſiâ Pudicitia gladium ſuum ſub latere recondit. 37. ad confeſſionem divini baptiſmatis. Æ. Jordanis, Chriſti baptiſmate conſecrati: & tangit conſvetudinem illorum, quæ artis ſuæ inſtrumenta emeriti Deo conſecrabant, in cujus erant tutelâ, Horat. 1. Epiſt.

--------- Vejanius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

38. I. æternâ prædicatione ſplendens. 39. Tres eſſe partes humanæ animæ, philoſophi aſſerunt; videlicet rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem. Et ideo poſt fidem, quâ ratione regitur; Et pudicitiam, quâ concupiſcentia refrenatur, patientia ponitur, per quam ira frangitur: ut homo diliget Deum ex toto corde, totâ animâ, totâ

Per medias immota acies variosque tumultus,
Vulneraque & rigidis 41 vitalia pervia 42 pilis
43 Spectabat 44 defixa oculos, & 45 lenta manebat.
Hanc 46 procul Ira 47 tumens, 48 ſpumanti fervida rictu,
49 Sanguinea intorquens 50 ſubfuſo 51 lumina felle,
1 Ut belli 2 exſortem, 3 teloque, & voce 4 laceſſit,

totâ virtute. Æ. Tertius Patientiæ cum Ira conflictus, quam noſtri quartam animorum peſtem dicunt. 40. ſereno & conſtanti. I. maturo. gedigen 41. cordium penetralia, viſera ſc. hominum. Æ. membra 42. I. telis, ſpiculis. 43. intuebatur. Æ. quæ ab omnibus invicem inferebantur. 44. in terram dejectos: quod ipſum conſtantiæ ſignum eſt. Virg. 6. Æneid.

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.

I. inclinata. 45. tranquilla. gelinde. ſecura. Æ. Immobilis & otioſa. 46. I. contra. 47. Æ. proprium iræ epitheton. 48. propter calorem per ora ſpumas emittens. 49. Virg. *ſanguineam volvens aciem.* I. Ita Pſalmiſta: Turbatus eſt, inquit, à furore oculus meus. Ut irati ſolent videre oculis torvis. 50. ſubterfuſo. Æ. mixto cum ſangvine. 51 huc atque illuc volvens oculos; contra id, quod de patientia dixit, *defixa oculos.* 1. I. quaſi 2. expertem. Æ. quaſi invidens illi; quod ſignificavit per illud quod dixit, *ſuffuſo felle*; cum videret illam immunem belli 3. armis & verbis. 4. provocat ad pugnam Patien-

5 Impatienſque moræ 6 conto petit : increpat ore,
Hirſutas 7 quatiens galeato in vertice 8 criſtas.
En 9 tibi 10 Martis, ait, 11 ſpectatrix libera noſtri,
12 Excipe mortiferum 13 ſecuro pectore ferrum:
Nec 14 doleas, quia 15 turpe tibi gemuiſſe 16 dolorem.
Sic ait, & 17 ſtridens ſequitur convitia pinus
Per 18 teneros 19 criſpata Notos, & 20 certa ſub ipſum
Defertur ſtomachum, 21 rectoque inliditur ictu:
Sed 22 reſilit duro lorica excuſſa repulſu.

Patientiam. 5. non potis ſe continere. Juvenal. *impatienſque moræ pavet.* 6 haſtâ. 7. I. agitans, 8. ſumma pars caſſis. Ramb. Æ. ex equinâ caudâ. Virg. *Caudaque hirſutus equina.* Et alio in loco. *Cui triplici crinita jubâ, galea alta.* 9. I. do. ad tuum interitum. 10. belli. 11. Ira patientiam increpans. 12. hic eſt tropus, qui ſarcaſmus appellatur, i. hoſtilis irriſio. 13. Æ. ſine belli curâ: quia turpe, non quod ita putat ira, ſed quod patienti id ſe facere jactat: ut ſit dictum per Ironiam 14. I. Ironiam. 15. eſt. 16. H. *dolore* Thuaneus à manu ſecunda, quod Giphanio ſe probabat, non mihi. Æ. cum ſtridore volans. I. ſagittam intelligi vult. 18. Æ. pervios; quid ſi legas *tenues.* Virg. *Tenues in ventos vim receſſit.* 19. vibrata & tremens. 20. non fruſtrata ictum deſtinatum. 21. in nullam partem aliam deflexo. 22. reſultat & repercutitur.

Provida nam Virtus conſerto 23 *adamante* 24 *trilicem*
Induerat 25 *thoraca* 26 *humeris*, 27 *ſquamoſaque ferri*
Texta per intortos 1 *commiſerat undique* 2 *nervos.*
3 *Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes*

23. I. adamas Chriſtus eſt. 24. triplicem lapidem, Chriſtum poſſumus intelligere 25. Græc. Accuſativ. loricam. Lorica fidei nimirum triplex eſt, ob Trinitatis confeſſionem, cui adamans invictus confertur; cum in auctorem fidei, Jeſum, ſemper aſpicitur. Æ. Virg. de lorica lib. 5. *levibus huic hamis conſertam auroque trilicem loricam.* Cum ſit corio crudo Martial.

Accipe belligeræ crudum thoraca Minervæ.

26. H. *humeros*) *humeris* ſcripti. 27. I. ſplendida vel nitentia. Æ. idem dicit, ſed aliis verbis. Nam nihil aliud eſt *lorica ferri*, quam anuli ſive hami ferrei contexti in modum ſquamarum. De eadem armatura dixit *loricam* & *thoracem*: Cum *Lorica* proprie ſit ex hamis contexta, *thorax* ex corio. Sed Varro, *lorica*, inquit, *quod è loris de corio crudo pectoralia faciebant, poſtea ſuccuderant Galli è ferro ſub id vocabulum ex anulis tunicam ferream.* 1. connexuit & coagmentavit. Juvenal. *eadem plumbo commiſſa manebit.* I. circumdederat, nexaverat vel ſuccinxerat. 2. circulos, Rincken/ Æ. quia forte ad majorem loricæ ſecuritatem *nervi* interponebantur hamis ferreis. 3. ſc. ex armaturæ firmitate.

Telorum 4 nimbos, & non 5 penetrabile durans:
Nec 6 mota eſt jaculo monſtri ſine more furentis,
7 *Opperiens propriis perituram viribus Iram:*
Scilicet 8 indomitos poſtquàm 9 ſtomachando 10 lacertos
Barbara bellatrix 11 impenderat, & 12 jaculorum
Nube 13 ſupervacua 14 laſſaverat 15 irrita dextram
Cùm 16 ventoſa levi cecidiſſent 17 tela volatu,
18 *Jactibus & 19 vacuis 20 haſtilia fracta jacerent:*
21 *Vertitur ad 22 capulum manus improba, & enſe coruſco*

4. ad tela cadentia in modum grandinis ſive pluviæ. 5. nomen pro adverbio, pro impenetrabiliter: vel potius genus poſuit pro genere, ut ſit *non penetrabile*, pro, *non penetrabilis*. I. nomen eſt pro adverb. poſitum, i. impenetrabiliter. 6. Æ. perturbata. 7. expectans. 8. I. inquietos. 9. iraſcendo, ſæviendo. 10. brachia. 11. fatigaverat. Æ. conſumſerat vires. 12. quod ſupra dixit, *telorum nimbos*. 13. I. inutilem. 14. Æ. uſque ad laſſitudinem fatigaverat. 15. deluſa & fruſtrata ſua ſpe. I. impedita vel vitiata. Quia nullo telo eam vulneraverat. 16. Æ. per ventos volitantia. 17. haſtilia. 18 *ictibus vacuis*) otioſis, & finem ſuum non conſequentibus. 19. H. *ictibus & vacuis*) *jactibus* potiores. Tum *conviſa in plagam*. 20. I. tela. 21. ira patientiam gladio percutit. 22. Æ. ad enſem; quâ parte capitur, cum ſtringendus.

Coniſa in 23 plagam, 24 dextrâ ſublimis ab 25 aure
Erigitur, mediumque 26 ferit 27 libratum cerêbrum.
Ærea ſed 28 caſſis cocto 29 formata 30 metallo
31 Tinnitum percuſſa refert, 32 aciemque retundit
33 Dum 34 reſultantem: frangi quoque 35 vena rebellis
36 Inliſum 37 chalybem, dum 38 cedere neſcia caſſes

dus. 23. I. vulnus, cædem. 24. Æ. graphice motem ferire volentium exprimit. 25. I. capite. 26. percutit. 27. menſurata. 28. lorica. 29. H. *cocto caſſis informata* Putaneus. Opinor Prudentium dediſſe, *caſſis cocto informata metallo.* Nam in multis veterum *caſſis cocto formata.* *Informare* apud Maronem occurrit pari ſignificatione. ut lib. 8. *His informatum manibus fulmen.* Et *ingentem clypeum informant.* Paulo ante non recte Giphanius *vibrata cerebrum.* Noſtri omnes *libratum*. Nec enſem librari dicit Prudentius, ſed manum. 30. I. æs ceteris metallis durabilius fertur, unde etiam pro tolerantia ponitur. 31. tinnitum percuſſa refert patientia, cum injurijs laceſſita doctrinæ medicamenta non deſerit. 32. ſc. enſis. Æ. hebetat gladij aciem. 33. I. caſſis. 34. reſilientem vel reſiſtentem. 35. caſſis. Æ. galea ærea reſiſtens: Nam ex venis terræ effoditur æs & ferrum. 36. enſem impactum. I. percuſſum. 37. ferrum. 38. Æ. perforari & vinci. 39. ictus iræ aſſilientis. I.

Excipit 39 adſultus, ferienti & tum reſiſtit.
40 Ira, ubi truncati 41 mucronis fragmina vidit,
Et procul in partes enſem 42 crepuiſſe minutas;
Jam 43 capulum retinente manu ſine pondere ferri,
Mentis 44 inops 45 ebur infelix decorisque 46 pudendi
47 Perfida ſigna abicit, monumentaque 48 triſtia 49 longè
Spernit, & ad proprium ſuccenditur 50 effera letum:
51 Miſſile de multis, quæ fruſtra ſparſerat, unum
Pulvere de campi 52 perverſos ſumit in uſus:
Raſile figit humi 53 lignum, ac ſe cuſpide 54 versâ

ictus vel ſonitus. 40. gladius iræ frangitur in capite patientiæ. 41. Æ. enſis. 42. cum crepitu diſſiluiſſe I. preſten. 43. capulus ſine pondere ferri retinetur; cum verba nullas vires habentia fruſtra funduntur. 44. Æ. præceps & ſine conſilio. 45. capulum ex ebore, quo infeliciter uſa eſt. I. capulum. Metonymia. 46. Æ. ornamenti ex quo plus ignominiæ quam laudis retulit. 47. capulum, in quo erant ſigna & imagines ebori impreſſa; quæ tamen *perfida* vocat, quia illis non erat fidendum, utpote falſis. I. prava arma. 48. Æ. quæ triſtem recordationem illi afferebant: quoniam illorum defectu victa fuit. 49. I. valde. 50. Æ. furioſa & veluti ferarum rabie percita. 51. jaculum. I. à mittendo dictum, eſt quod manu emittitur. 52. Æ. in perniciem ſuam verſos, cum illos antea in patientiam jaculata fuiſſet. 53. haſtam politam ac lævi-

ga-

Perfodit, & calido 55 pulmonem 56 vulnere tranſit
Quam ſuper adſiſtens Patientia, Vicimus, inquit,
Exſultans 58 vitium ſolitâ virtute, ſine ullo
Sanguinis ac vitæ 59 diſcrimine, lex habet 60 iſtud
Noſtra genus belli, Furias omnemque malorum
61 Militiam, & rabidas tolerando exſtinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania, ſeque furendo
Interimit, moriturque ſuis Ira 1 ignea telis.
Hæc effata 2 ſecat medias impunè cohortes,
Egregio comitata viro; nam proximus 3 Iob

gatam. 54. ſubaudi, contra ſe ipſam. 55. I. merito pulmonem transfigit, quæ levitati parcere non verebatur. Nec defuit exemplum in Saule, qui cum mitem David perſequeretur, eo usque inſania ejus excrevit, ut ſua furens aſta conciderit. 56. Æ. *verbere*) haſta ſangvine calefacta. 57. pro trajicit & penetrat. 58. iram vitioſam, nam ira per prudentiam moderata non eſt vitioſa, ut peripathetici oſtendunt, quia potius in manſvetudinem refertur, ut probat Ariſtoteles in 3. Ethic. I. gaudentem iram. 59 periculo. 60 tale. 61. ut Apoſt. inquit: cûm infirmor, tunc fortior ſum & potens. 1. Æ. definitio eſt iræ, h. e. aſcenſio ſangvinis circa cor. 2. tranſit. Virg.

Litus harenoſum Libyæ ventosque ſecabat.

I. ſegregat. 3. ſicut diverſi diverſis effulſere virtutibus; ut Noë perſeverantia, Abraham obedien-

Haſerat invicta dura inter bella magiſtra,
Fronte 4 ſeverum adhuc, & multo 5 funere 6 anhelus:
Sed jam 7 clauſa truci 8 ſubridens ulcera vultu,
Perque cicatricum 9 numerum 10 ſudata recenſens
Millia 11 pugnarum, ſua 12 præmia, 13 dedecus 14 hoſtis.
15 Illum Diva jubet tandem requieſcere ab omni
Armorum ſtrepitu, captis & perdita quæque 17 Q
17 Multiplicare opibus, nec jam 18 peritura referre.
Ipſa 19 globos legionum & concurrentia rumpit

dientia, Jacob tolerantia: Ita ſanctus Job patientia claruit. Æ. qui potiſſimum patientia commendatur. 4. triſtis & rugoſus. 5. I. infirmitate. 6. Æ. præ nimio labore ſudans. 7. in cicatricem coëuntia. 8 ſignificat in illo triſtitiam lætitiæ fuiſſe mixtam. 9. multitudinem plagarum. 10. cum ſudore ſuo devicta. I. elaborata. 11. caſtigationum, vulnerum. 12. Æ. appoſitio eſt, i. ſuam victoriam & laudem. 13. I. nam Job fuit dedecus hoſtis, i. vitiis, quia vincebatur ab eo. 14. Æ. ſc. impatientiæ & iræ. 15. I. patientia cum Job loquitur. 17. Æ. quia omnia quæ illi fuerant rapta, reddita ſunt duplicia. 18. permanſura ſemper. I. prius perdita flere. 19. exercitus.

20. vul-

Amina, 20 vulniferos gradiens 21 intacta per 22 imbres;
Omnibus 23 una comes virtutibus adſociatur,
Auxiliumque ſuum fortis Patientia miſcet.
Nulla 24 anceps luctamen init Virtute ſine iſtâ
25 Virtus: & 26 vidua eſt, quam non Patientia firmat.
27 Fortè per effuſas inflata Superbia turmas
28 Effreni volitabat equo: quem pelle leonis
Texerat, & validos villis oneraverat armos:

20. vulnera ferentes Æ.iſc. telorum, ſic ſupra ex eadem translatione dixit *telorum nimbos* ac *jaculorum nubem*. 21. I. quia etſi corpore plerumque læditur; intentione tamen nullo modo ſuperatur. 22. per jacula. 23. patientia, devictis vitiis, virtutibus adſociatur. Æ. *eſt* namque *patientia* (quemadmodum in Rhetoricis à Cicerone definitur) *honeſtatis aut utilitatis cauſa, rerum difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio*. Quod in omni virtute neceſſarium eſt, quia virtus & ars circa difficile verſantur. 24. I. dubium bellum. 25. H. *virtus nam vidua eſt) virtus: & vidua eſt* cum Put. & Thuano. Mox *villis oneraverat armos* omnes noſtri, non *ornaverat*. 26. I. ſine patientia vero neminem perfici poſſe, Dominus oſtendit, ubi ait: In patientia poſſidete animas veſtras. Absque poſſeſſione ſiquidem animæ nulla virtus aliquid efficit. 27 Æ. humilitatis cum ſuperbia congreſſum ponit ante oculos.

29. Quo ſe 30 fulvis jubis jactantem ille 31 ferinis
Inferret, tumido deſpectans agmina 32 faſtu.
33 Turritum 34 tortis caput 35 accumulaverat in altum
Crinibus, extructos augeret ut 36 addita 37 cirros
Congeries, celſumque apicem frons 38 ardua ferret,
39 Carbaſea ex humeris 40 ſummo collecta coibat
Palla ſinu, teretem nectens à pectore 41 nodum.

Nos. 28. qualis & ipſa eſt. 29. pro, ut. 30. ipſa ſedens & ſuſtentata in pelle leonis jubata. 31. I. ferinus ſuperbiæ habitus, ac fœmineus pariter & equeſtris deſcribitur, ut ab humano more, i. à ratione degeneraſſe ſuperbos oſtenderet, ſed neque virtute fortes, nec ſuimet compotes. 32. ſuperbia. 33. Æ. in modum turris extructum 34. in funium ſimilitudinem contextis: q. Chimeram & galeæ criſtas. Sic ſupra dicit de ira:

Hirſutas quatiens galeato in vertice criſtas.

35. in ſublime creſcere fecit. I. erexerat. 36. Æ. illa crinium multitudo adjuncta capiti aut caſſidi. 37 crines, ad majorem hoſtis terrorem. I. Locken / Krantz 38 alta. 39. Klein candida. Carbaſum, genus optimi lini. Æ. ex carbaſo, genere lini candidiſſimo contexta. 40. quia *ſinus* veſtis interiores fluxi erant: Sed ſuperior ſinus collectus à pectore ſurſum. ideo dicit; *nectens à pectore nodum teretem* i. cingulum. Virg. 4. Æneid.

Au-

A cervice 42 fluens tenui 43 velamine limbus
Concipit 44 ingeſtas 45 textis turgentibus auras.
46 Nec minus inſtabili 47 ſonipes feritate ſuperbit,
Impatiens madidis 48 frenarier 49 ora 50 lupatis,
Huc illuc frendens 51 obvertit terga, negatâ
Libertate 52 fugæ preſſiſque tumeſcit 53 habenis.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Idem in 6.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus;

Itaque *nodum teretem* fibulam cinguli appellat. I. pleno. 41. Knopff. 42. Æ. pendens. 43. velamen tenue habens limbum. 44. *infeſtas auras*) obſtantes ſive obvias. Ovid.

Obviaque adverſas vibrabant flamina veſtes

H. *ingeſtas auras*) *infeſtas* noſtri, ſed perperam P. *ingeſtas*) immiſſas vel infeſtas: 45. veſtimentis. Æ. velaminibus aura inflatis. 46. i. ſuperbia equitat. 47. equus ; quia pedibus ſonat. Æ. equus non potens conſiſtere pedibus. Virg.

Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit

48. Synecdoche per verbum paſſivum. I. frenata eſſe. 49. quando paſſivi generis verbo accuſativus adjungitur, figurata locutio eſt, & poteſt ſubaudiri vel, habens, particip. vel, per, præpoſitio; ut, habens ora, per ora. 50. chamo. 51. Æ. retro cedit, 52. curſus, i. quia non permitti-

54 Hoc ſeſe oſtentans habitu ventoſa 55 virago
56 Inter utramque aciem 57 ſupereminet, & 58 faleratum
1 Circumflectit equum, vultuque & voce minatur,
2 Adverſum 3 ſpectans 4 cuneum: quem milite 5 raro
Et 6 paupertinis ad bella 7 coëgerat armis
Mens 8 humilis: 9 Regina quidem, ſed egens alieni

mittitur currere. 53. I. capiſtris. 54. ſuperbia comminatur turbis. 55. Æ. ſuperbia opinione ſui tumida & inflata. 56. I. humilitatis & ſuperbiæ. 57. Æ. quia in omnibus ſe oſtentat. 58. *I.* ornatum. Et propriè ad eqvum pertinet. 1. *Æ.* ſubaudi, habenis, quamvis ſupra *effrenem* dixit: ſed intelligendum *effrenem* pro male frenis obedientem. 2. humiliatis aciem in cunei ſpeciem ordinatam *I.* contrapoſitum, contrarium. Et hic nomen eſt adjectiv. i. contrarium ſibi videns ſuperbia cuneum humilitatis. 3. circumſpiciens. 4. populum. 5. pauco. *Æ.* quia pauci tales .e. periuntur. 6. pauperibus. Apulejus: *quod oro, fili, paupertinas oculas donas vicinis.* 7. congregaverat. I. collegerat. 8. humilitas ſine ſpe caret conſtantia: & ideo tunc etiam non erit virtus, ſed vitium. Erit enim puſillànimitas. Æ. humilitas. Sed non potuit in carmine tres ſyllabas breves ponere. 9. quanquam pauper non ſine majeſtate régia, *I.* erat. 10. *Æ.* exercitus

Auxilii, proprio nec ſat confiſa paratu,
Spem ſibi 11 *collegam conjunxerat,* 12 *edita* 13 *cujus*
Et ſuſpenſa ab humo eſt 14 *Opulentia* 15 *divite regno*
16 *Ergo* 17 *humilem poſtquam* 18 *maleſana Superbia mentem*
19 *Vilibus inſtructam nullo* 20 *oſtentamine cels*
Adſpicit, in vocem dictis ſe 21 *effundit amaris:*

citus expeditione. 11. auxiliarem ad hanc pugnam, ad quam ſolâ ſpe vincendi deſcendebat. I. ſociam. 12. elevata, 13. ſpei, 14. opulentia ſpei ab humo ſuſpenſa eſt; quia non de deorſum repromittitur, ſed de ſurſum. Æ. omnium rerum abundantia, *eſt edita*, i. procreata, & *ſuſpenſa ab humo*. i. è terrâ ſublevata. & alludit ad conſvetudinem Romanorum, qui infantes recens humi natos collocabant & deinde ſublevabant, unde eſt *Dea Levana* quæ infantes de terra levabant. 15. I. cœleſti. 16. ſuperbia iterum. 17. Æ. ut ſupra, humilitatem. 18. I. veſana. 19. quoniam ſtulta & ignobilia & contemtibilia elegit DEUS, per quæ ſuperba quæque deſtrueret. 20. Æ. ſine oſtentatione: cum ſuperbia nihil ſine oſtentatione faciat. 21. *Fundit ſe*) prorumpit. 22. inſectatur multis verbis atque amarulentis humilitatis milites, dicens, indignos, qui cum ſuo exercitu audeant pugnare. I. per Ironiam, 23. ruſtico, ruſticano. 24. aggre-

54 Hoc ſeſe oſtentans habitu ventoſa 55 virago
56 Inter utramque aciem 57 ſupereminet, & 58 faleratum
1 Circumflectit equum, vultuque & voce minatur,
2 Adverſum 3 ſpectans 4 cuneum: quem milite 5 raro
Et 6 paupertinis ad bella 7 coëgerat armis
Mens 8 humilis: 9 Regina quidem, ſed egens alieni

mittitur currere. 53. I. capiſtris. 54. ſuperbia comminatur turbis. 55. Æ. ſuperbia opinione ſui tumida & inflata. 56. I. humilitatis & ſuperbiæ. 57. Æ. quia in omnibus ſe oſtentat. 58. I. ornatum. Et propriè ad equum pertinet. 1. Æ. ſubaudi, habenis, quamvis ſupra *effrenem* dixit: ſed intelligendum *effrenem* pro male frenis obedientem. 2. humilitatis aciem in cunei ſpeciem ordinatam. I. contrapoſitum, contrarium. Et hic nomen eſt adjectiv. i. contrarium ſibi videns ſuperbia cuneum humilitatis. 3. circumſpiciens. 4. populum. 5. pauco. Æ. quia pauci tales reperiuntur. 6. pauperibus. Apulejus: *quod oro, fili, paupertinas oculas donas vicinis.* 7. congregaverat. I. collegerat. 8. humilitas ſine ſpe caret conſtantia: & ideo tunc etiam non erit virtus, ſed vitium. Erit enim puſillànimitas. Æ. humilitas. Sed non potuit in carmine tres ſyllabas breves ponere. 9. quanquam pauper non ſine majeſtate régia, I. erat. 10. Æ. exercitus

Auxilii, proprio nec ſat confiſa paratu,
Spem ſibi 11 *collegam conjunxerat,* 12 *edita* 13 *cujus*
Et ſuſpenſa ab humo eſt 14 *Opulentia* 15 *divite regno*
16 *Ergo* 17 *humilem poſtquam* 18 *maleſana Superbia mentem*
19 *Vilibus inſtructam nullo* 20 *oſtentamine cellis*
Adſpicit, in vocem dictis ſe 21 *effundit amaris:*

---

titus expeditione. 11. auxiliarem ad hanc pugnam, ad quam ſolâ ſpe vincendi deſcendebat. I. ſociam. 12. elevata, 13. ſpei, 14. opulentia ſpei ab humo ſuſpenſa eſt; quia non de deorſum repromittitur, ſed de ſurſum. Æ. omnium rerum abundantia, *eſt edita*, i. procreata, & *ſuſpenſa ab humo*, i. è terrâ ſublevata. & alludit ad conſvetudinem Romanorum, qui infantes recens humi natos collocabant & deinde ſublevabant, unde eſt *Dea Levana* quæ infantes de terra levabant. 15. I. cœleſti. 16. ſuperbia iterum. 17. Æ. ut ſupra, humilitatem. 18. I. veſana. 19. quoniam ſtulta & ignobilia & contemtibilia elegit DEUS, per quæ ſuperba quæque deſtrueret. 20. Æ. ſine oſtentatione: cum ſuperbia nihil ſine oſtentatione faciat. 21. *Fundit ſe*) prorumpit. 22. inſectatur multis verbis atque amarulentis humilitatis milites, dicens, indignos, qui cum ſuo exercitu audeant pugnare. I. per ironiam, 23. ruſtico, ruſticano. 24. aggre-

Non 22 *pudet ô miſeri* 23 *plebeio milite claros*
24 *Adtemptare duces, ferroque* 25 *laceſſere gentem*
Inſignem 26 *titulis: veteres cui bellica virtus*
Divitias 27 *peperit lætos & gramine* 28 *colles*
Imperio 29 *calcare dedit? nunc advena nudus*
Nititur antiquos, ſi fas 30 *eſt, pellere Reges.*
31. *En qui noſtra ſuis in prædam* 32 *cedere dextris*
33 *Sceptra volunt? en,* 34 *qui noſtras* 35 *ſulcare novales,*
Arvaque capta 36 *manu* 37 *popularier* 38 *hoſpite* 39 *aratro*

24. aggredi. 25. Æ. provocare ad certamen. 26. I. gladijs. H. ſic in omnibus noſtris, fruſtra *telis* Weitzius. 27. Æ. comparavit. 28. i. donationes. 29. Æ. poſſidere. 30. q. d. nefas eſt. I. ſi poſſibile eſt. 31. per Ironiam dicit, i. quales. Æ. eſt, quale illud Virg. ex Æneid.

En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.

32. I. contingere. 33. regna. Æ. inſignia noſtri regni. 34. I. quales. 35. Æ. exercere agros, qui, quod anno cultura renovantur, dicuntur *novales*: ſicut quo non coluntur anno, *reſtiles* appellantur. 36. vel antea à nobis, vel nunc ab ipſis. I. Menge. 37. Æ. per vim occupare. 38. I. alieno. Quos Rex ſuperbiæ, i. diabolus vel tyrannus invaſerat, aratro prædicationis, per humilitatis prædicatores melius excoluntur. 39. Æ. culturâ ſuâ; qui non indigenæ ſed hoſpites ſunt. 40. nos fortes viros.

hi ſo

Contendunt; 40 duros & 41 pellere 42 Marte colonos!
Nempe, ô ridiculum vulgus, 43 natalibus horis
Totum hominem & calidos à 44 matre amplectimur artus:
45 Vimque poteſtatum per membra recentis 46 alumni
Spargimus, & 47 rudibus dominamur in oſſibus 48 omnes.
Quis 49 locus in noſtrâ tunc vobis ſede dabatur,
Congenitis cùm regna ſimul 50 dicionibus æquo
Robore creſcebant? nati nam luce ſub unâ
Et 51 domus & domini paribus 52 adolevimus annis.

1. ſc. nos. 41. ſc. volunt. 42. bello. 43. Æ. ſenſus eſt: Ego ſuperbia ſic exerceo meos milites, quód ab horâ diei natalis aſſvefacio illos ad rerum dominium. 44. Juvenal. *Modò primos incipientem edere vagitus & adhuc à matre rubentem.* 45. potentes vires. 46. l. pueri. 47. novis. Æ. ab infantia & tenera ætate. 48. ego cum meis. 49. in ditione noſtra, quæ nobiſcum genita eſt & crevit, nullus eſt locus. 50. regnis & dominijs rerum nobiſcum genitis. l. imperijs noſtris. 51. familia. Æ. idem dicit alijs verbis. 52. l. crevimus.

Ex 53 quo 54 plaſma novum, de 55 conſepto paradiſi
56 Limite progrediens, amplum 57 transfugit in orbem,
58 Pellitorque habitū ſumſit venerabilis Adam,
Nudus adhuc, ni noſtra foret 59 præcepta ſecutus.
Quinam iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab 60 oris
1 Importunus, iners, infelix, degener, amens;
Qui ſibi non 2 ſerum jus vindicat 3 hactenus 4 exul
5 Nimirum 6 vacua 7 credentur frivola fama,
Quæ miſeros optare 8 jubet quandoque 9 futuri

53. Æ. dicit, jam inde ab initio mundi hoc fuiſſe, quod potentiores atque perinde ſuperiores rerum potiti ſunt. 54. Adam ex luto factus eſt. I. Adam. 55. anguſto. 56. margine. 57. ibat. H. ita noſtri. Weitzius ex Picearti libro *transfluxit*. 58. Æ. veſtes pelliceas. Ovid. de Ponto.

Litora pellitis nimium ſubjecta Corallis.

59. per ſuperbiam occupaſſet agros 60. advena ignobilis & obſcurus i. finibus. 1. qui in nulla re propinqvus vel aptus eſt. Humilitatem dicit. 2. Æ. ſero. 3. I. huc usque. 4. qui extra ſuum ſolum eſt. 5. Æ. ſenſus eſt: non eſſe credendum famæ, quæ jubet miſeros bene ſperare. 6. *vacuè*) vanè ſive otioſe. 7. fruſtra illi creditur. I. ab illis. 8. H. *jubent*) *jubet* ſcripſi. Deinde *lenia ſolatia* non *lata*, Puteaneus cum Oxonio & Thua-

Spem fortaſſe boni, lenta ut ſolatia mollem
10 *Deſidiam pigro rerum* 11 *meditamine* 12 *palpent.*
13 *Quid ni illos ſpes* 14 *palpet* 15 *iners, quos* 16 *pulvere in iſto*
Tirones 17 *Bellona truci non* 18 *excitat* 19 *ære,*
Imbelleſque animos virtus 20 *tepefacta* 21 *reſolvit?*
Anne Pudicitiæ 22 *gelidum jecur utile* 23 *bello eſt?*

Thuaneo, â manu ſecunda. Utrumque & Aldus confirmat. Mox *meditamine* caſtigatiores pro *medicamine*. 9. Æ. quia ſpes non eſt niſi de bono futuro. I. futura contendit evacuare, ut præſentium delectatione decipiat infelices. 10. pigritiam. 11. Æ. *pigro medicamine*) levi remedio. 12. ſenſus eſt: ut hæc levis conſolatio blandiatur illorum deſidiæ. I. temperent, mulceant. 13. certè. quid aliud. Æ. certe. 14. illis blandiatur conſtruiturque cum Accuſativo & cum Dativo. Juvenal Quem *munere palpat charus*. Horat. *Cui male ſi palpere recalcitrat.* 15. quæ inertium aſt. 16. I. terra in hoc ſæculo. Æ. in exercitio militari, q. d. Indigni ſunt, qui in militia verſentur. 17. Dea belli. I. bellatrix, Dea belli. 18. Æ. non exercet. 19. terribili tuba. I. cornu. mit Horn. 20. Weichlicht. Æ. fortitudo, quæ debet eſſe ferventiſſima. 21. evitat, enervat. I. gewichet. 22. Æ. nam cum in fervore jecoris ſit vis amoris pudicitia frigeſcat

eâ

An tenerum 24 Pietatis opus 25 ſudatur, in armis?
Quàm pudet, ô 26 Mavors, & 27 Virtus conſcia talem
Contra ſtare aciem, ferroque laceſſere 28 nugas,
Et cum 29 virgineis 30 dextram conferre choreis:
Juſtitia eſt ubi ſemper 31 egens, & 33 pauper Honeſtas:
34 Arida Sobrietas, 35 albo Jejunia vultu,
36 Sanguine vix tenui 37 Pudor interfuſus, 38 aperta
Simplicitas, & ad omne patens ſine 39 tegmine 40 vulnus,

---

eâ parte neceſſe eſt. 23. I. ad bellum. 24. pudicitiæ. Æ. religionis quæ in timore eſt Dei. videturque homines facere formidoloſos. 25. exercetur. I. laboratur. 26 Deus belli. 27. mea. noſter exercitus. Æ. vires quarum nobis ipſis ſumus conſcii. 28. homines nihili. I. inutiles. 29. Æ. cum virtutibus, quæ virgines finguntur, ut pudicitia, pietas. 30 noſtrum robur 32. quia viri juſti non poſſunt ditari. 33. quia qui in ſola honeſtate ponit beatitudinem, pauper ſit neceſſe eſt, cum bona fortunæ non numeret in bonis. 34. cum è contrario ebrietas ſit madida. 35. pallido. 36 ſubaudi, tantum in facie, ubi eſt ſedes pudoris. 37 I. rubor. 38. Æ. quia nullam habet duplicitatem. 39. I. clipei. 40. Æ. quia quilibet

Et 41 proſtrata in humum, nec 42 libera judice 43 ſeſe
Mens humilis, quam degenerem 44 trepidatio 45 prodit.
46 Faxo ego, ſub 47 pedibus ſtipularum more teratur
Invalida iſta 48 manus: neque enim 49 perſtringere duris
Dignamur gladiis 50 algenti & ſanguine ferrum
51 Imbuere, fragilique 52 vires fœdare 53 triumpho.
Talia vociferans, rapidum calcaribus urguet
54 Cornipedem, laxisque volat temerarius 55 frenis
Hoſtem humilem 56 cupiens 57 impulſu 58 umbonis equini

libet poteſt illam decipere. 41. unde dicitur humilitas. l. inclinata. 42. Æ. ſed ſerva 43. l. ſeipſa. 44. Æ. conſcientia proprii timoris. 45. facit degenerare. l. manifeſtat. 46. facio. Æ. faciam. 47. conculcando, non ferro percutiendo. 48. l. multitudo. 49. Æ. *perſtringere*) vulnerare. 50. hoſtium ignavorum, 51. intinguere. l. maculare. 52. H. *Imbuere, & fragili vires fœdare triumpho* ſcripſi conſtanter & verè. Adi annotata ad Apotheoſin v. 137. ubi id genus complura loca ſanavimus. 53. Æ. ex tam parvâ materia. 54. equum velocem, l. equum, quia formatos pedes cornibus habet. 55. ſolutis. Virg. *laxas ſciret dare juſſus habenas.* 56. l. ſuper-

Sternere dejectamque ſupercalcare 59 *ruinam.*
Sed cadit in 60 *foveam præceps, quam* 61 *callida forte*
Fraus interciſo ſubfoderat 62 *æquore furtim:*
Fraus 63 *deteſtandis vitiorum è peſtibus una:*
Fallendi 64 *verſuta opifex, quæ præſcia* 65 *belli*
Planitiem 66 *ſcrobibus vitiavemt inſidioſis,*
Hoſtili de parte latens, ut foſſa ruentes
Exciperet 68 *cuneos,* 69 *atque agmina merſa voraret.*

perbia inruére nititur ſuper humilitatem & ſpem. 57. pectore equi. 58. Renbogen. ſynecdoche. Æ. clypeo ſive cetra ex corio equino. 59. humilitatem ruentem 60. I. ſuperbia cadit in foveam. 61. Æ. quæ pro parte ſuperbiæ in pugna ſtabat. 62. campo medio effoſſo, ut in illa compleretur, quod Pſalmographus ſcribit: *incidit in foveam, quam fecit*. I. terræ, campo, ab æquitate. 63. Æ. inter peſtes deteſtandas. 64. callida & aſtuta, ſed in malum. I. callida artifex. 65. Æ. gerendi inter Superbiam & Humilitatem. 66. I. foveis. 67. Æ. *violavemt*) effodiendo corruperat. H. *violaverat*) *vitiavemt* Puteaneus, placet. Infra v. 626. ex ſcriptis *invitiabile ævum*. *Vitiare animam* paſſione Hippolyti v. 62. 68. I. exercitus. 69. virtutum.

70. præ-

Ac ne fallacem puteum 70 deprendere poſſet
1 Cauta acies, 2 virgis adopertas texerat 3 oras,
Et ſuperimpoſito ſimularat 4 ceſpite campum.
At 5 Regina humilis, quamvis 6 ignara manebat
7 Ulteriore loco, nec adhuc ad fraudis 8 opertum
Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ.
9 Hunc 10 eques 11 illa dolum, dum fertur præpete curſu,
Incidit, & cæcum ſubitò patefecit 12 hiatum:
13 Pronâ ruentis equi 14 cervice involvitur, ac ſub
15 Pectoris impreſſu 16 fracta inter 17 crura rotatur.

70. præſcire, vel vermeiden. befinden. Æ. quaſi quod lateret furto. 1. I. clara. 2. Æ. arborum ramis. 3. foſſarum. I. ſummitates. 4. Æ. herbis congeſtis, cum revera eſſet foſſa 5. I. humilitas iterum. 6. Æ. ſc. latentis foſſæ. 7. citra foſſam. 8. ad ſcrobem, quam fraus foderat: in quam humilitas non incidit, quia ſuo præcipitio ſuperbia loci fraudem patefecerat. 9. in hunc hiatum; *cæcum*, i. ramis & ceſpitibus opertum 10. ſuperbia obequitans. 11. I. ſc. ſuperbia. 12. ſcrobem. 13. Æ. præceps dejicitur. 14. ſuper equi cervicem. 15. ſc. equi, qui ſuper ipſam ſeſtricem cecidit. H. *Pectoris preſſu*) *Pectoris impreſſu* noſtri Niſi quod in priore Rottendorphio *impulſu*. Mox *proſpicit obtritum* Rottendorph.

At 18 *virtus placidi moderaminis, ut* 19 *levitatem*
Proſpicit obtritam monſtri ſub morte jacentis,
20 *Intendit greſſum mediocriter,* 21 *os quoque* 22 *parcè*
Erigit, & 23 *comi moderatur gaudia vultu.*
24 *Cunctanti ſpes fida comes ſuccurrit, & offert*
Ultorem gladium, 25 *laudiſque inſpirat amorem.*
26 *Illa cruentatam correptis crinibus* 27 *hoſtem*
Protrahit, & faciem lævâ 28 *revocante* 29 *ſupinat.*
Tunc caput 30 *orantis flexâ cervice reſectum*

uterque cum Put. & Aldo. Nec aliter Fuldanus Weitzij. 16. Æ. diſſipata & lacerata. 17. ſc. equi. 18. humilitas vitæ humanæ moderatrix. 19. ſuperbiam ſibi contrariam; quod eſt q. monſtrum quoddam. I. inſtabilitatem. 20. Æ. properat. 21. quod ſuperbia quaſſanti capite atque erecta cervice feciſſet. I. faciem. 22. mediocriter. 23. honeſto, ſevero, ornato, amœno. Æ. feſtivo & hilari. 24. dubitanti quid faceret; vel quod humilitas nihil præcipitanter agit. I. dubitanti. 25. Æ. victoriæ. 26. I. humilitas amputat caput ſuperbiæ. 27. Æ. ſuperbiam. 28. illam reſupinante. 29. quia prona erat. 30. miſericordiam victricis ſuppliciter implorantis. I. flehenden. Atque hic deficit Cod. Bongarſii

Eripit, & madido ſuſpendit 31 *colla capillo.*
32 *Exſtinctum vitium ſancto* 33 *ſpes increpat ore:*
Deſine 34 *grande loqui: frangit Deus omne ſuperbum.*
35 *Magna cadunt: inflata* 36 *crepant: tumefacta premuntur.*
Diſce 37 *ſupercilium deponere, diſce cavere*
ante pedes foveam, quisquis 38 *ſublime minaris.*
39 *Pervulgata viget noſtri* 40 *ſententia Chriſti:*
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.
41 *Vidimus horrendum* 42 *membris* 43 *animisque Goliam.*

garſij. Reliqua ſunt ex Widmann. deſcripta. 31. Æ. ſc. cum capite. 32. l. extinctam ſuperbiam. 33. Æ. humilitatis comes.: quia ipſa humilitas nihil ſublime aut minax dicit. 34. quod antehac faciebas. 35. Lucanus: *In ſe magna ruunt.* 36. rumpuntur tumeſcendo. *premuntur*) idem dicit alijs verbis. 37. ſuperbiam. Juvenal. *ſi cum magnis virtutibus affers grande ſupercilium.* l. ſuperbiam. 38. glorioſe. 39. valde. 40. Æ. Luc. cap. 14. *qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui humiliat, exaltabitur.* Atque unus ex ſeptem ſapientibus interroganti Æſopo, quid faceret Jupiter, reſpondit: *extollit humiles, atque ſuperbos deprimit,* 41. quod de ſuperbia dixit: ſpes exemplo Goliæ ex 1. Reg.

44 Invalidâ cecidiſſe manu: puerilis in illum
Dextera 45 fundali 46 torſit ſtridore lapillum,
47 TrajeÇtamque 48 cavo penetravit vulnere frontem.
Ille minax, rigidus, jactans 49 truculentus, 50 amarus,
Dum tumet 51 indomitum, dum 52 formidabile 53 fervet,
Dum ſeſe oſtentat clipeo, dum 54 territat auras:
Expertus, pueri quid poſſint 55 ludicra parvi,
Succubuit teneris bellator 56 turbidus 57 annis.

libro demonſtrat. 42. erat quippe procerus. 43. animoſitate grandiloquus. 44. David pueri debilis, comparatione Goliæ; cum alioqui robuſtiſſimus eſſet. 45. miſſum ex fundâ cum ſtridore. H. in Thuaneo *funali*. Quod in Egmondano & Palatino Weitzius invenerat. Sic infra v 866. *funalis machina*. Ubi & in Oxonio *fundalis*. Hymno B. Vincentij *funale textum* pro culleo. Mox etiam tres vetuſtiores, *formidabile fervet*, non *terret*. *teneris annis* præterea omnes. Niſi quod in uno Cauchlano *terret*. 46. I. jecit. 47 per traj. 48. Æ. quia lapis deſcendit ad intimum cerebrum. 49. I. torvus, 50. Æ. amarulentis utens verbis. 51. nomina ſunt pro adverbijs. I. indomite. 52. adverb. 53. *terret*) fervet. 54. Æ. Ex Virg. 11. Æneid. *cædum territat armis*. 55. *ludicra pueri*) quia fundâ rem aliquam figere puerorum ludus eſt. 56. præ-

Hic tunc ille puer virtutis 1 *pube* 2 *ſecutus,*
3 *Florentes animos ſurſum in mea regna* 4 *tetendit.*
Servatur 5 *quæ certa mihi* 6 *domus Omnipotentis*
Sub pedibus Domini, meque ad 7 *ſublime vocantem*
Victores 8 *caſâ culparum labe capeſſunt.*
Dixit, & 9 *auratis* 10 *præſtringens* 11 *aëra pinnis,*
In cœlum ſe virgo rapit: mirantur euntem
Virtutes, 12 *tolluntque animos in vota, volentes*
13 *Ire ſimul, ni bella duces* 14 *terrena retardent.*

præcipianter omnia, atque ex perturbatione faciens. 57. puerilibus, quia ætas tenera eſt. 1. adoleſcentia ſub virtutum exercitio educata. 3. ſc. ſpem majora indies exequendi. 3, animi actiones in ætate floridâ. 4. direxit. 5. H. *quia certa* in Puteaneo. 6. Æ. non quod ſpes illuc usque perveniat; dicente Apoſtolo; *Cum venerit, quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt*: ſed quod in via ſperantes, in patria collocandi ſunt. 7. regna cœleſtia. 8. ſuperata cauſa vitiorum. l. victa. 9. Humilitas aſcendit in cœlum: Virtutes mirantur. 10. Æ. *perſtringens*) leniter verberans. H. *perſtringens*) idem *præſtringens* cum Weitzianis. Sic Apotheoſi v. 406. *præſtringi luce oculos* ſcripti. plura alibi congeſſimus 11. l. accuſ. græc. 12. Æ. erigunt ſe in ſpem, 13. cum ſpe in cœlum abſcendente. 14.

 quia

15 *Confligunt vitiis, ſeque ad ſua* 16 *præmia ſervant.*

17 *Venerat* 18 *occiduis mundi de finibus hoſtis*

Luxuria, exſtinctæ 19 *jam dudum* 20 *prodigia famæ,*

21 *Delibuta* 22 *comas,* 23 *oculis vaga* 24 *languida vocem,*

---

quia in hac vita decertandum eſt cum vitiis. 15. I. pugnant adhuc. 16. Æ. poſt victoriam de illis partam. 17. Deſcribit Sobrietatis cum Luxuria certamen, accipiens luxuriam in propriâ ſignificatione, h. e. pro ſuperfluitate in omni re, cujus eſt immoderatus uſus; Cicero. 1. Offic. *Intelligimus, quam ſit turpe diffluere luxuria, delicatè ac molliter vivere.* 18. De Aphrica, an de Hiſpania? ſed à neutra mores corrupti venerunt in medium orbem. An *de finibus occiduis,* i. *vergente mundi veſpere,* ut canit Hymnographus: *in quos,* ut inquit Apoſtolus, *ſeculorum fines devenerunt,* 1. Cor. 10. Unde paulo poſt: *Veſpertinus edit populus,* i. mundi veſpere conſtitutus. 19. I. *jamdudum*) ſtatim. 20. oſtentatrix. Æ. non curans de infamia, quæ inde ſequitur. 21. ſc. unguento pretioſo. I. uncta. 22. per. 23. Æ. *oculis vaga*) Perſius *permiſit ſparſiſſe oculos:* H. *oculis vaga, languida voce*) Perſiſtit in græciſmo prior Rottendorphius *oculos vaga, languida vocem.* Sic ſupra *nudà humeros, intonſa comas, exſerta lacertos,* Et ſic

Cauchia.

Perdita deliciis : 25 vita cui cauſa voluptas,
26 Elumbem mollire animum, petulanter amœnas
Haurire 27 inlecebras, & fractos ſolvere ſenſus.
Ac 28 tunc 29 pervigilem ructabat 30 marcida cœnam,
Sub 31 lucem quia fortè 32 jacens ad 33 fercula 34 raucos
Audierat lituos, atque inde 35 tepentia linquens
Pocula, 36 labſanti per vina & 37 balſama greſſu,
Ebria calcatis ad bellum 38 floribus ibat.

Cauchianus. Poſtea *ac tunc* ſcripti. 24. Æ. habens vocem effœminatam. 25. quia, niſi propter voluptates nollet vivere. 26. eviratum. Perſius : *ſumma delumbe ſaliva*. l. mollem. 27. delectationes. 28. luxuria auditis tubis ad bellum currit. 29. Æ. quæ ab incipiente veſpere per totam noctem duraverat. 30. ex nimio cibo langvens. 31. adventante die. l. usque ad lucem. 32. ſedens. 33. lectulos. 34. Æ. tubas bellicum canentes. 35. calefacientia potores. 36. paſſu titubante. i. nutanti. l. nutanti. 37. balſamo uncta erat. quia odoris gratiâ ſparſa fuit domus balſamo & floribus. 38. Æ. ſertis, quæ jam ex capitibus deciderant. Virg.

Serta procul tantum capiti delapſa jacebant.

Non tamen illa [39] pedes; ſed curru invecta [40] venuſto
[41] Saucia mirantum capiebat corda virorum.
O [43] nova pugnandi ſpecies! non ales [44] arundo
[45] Nervo pulſa fugit, nec [46] ſtridula lancea torto
[47] Emicat amento frameam nec dextra minatur:
Sed violas laſciva jacit, foliiſque roſarum
Dimicat, & [49] calathos [50] inimica per agmina fundit.
Inde, [51] eblanditis virtutibus, [52] halitu [53] inlex
Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum,
Et male dulcis odor [54] domat ora & pectora & arma,

39. l. pedeſtris. 40. Æ. pulchro. 41. jam pridem à ſe vulnerata. 42. l. decipiebat 43. luxuria blandimentis virtutes decipit. 44. velox ſagitta, à rectitudine. Æ. ſagitta ex plumis alas habens. 45. arcus chorda H. *Nervum* Put. Ni fallor, *nervo impulſa fugit*. Exemplo illius Maroniani ex XII. Æneid. *non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta*. Deinde *frameam nec dextra minatur* vetuſtiores. In aliis *framea*. 46. Æ. cum ſtridore miſſa. 47. l. exilit. 48. Æ. *framea*) enſe. 49. quibus flores comportantur. l. plenos roſarum ſpargit. 50. Æ. ſc. ſobrietatis. 51. blanditiis delinitis. 52. l. ſpiritus. 53. inlicita peragens. Æ. luxuria illiciens ad ſe omnes. 54. in perniciem utentium à luxuria oblatus vincit. 55. muſculos & nervos rigidos; unde *toroſa ju-*

ve-

55 Ferratoſque 56 toros obliſo 57 robore mulcet.
Dejiciunt animos, ceu 58 victi, & ſpicula ponunt
Turpiter heu, dextris languentibus obſtupefacti;
Dum 59 currum varia 60 gemmarum luce micantem
Mirantur, dum 61 bratteolis crepitantia lora,
Et ſolido ex auro pretioſi ponderis 1 axem
Defixis 2 inhiant 3 obtutibus & radiorum
Argento albentem 4 ſeriem ; quam ſumma 5 rotarum
Flexura 6 electri pallentis continet orbe.
7 Et jam cuncta 8 acies in 9 deditionis amorem,

ventus dixit Perſius. I. colla loricata. 56. H. *choros* alter Rottendorphii. Aldus *obliso robore* Sed fruſtra. I. brachia vel denſitates brachiorum. 57 fracta fortitudine. Æ. priſtino rigore 58. I. viri dejectis armis ſeqwuntur luxuriam. 59. luxuriæ. 60 Æ quibus currus erat ornatus. 61. H. ſic veterrimi codices; Et mox *genearum lege*. I. laminis vel filis Æ. laminis aureis. Virg. 6. Æneid. *Ieus crepitabat bractea vento.* 1. Ovid. 2. Metam. *aureus axis* erat. 2. quaſi hiantes admirantur. Virg. 2. Georg.

Nec pulchros inhiant variæ teſtitudine poſtes.

3 Virg. 1. Æneid. *obtutuque manet defixus in uno.* 4. Ovid. 2. Metam. *radiorum argenteus ordo.* 5. curvatura, ut Ovid. dicit: *aurea ſummæ curvatura rotæ*: Hæc à Græcis *Canthus* dicitur. 6. eſt enim *electrum*, in quo quinta pars argenti auro miſcetur. 7. I. cuncta acies verſis ſignis ad deditionem

Sponte ſuâ 10 verſis tranſibat 11 perfida ſignis,
Luxuriæ ſervire volens, dominæque 12 fluentis
Jura pati, & 13 laxâ 14 ganearum lege teneri.
15 Ingemuit tam triſte nefas fortiſſima 16 virtus
Sobrietas, dextro ſocios decedere 17 cornu,
Invictamque 18 manum, quondam ſine 19 cæde perire.
Vexillum ſublime Crucis, quod in 20 agmine primo
21 Dux bona 22 prætulerat, defixa cuſpide ſiſtit,
23 Inſtauratque 24 levem dictis mordacibus alam,
25 Exſtimulans animos, 26 nunc probris nunc prece mixta;

tionem tranſit. 8. Æ. ſc. virtutum deſciſcentium à ſobrietate; 9. cupiens dedere ſe luxuriæ. I. poteſtatis avaritiæ, 10. poſitis. 11. Æ. atque ex perfidia transfuga. 12. fluxæ & delicatæ. 13. ampla & ſolutiore. 14. popinarum ſive cauponarum. I. ſcortorum, vel cantorum, helluonum, vel guloſorum. 15. ſobrietas increpat acies; ſvadens eis, ne ſequantur luxuriam. 16. virgo. 17. de exercitu ſobrietatis. Æ. quos ipſo in dextro pugnæ cornu collocaverat. 18. I. multitudinem. 19. ſine pugna decedere. Æ. in hoc certamine. 20. I. exercitus. 21. ſobrietas. 22. Æ præ ſe tulerat. 23. in meliorem partem reducens confirmat. I. armat. 24. velocem. Æ. exercitum inconſtantem. 25. H.

inſtimu-

Quis furor inſanas 27 *agitat caligine mentes?*
Quò 28 *ruitis? cui colla* 29 *datis? quæ* 30 *vincula mudem,*
31 *Prô pudor armigeris amor eſt perferre lacertis;*
Lilia 32 *luteolis interlucentia ſertis,*
Et 33 *ferrugineo* 34 *vernantes flore coronas?*
His placet adſuetas bello jam tradere 35 *palmas*
36 *Nexibus? his rigidas nodis innectier* 37 *ulnas?*
Ut mitra cæſariem 38 *cohibens* 39 *auram virilem*
Conbibat infuſum croceo 40 *religamine* 41 *nardum,*

inſtimulans) *exſtimulans* libri Principes cum Aldo. Mox *infuſum nardum* noſtri omnes. In Cauchiano tamen codice *infuſam* erit videre. l. hortans. 26. interdum. 27. Æ. perturbat atque obcœcat. 28. q. d. in perniciem manifeſtariam. l. tenditis. 29. Æ. q. d. ignominioſæ luxuriæ. 30. q. d. turpia & propter ignaviam recepta, ſc. lilia pro vinculis. 31. l. interjectio exprobrantis. 32. rubris. Æ. coronis ex floribus pallidulis. 33. ex purpura nigricante, qualis eſt color violaceus. Virg. *ferrugine clarus Ibera.* l. purpureo. 34. florentes. 35. ſc. veſtras. 36. doctrinis. Æ. ſc. florum. Virg. *injiciunt ex ipſis vincula ſertis.* 37. habere ulnas innexas, & eſt Synecd. per verbum paſſivum: ut Virg. *expleri mentem nequit.* 38. l. conſtringens. 39. Æ. quod ornamentum mollium virorum aut meretricum eſt. Virg. 4. Æneid. *Mæonia mentum mitra.* Et Juvenal.

Poſt inſcripta oleo frontis 42 ſignacula, per quæ
43 Unguentum regale datum eſt, & chriſma perenne:
Ut 45 tener inceſſus veſtigia 46 ſyrmate verrat,
Sericaque infractis 47 fluitent ut pallia 48 membris,
Poſt immortalem 49 tunicam, quam pollice docto
Texuit alma Fides, dans impenetrabile 50 tegmen
Pectoribus 51 lotis, dederat quibus ipſa 52 renaſci,

Ite, quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

40. reticulo, in quo involvuntur comæ. Juvenal.

Sed nigrum flavo crinem abſcondente galero.

Et illud:

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

41. I. florem. 42. Æ. ex chriſmate characteres. 43. oleum, quo Reges inungebantur. 44. quia character ille nunquam delebitur. 45. ſenſus eſt: ut togam ſive tunicam candidam, quam in baptiſmate accepimus, incedamus veſtiti mollibus indumentis. 46. veſte caudata. Nam *ſyrma* eſt veſtis pars, quæ per terram trahitur. I. longa veſtis. 47. Æ. in ſinus effundantur. 48. I. ſc. tuis. 49. Æ. de qua in baptiſmate dicitur, *accipe veſtem candidam*. 50. I. albam veſtem. 51. Æ. aquâ baptiſmatis mundatis. 52. unde & regeneramur per illam. 53. I. deſcendiſti

53 *Inde ad nocturnas epulas, ubi* 54 *cantharus ingens*
55 *Deſpuit* 56 *effuſi ſpumantia damna* 57 *Falerni,*
In menſam cyathis ſtillantibus; uda ubi multo
58 *Fulcra* 59 *mero, veterique* 60 *toreumata* 61 *rore rigantur?*
Excidit ergo 1 *animis eremi* 2 *ſitis? excidit ille*
Fons 3 *patribus de rupe datus, quem myſtica* 4 *virga*
5 *Elicuit, ſciſſi ſalientem vertice ſaxi?*

diſti. Æ. *ite ad epulas*) permiſſio eſt ironica. H *ite*) ſic Oxonius cum Aldo. In cœteris noſtris *inde*, quod verius, ut interrogationis nota continuetur in ſequentibus. Mox perperam Giphanius cum Aldo, , *immenſam cyathis ſtillantibus undam, ubi multo fulcra mero*. *In menſam libare* habes apud Maronem Æneid. 1. v. 736. ubi plura. 54. Æ. vas in ſacris Bacchi. 55. quod retundas, effundit, h. e. dicit *damna ſpumantia*. I. *diſpuit*) effudit vel efflavit. 56. in pateras. 57. I. vini. 58. tripodes, lecti. Æ. menſæ. 59. vino. 60. cælatura vel tornitalia. toreuma, i. cælatura. Æ. vaſa cælata ſive ſculpta. 61. vino. I. lectorum, i. potu. 1. veſtris. 2. Æ. quando Hebræi in deſerto ſiti laborabant. Et ſyllabam natura longam breviavit in hac particula *eremus*. H. *eremi* in Put. & mox ſcripti *ſalientem, vertice*. ut & *veſtris flaxis avis*, non è *vertice* & *veſtris avis*. Tum *patria intentoria* Cauchij liber. 3. I. veſtris. 4. Æ. ſc. Aaron & Moſis. 5. quaſi per

Angelicusne cibus prima in tentoria veſtris
Fluxit 7 *avis; quem nunc ſero felicior aevo*
8 *Veſpertinus edit populus de* 9 *corpore Chriſti?*
His vos 10 *imbutos* 11 *dapibus jam* 12 *crapula turpis*
Luxuria ad madidum rapit importuna 13 *lupanar?*
Quosque 14 *viros non ira fremens non* 15 *idola bello*

ſi per vim extraxit, & ſumtum eſt ex Exod. cap. 17. ſicut, quod ſequitur ex cap. 16 l. extulit. 6. Æ. manna de cœlo. 7. noſtris patribus & majoribus. 8. Chriſtianus, qui in mundi veſpere ſurrexit. 9. in corpore Chriſti, quem Manna figurabat, de quo in Pſalmo: *Panem Angelorum manducavit homo*. 10. l. ductos. 11 Æ. pane cœleſti. 12. ebrietas deformis. 13. quo ſe ebrij conferunt. l. proſtibulum. 14. Æ. perſecutores nominis Chriſtiani. 15. Placuit hic obſervationem Victoris Giſelini de vocibus Græcis perperam à Prudentio uſurpatis inſerere: Sic autem iſte ad hunc locum: Memini quidem, Aldum Manutium, ſi usquam alibi, certe in hujus auctoris editione, præſertim ſecunda, diligentiſſimum, quotiescunque licuit commate, mediam hujus Græci vocabuli (*idola*) dictionibus transpoſitis produxiſſe: verum, quæ ab ipſo auctore profecta, certo eſſe conſtat, ea retinenda potius cenſui, quam ſuperſtitioſe præter illius mentem immutanda. Monet autem me hic locus, ut paucis ſubjiciam eas Græcas dictiones, quibus Poëta ſui ſeculi auctoritatem ſecutus (quod tum inter Ec-

16 Cedere compulerant, 17 ſaltatrix ebria flexit?
State, precor, 18 veſtri memores, memores quoque Chriſti.
Quæ ſit veſtra 19 tribus quæ 20 gloria quis Deus & Rex,
Quis Dominus, meminiſſe decet. vos nobile Iuda

eccleſiaſticos ex Græcis, Latiniſque permiſtos pro Latinis haberentur) liberius uſus eſſe videtur, dum accentus latini, aliarumque regularum ratione habita, quantitatem genuinam earum neglexit. Neglexiſſe vero, & quidem ſtudio, lubens credo, tum quod ea tanquam μιμητικὰ ἁμαρτήματα, qualia in Virgilio, Horatio aliisque auctoribus eruditi annotarunt, excuſare non poſſim: eſſent enim nimis crebra & gravia; tum quod Græcarum literarum cognitionem in eo malim deſiderare, quam novum atque inſolens quoddam libertatis genus illi tribuere. Sunt autem hæ dictiones: Hereſis, Idolum, Idolium, Ethica, eremus, enigma, matheſis, poëſis, hecatombe, orichalcum, ſphæra, energima, anathema, chariſma, dæmon, chaos, margaritum, paracletus, polycletus, magia & omnia παροξύτονα ſecundæ declinationis puræ inflexa. Æ. deorum gentilium cultus 16. vinci. 17. luxuria. 18. virtutis priſtinæ. 19. ex quo genere eſtis orti. 20. quia *non oportet gloriari, niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti. Quis Deus & Rex*) quia ſolus rex regum & dominus dominantium.

21 Germen adusque Dei 22 genetricem, qua Deus ipſe
Eſſet 23 homo, procerum veniſtis 24 ſanguine longo.
25 Excitet egregias mentes celeberrima David
Gloria, continuis bellorum exercita curis.
Excitet & 26 Samuel, ſpolium qui divite ab hoſte
27 Attrectare vetat: nec victum vivere 28 Regem
29 Incircumciſum patitur; ne præda 30 ſuperſtes

21. ad illud referendum eſt, quod dicit: *quæ ſit veſtra tribus.* Et ordo eſt; *Gloria David celeberrima excitet vos germen.* 22. quia ab Abraham per Iſaac, Jacob, Judam & cæteros Patriarchas propagata eſt genealogia materna Salvatoris. 23. H. *Natus homo*) *Eſſet homo* iidem codices noſtri. 24. Æ. ſtemmate nobili, h, e, adopti eſtis in familiam Chriſti per baptiſmum. 25. hortatur ſuos milites Sobrietas] ad pugnam capeſſendam contra Luxuriam; & primo de David rege, qui bellis gerendis omne tempus contrivit. I. vobis, 26. Æ. Hoc ex primo Regum libro cap. 15. ſumtum eſt. ubi Saul juſſu Samuelis profectus contra Amalechitas, illos usque ad internecionem cecidit, niſi quod pepercit illorum Regi Agag, & partem prædæ ſervavit contra præceptum Dei. 27. I. manu tangere prohibet. 28. Agag. 29. croſſum. 30. Æ. aliquis, qui ex eâ pugnâ fuiſſet reliquus. 31. Saul. 32. quæ inde poſtea renaſcerentur. Juvenal. *redivivum pullulet arta*

annus

31 Victorem placidum 32 recidiva in prælia poſcat,
Parcere jam 33 capto crimen putat ille tyranno:
At vobis contra vinci & ſubcumbere 34 votum eſt.
Pœniteat, 35 per ſi qua movet reverentia ſummi 395
Numinis, hoc tam dulce malum voluiſſe nefanda
36 Proditione ſequi. ſi 37 pœnitet, haud nocet error.
38 Pœnituit 39 Jonatham jejunia ſobria dulci
Conviolaſſe favo ſcepᵗri, mellisque ſapore
Heu malè 40 guſtato, 41 regni dum blanda voluptas 406

---

numine, i. renaſcens H. ſic noſtri, excepto priore Rottendorphio. De hoc vocabulo multis jam egi ad Claudianum. 33. Æ. quia nihilominus Samuel juſſit illum occidi contra, quam fecerunt David & Samuel. 34. I. voluntas. 35. per reverentiam juro vel oro. Æ. perjurantis eſt. Et eſt ordo: per reverentiam ſummi Numinis, i. DEI, ſi qua reverentia DEI movet nos. Sic Virg. 2 Æneid. *Per ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam Intemerata fides.* 36. quia proditis DEUM veſtrum. *ſequentes dulce malum*, i. luxuriam. L. traditione. 37. vos 38. Æ. ex eodem 1. Regum libro cap. 14. quomodo in pugna contra Philiſtæos Jonathan contra præceptum Saul Patris, quod non audierat, guſtavit mellis favum. 39. H. ita Put. tum is ipſe cum ceteris, *conviolaſſe favo ſcepᵗri*, non *favo ſumto*. Mox Put. denuo cum Thuano *quadrijugis*. 40. Æ. quia contra patris adjurationem. 41.

Oblectat juvenem, jurataque ſacra 42 reſolvit.
Sed quia pœnituit; nec ſors lacrimabilis illa eſt,
Nec tinguit 43 patrias ſententia ſæva ſecures.
En ego Sobrietas, ſi 44 conſpirare paratis,
Pando 45 viam cunctis virtutibus, ut 46 maleſuada
Luxuries, multo 47 ſtipata ſatellite, pœnas
Cum legione ſuâ Chriſto ſub judice 1 pendat.
Sic effata 2 crucem Domini *ferventibus offert*
Obvia 3 quadrijugis, lignum 4 venerabile in ipſos
5 Intentans frenos: quod ut expavere 6 feroces
7 Cornibus 8 obpanſis & ſummâ 9 fronte coruſcum,

quia in eodem agebatur de ſumma regni. I Philiſtinorum 42. rumpit, quia non eſt occiſus. Æ. violavit. Virg. 4. Æneid. *quam te violem, aut tua jura reſolvam.* 43. quia Saul jubebat filium ex lege occidi. 44. ſubaudi, *mecum.* I. coadunare. 45. præbendo. 46. Æ. quæ ad malum ſvadet Virg. in 6. Æneid. *maleſvada fames.* 47. I. circumdata. 1 ſolvat. 2. ſobrietas crucem Domini offert curru luxuriæ, 3. Æ. equis ardore percitis in pugnam. 4. adorandam crucem. 5. I. impingens 6. Æ equi. 7. brachijs. Duo enim brachia crux habet extenta. I crucis, i. vexilli. 8. H. *cornibus oppanſis*) alii *expanſis.* Scripti noſtri *oppanſis.* Sic *panſis brachiis* Cathem. Hymno XII. v. 170. ex ſcriptis. Amat autem ejusmodi vocabula Prudentius. Sic ſupra

Vertunt præcipitem cæcâ formidine 10 *fuſi*
Per 11 *prærupta fugam: fertur reſupina* 12 *reductis*
Nequicquam loris 13 *auriga, comamque madentem*
Pulvere 14 *fœdatur. tunc & vertigo rotarum*
Implicat 15 *excuſſam dominam: nam prona ſub* 16 *axem*
Labitur, & lacero tardat 17 *ſubſtamine currum.*
18 *Addit Sobrietas vulnus letale jacenti,*
19 *Conjiciens ſilicem* 20 *rupis de parte molarem,*

ſupra habuimus *obliſo robore. obliſo collo* etiam infra. Et *obliſo gutture*: alibi *obſtrangulare, obludere, obbruteſcere, oppalleſcere*, Hymno I. Periſteph. & Hymno II. v. 190. ex codice veterrimo *offoſſa gignunt rudem*. Et ſimilia. 9. I. contra faciem offert lignum. 10. Æ. equi conſternati perterrefactique objectu crucis. 11 loca aſpera & in præcipitium poſita. 12. quia fruſtra retinebat contrahebatque lora. 13. quæ moderatur currum luxuriæ. 14. H. *pulvere fœdat humi*) *pulvere fœdatur* ſollemni Græciſmo Put. cum utroque Rottendorph. 15. Æ. ſc. ipſam luxuriam ex curru dejectam. 16. I. Antiptoſis. 17. Æ. machina, qua decurrens rota ex nimio impetu retinetur. 18. I. ſobrietas lapidem jacit, & percuſſit os luxuriæ 19. jaciens, retinens. 20. Æ. partem rupis ad magnitudinem lapidis molaris.

Hunc 21 *vexillifera quoniam ſors obtulit* 22 *ictum,*
Spicula nulla manu ſed belli 23 *inſigne* 24 *gerenti,*
25 *Caſus agit ſaxum, medii ſpiramen ut* 26 *oris*
Frangeret, & 27 recavo miſceret labra palato.
Dentibus introrſum 28 *reſolutis, lingua reſectam*
Dilaniata 29 *gulam* 30 *fruſtis cum ſanguinis implet.*
Inſolitis dapibus 31 *crudeſcit guttur, & oſſa*
32 *Conliquefacta vorans revomit, quas hauſerat,* 33 *offas.*
34 *Ebibe jam* 35 *proprium poſt pocula multa cruorem,*
36 *Virgo ait increpitans: ſint hæc tibi* 37 *fercula tandem*

21. ſobrietati ſignum crucis pro vexillo ferenti. 22. ſc. lapidis molaris. 23. vexillum crucis. l. vexillum. 24. magnificè regenti. 25. eventus. Æ. fortuna, imo providentia quædam divina. 26. quia ſpiramus ore. 27. ipſius ore cælo concavo. 28. diſſipatis & confuſis intra oris inanitatem. 29. ingluviem, qua cibos glutimus, ictu lapidis pertuſam. 30. ita ſcripſi, Ut & paulo poſt Put. Thuan. cum Cauchiano *nimiis pro dulcibus*, non *luxibus*. Tum *aſperet hauſtu*. Oxonius *horrificos ſapor* ult. *aſperet hauſtus*. 31. Æ. ex cruditate retundat. 32. fracta & comminuta. 33. fruſta ſangvinis, oſſium & carnis. 34. l. ſobrietas increpat luxuriam extinctam. 35. Æ. tuum. 36. ſobrietas. 37. ſenſus eſt: *oportet eos, qui* *ata-*

38 Triſtitia, præteriti nimiis pro 39 dulcibus ævi.
Laſcivas 40 vitæ 41 inlecebras 42 guſtatus amara
Mortis, & 43 horrifico ſapor ultimus 44 aſperat hauſtu.
45 Cæde ducis diſperſa fugit trepidante pavore
46 Nugatrix acies, 47 Iocus & 48 Petulantia primi
49 Cymbala projiciunt; bellum nam talibus armis
Ludebant, reſono 51 meditantes vulnera 52 ſiſtro.
Dat tergum fugitivus 53 Amor: 54 lita 55 tela veneno,
Et lapſum ex humeris arcum, 56 pharetramque cadentem

---

autem in deliciis conſumſerunt, exitus vitæ triſtis ſequatur. 38. I. acerba. 39. luxibus. Æ. tranſacti in voluptatibus. 40. I. tuæ. 41. Æ. blanditias. 42. & quod idem eſt, *ſapor ultimus*. 43. aſperiores reddit & exacerbat. 44. I. amaro potu. 45. morte luxuriæ. 46. vana & nihil agens. I. inutilis. 47. Æ. filius Veneris. I. jocus cymbala projiciens fugit. 48. Æ quæ & ipſa in comitatu Veneris ſive luxuriæ eſt. 49. inſtrumenta libidinis excitativa. Virg. *cymbala cum crotalis pruriginis arma.* 50. ſc. cymbalis. 51. exercentes prœlia. Juvenal. *ſtatua meditetur prœlia luſca.* 52. tuba proprie in ſacris Iſidis. I. tuba. genus Symphoniæ. 53. Æ. & ipſe Veneris filius in comitatu quoque luxuriæ verſatus. 54. I. arma uncta. 55. ſagittas. 56. Æ. quæ ſunt illius inſi-

Pallidus ipſe metus ſua poſt veſtigia linquit.
Pompa 57 oſtentatrix vani ſplendoris inani
Exuitur nudata 58 peplo: diſciſſa trahuntur
1 Serta 2 Venuſtatis, colliqne ac 3 verticis aurum
Solvitur, & gemmas 4 Diſcordia diſſona 5 turbat.
Non piger 6 adtritis pedibus per acuta 7 fruteta
Ire Voluptatem: quoniam vis major acerbam
Compellit tolerare 8 fugam: formido pericli
9 Prædurat teneras iter ad 10 cruciabile plantas.
Quæ ſe cumque fugax trepidis fert curſibus 11 agmen
12 Damna jacent, 13 crinalis acus 14 redimicula, vittæ,

inſignia 57. quæ non ad veritatem, ſed ad oſtentationem, & ad id quod videtur, ad præſens vivit. 58. veſte, qua prius videbatur ſibi pudenda tegere; quæ tamen in fine denudantur. I. pallio 1. ligamenta capitis 2. Æ. Veneris, ſicut è contrario *Venus* pro venuſtate. 3. monilia & diſcriminalia ex auro 4. tumultus & trepidatio in caſtris, quia nihil eſt tam diſſonum, quam ſunt vitia inter ſe. 5. H. *turpat*) *turbat* noſtri. Tum mox *prædurat teneras plantas*. non *perdurat* ijdem. Et hoc bene. Uſus eſt eodem verbo paſſione B. Vincentij v. 178. 6 Æ. cum antea non niſi mollia calcarent. 7. per loca fruticoſa & vepribus aſpera. 8 fuge labores & difficultates. 9. *perdurat*) active, i. duras & tolerantes laboris reddit. 10. crucians, active. 11. exercitus luxuriæ fugitivus. 12. ſpolia ſpargun-

Digitized by Google

15 *Fibula* 16 *flammeolum* 17 *ſtrophium, diadema, monile.*

His ſe Sobrietas, & eorum Sobrietatis

Abſtinet 18 *exuviis* 19 *miles,* 20 *damnataque calcat*

21 *Scandala proculcat pedibus, nec fronte* 22 *ſeveros*

23 *Conivente oculos prædarum ad gaudia flectit.*

Fertur 24 *Avaritia* 25 *gremio præcincta capaci,*

guntur. 13. qua crines diſcriminantur. 14. I. ornamenta. 15. virginale pallium. 16. Æ. velamen, quod novis nuptis ante faciem prætenditur 17. quod tum capitis diadema ſignificat, ut Virg. *nectit caput ſtrophio.* Tum *faſciam pectoralem*; ut Catullus:

Non tereti ſtrophio luctantes vincta papillas.

18. ſpoliis ex hoſtibus. 19. I. exercitus. 20. nefanda. 21. Æ. offendicula; ſic enim ſcandalum Græce, latine interpretatur; ſunt enim omnia hujusmodi ornamenta occaſiones quædam ad vitia. 22. I. graves. 23. Æ. ſaltem annuente. 24. certamen miſericordiæ vel potius liberalitatis cum avaritia: Et quia dixerat paulo ante poſt victoriam partam de luxuria *campum relictum hoſtium exuviis plenum*; dicit nunc avaritiam eo deſcendiſſe; ſinusque ſpoliis impleviſſe. I. filargiria, i. avaritia. Aurum inter harenas legit. 25. ſinu Æ. ita, ut ex ſinuoſa veſte amplum receptaculum faceret.

Quidquid 26 Luxus edax pretioſum liquerat, 27 unca
Corripuiſſe manu, pulchra in 28 ludibria vaſto
Ore 29 inhians, aurique legens 30 fragmenta caduci,
Inter harenarum cumulos: nec ſufficit amplos
Impleviſſe ſinus: 31 juvat 32 infercire 33 crumenis
Turpe lucrum, & gravidos furto diſtendere 34 fiſcos:

26. omnia conſumens, ut Virg. *ignis edax* I. delectatio. 27 avara. Æ. ad rapiendum habens digitos aduncos. 28. ad dicta ſpolia, homines ludentia. I. in riſum nobis Chriſtianis ſit, vel pecunias. 29. Æ. more nimis cupientium. 30. H. opinor *aurique legens ramenta.* Agit enim de auro nondum excocto, & in arenæ fluviatilis ramentis lecto. Infra de avaritia jam occiſa *de corpore diripit aurū*

Sordida fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiam.

Plinius lib. XXXIII. cap. 4. *apud nos tribus modis fluminum ramentis aurum invenitur.* Reſtitui id ipſum vocabulum & Lucano *galeæ ramenta.* Mox *cruminis* libri vetuſtiores. 31. I. delectat 32. Æ. inculcare, id quod alioqui jam plenum; ſc. loculos & crumenas. 33. I. marſupiis. Crumenia ſunt proprie fragmenta auri. 34. ſacculos. Æ. fiſcinas ſive ficellas ex ſpar-

Qui læva celante 35 tegit, læviuque miniſtri
Velat 36 opermento: velox nam dextra rapinas
Abradit, ſpoliuque ungues exercet 37 aënos.
38 *Cura, fames, metus, anxietas, perjuria, pallor,*
Corruptela, dolus, commenta, inſomnia 39 ſordes,
Eumenides 40 variæ 41 monſtri comitatus aguntur.
42 *Nec minùs intereà rabidorum more luporum*
43 *Crimina perſultant toto 44 graſſantia 45 campo,*
Matris Avaritiæ 46 nigro de lacte 47 creata.

ſparto; in quibus reponebantur pecuniæ ex ære, præſertim ex publicis vectigalibus. Juvenal. *Et crevit quantum ipſa pecunia creſcit:* diſtendere) implere atque infarcire. Virg. *diſtentant ubera vaccæ.* 35. proprium avaritiæ, occultare divitias. 36. ſyncopam fecit pro operimento. 37. rigidos & duros acutosque ad rapiendum. 38. quos habet comites avaritia. I. multitudo vitiorum quæ avaritia nigro creat lacte. 39. H. *ſortes* in priore Rottendorphio. 40. Æ. *Eumenides furiæ*) quibus exagitatur. 41. avaritiæ. 42. quid avaritia in bello cogat mortales facere. 43. I. peccata. 44. vaſtantia. Æ. ſævientia. 45. in quo pugnandum eſt. 46. cum alioqui ſit album. 47. I. i. vitia vel culpæ. 48. ſui.

Si 48 fratris galeam fulvis radiare 49 ceraunis
50 Germanus vidit commilito, non timet enſem
51 Exſerere, atque caput 52 ſocio mucrone ferire,
De conſanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius exſtinctum belli ſub 53 ſorte cadaver
Adſpexit ſi forte patris, fulgentia 54 bullis
Cingula, & exuvias gaudet rapuiſſe cruentas:
1 Cognatam civilis agit 2 diſcordia prædam,
Nec parcit propriis amor inſatiatus habendi

48 ſui. 49. rubris monilibus vel lapillis. Ceraunia proprium nom. gemmæ, fulvum habens colorem, nam Græc. fulgor. Æ. ſpecies pro genere, neque enim Ceraunus lapis adeo eſt pretioſus. 50. in eadem parte exercitus; quod execrabilibus eſt. 51. ſtringere in fratrem. l. educere vel eripere. 52. Æ. ejusdem partis fautori, quod, ut diximus, magis eſt impium. 53. fortuna, *quæ*, ut ait Cicero, *cum aliis in rebus plurimum dominetur, tum in bello præcipue vires ſuas oſtendit*. 54. balthea. 12. Æneid,

Baltheus & notis fulſerunt cingula bullis.

l, gemmis. 1. Æ. ex ſpoliis cognatorum. 2. quia hæc avaritiæ crimina in bellis maxime civilibus contingunt. 3. etiam propriis filiis. 4. H. *fames improba*) *famis* ſcribendum cum Put. ſic idem mox v. 508. *ſtupuit lues improba*. Quomodo & Egmondanus utroque loco, qua de re egimus Cathem. Hymno. VII. v. 162.

5. Æ.

3 *Pignoribus, ſpoliatque ſuos 4 famis impia 5 natos.*
6 *Talia per populos edebat 7 funera victrix*
8 *Orbis Avaritia, ſternens centena virorum*
Millia vulneribus 9 variis. 10 hunc lumine 11 ademto,
Effoſſiſque 12 oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare ſinit, perque 13 offenſacula multa
Ire, nec oppoſitum 14 baculo temptare periclum.

5. Æ. idem dicit, ſed aliis verbis. 6. I. avaritia plurimos ſternit, alios cæcos errare ſinit. 7. Æ. crimina. 8. quæ totum orbem ſuis moribus infecerat. 9. quia alios alia via decipit. 10. I. quendam. 11. ablato. 12. Æ. ſc. mentis. 13. obices, quibus incurrat, & in quos pedes impingat. H. *offendicula.* in Put. Sed lex metri obnitur. Et *offenſacula* denuo infra habemus v. 781. quanquam de his talibus parum ſolicitus fuiſſe poteſt videri Prudentius. Sic priorem in *mitra* corripiebat modo, & in *rubigine* primam. Ne jam dicam, quoties in Græcis idem permittat ſibi. Secundam in *redimire* mox producet, v. 687. ſecundam in *elutum* corripuit paſſ. Vincent. v. 381. Ita enim illic ſcripti. Sed & paucis interjectis verſibus habebis *peculator avarus.* Ita enim ſcribendum volunt duo vetuſtiſſimi codices; & *ſpeculator* vix locum hic habet. *peculatores* à peculio. Paulo ante *ſecum errare facit* non *ſinit* in Cauchiano. 14. I. baculum non permi-

ſſc

15 Porrò alium capit 16 intuitu, fallitque videntem,
Inſigne oſtentans aliquid: quod dum petit ille,
Excipitur 17 telo 18 incautus, 19 cordisque ſub ipſo
20 Saucius occulto ferrum ſuſpirat 21 adactum.
22 Multos præcipitans in aperta 23 incendia cogit,
Nec patitur vitare 24 focos quibus 25 æſtuat aurum,
Quod petit arſurus pariter 26 ſpeculator avarus.
Omne hominum 27 rapit illa genus, 28 mortalia cuncta

ſit portare. Æ. ſi non oculis ducibus, ſaltem baculo. Itaque omni ope illum deſtituit ne poſſit cernere verum. 15. I. avaritia, dum aliquid oſtendit, jaculo percutere vult. 16. decipit viſu oculorum. Æ. faciens ea, quæ videas, ut appareant meliora appetibilioraque, quam ſint. 17. q. ex inſidiis. Virg. 6. Æneid. *æmulus exceptum Triton.* 18. nihil tale timens. 19. ſub occulto corde. 20. videns jam ſe ſub avaritiæ dominio: ſed jam non poſſe redire in priſtinam libertatem. 21. in intima preſſum. I. infixum. 22. avaritia multos præcipitat in incendium. 23. Æ. in manifeſta pericula. 24. I. ignes vel tartareas pœnas, ſtygis. 25. coquitur. Æ. ardet. 26. qui videt res pretioſas incendio perire. 27. H. *capit* in altero Rottendorphio verſu proximo ſcripſi conſtanter cum Aldo *neque eſt violentum, ullum,* hiatu

29 Occupat interitu: neque eſt violentius ullum.

31 Terrarum vitium, quod tantis cladibus 32 ævum
Mundani involvat populi, damnetque 33 Gehennæ.
Quin ipſos temptare manu, ſi credere dignum eſt,
Auſa 34 ſacerdotes Domini: qui prælia forte
Ductores primam ante aciem pro laude gerebant
35 Virtutum, magnoque implebant 36 claſſica flatu.
37 Et fors innocuo 38 tinxiſſet ſanguine ferrum,
Ni Ratio 39 armipotens, gentis 40 Levitidis una

hiatu relicto. quod familiare Prudentio. Putabam aliquando *neque ea violentius ullum*. In vulgatis *neque enim*. Sed videnda quæ congeſſimus in hanc rem Cathem. Hymno. XII. v. 131. 28. I. homines. 29. Æ. interimit. 30. I. fortius. 31. Æ. hominum in terra viventium. 32. vitam hominum. 33. morti æternæ. 34. quos ſacerdotes ſignificet, non auſim dicere, an Heli, cujus filios corrupit? nam de Samuele Achimelech, Abiathar, Sodoc, non eſt dignum credere. Poſt Judam Aſmonai, i. Machabæum, quod interpretatur *pugnax* omnes avaritia prope ſubegit. 35. non pro ſua gloria. 36. tubas ad prœlium animantes. 37. forte fortuna. 38. in ſententiam ſuam illos traxiſſet. 39. imo quæ poten-

Semper fida 41 *comes, clipeum objectaſſet, & atra*
Hoſtis ab 42 *incurſu claros texiſſet* 43 *alumnos.*
Stant 44 *tuti rationis* 45 *ope, ſtant turbine ab omni*
Immunes, forteſque 46 *animi, vix in cute* 47 *ſummâ*
48 *Præſtringens* 49 *paucos tenui de vulnere lædit*
Cuſpis Avaritiæ. Stupuit 50 *lues improba* 51 *caſtis*
52 *Heroum* 53 *jugulis longè ſua tela* 54 *repelli:*
55 *Ingemit, & dictis ardens furialibus infit:*

tentior eſt omnibus armis. 40. ſacerdotum, qui erant de genere Levi, à Levita namque pro genere fœminino Levitis, leviridis dicimus. 41. quæ ſola ſemper comitata eſt ſacerdotes. 42. invaſione turpis avaritiæ. 43. l. filios. 44. ſecuri. 45. adjutorio. 46 Æ. ſubaudi ſacerdotes 47. quia vultus non deſcendit ad vivum. 48. leviter tangens. H. *perſtringens*) meliores hic denuo. *præſtringit* ut paſſim apud noſtrum. 49. I. de militibus Æ. ſc. ex ſacerdotibus, qui aliquando in parvis ab avaritia corrumpuntur. 50 hominum peſtis. 51. non corruptis. 52. ſacerdotum, ſemideorum, de quibus ſcriptura dicit; *Ego dixi, Dii eſtis.* 53. l. pectoribus 54. repercuti & non admitti. 55. l. ſtupuit vel ingemuit. 56. Æ. quia hoc genus hominum non poſſumus ſuperare.

57. H.

56 Vincimur, heu, ſegnes; nec noſtra potentia 57 perfert
1 Vim ſolitam: languet violentia ſæva nocendi,
2 Sueverat invictis quæ viribus omnia ubique
Rumpere corda hominum, nec enim mihi 3 ferrea quemquam
4 Formavit natura virum, cujus 5 rigor 6 æra
Sperneret, aut noſtro foret impenetrabilis 7 auro.
8 Ingenium omne 9 neci dedimus: 10 tenera, aſpera, dura,
Docta, indocta ſimul 11 bruta & ſapientia, nec non
Caſta, 12 inceſta meæ 13 patuerunt pectora dextra.

57. H. *præfert*) in aliis *refert*. Sed noſtri omnes *perfert*. Nec aliter Aldus. quod verum eſt. In uno Weitzii Fuldano *profert*. In Cauchiano *præfert* 1. Æ. qua antehac omnes ſuperabamus, conſueverat. 3. dura & inpenetrabilis. 4. L. duravit. 5. duritia 6. Æ. pecunias, 7. quo omnes expugnare conſuevimus. 8. I. hominum. 9. Æ. usque ad internecionem profligavimus. 10. quod in genere dixit: *ingenium omne neci dedimus*: nunc per partes enumerat. L. omnem ætatem dicit. 11. ſtulta. 12. immunda. 13. Æ. expoſita & aperta fuerunt meis telis.

14 *Sola igitur rapui, quidquid 15 Styx abdit avaris*
16 *Gurgitibus. nobis 18 ditiſsima Tartara 19 debent,*
Quos retinent, populos. quod volvunt 20 ſecula noſtrum eſt:
Quod 21 miſcet mundus vaſana negotia noſtrum.
22 *Qui fit, pravalidas quòd 23 pollens gloria 24 vires*
Deſerit, & 25 caſſos 26 ludit 27 fortuna lacertos?

14. quaſi non & alia vitia plures demerſerint in infernos: ſed loquitur ex arrogantia, quod *prope ſola*; cum plures quam alia vitia, in ſtyga detruſerit. 15. palus apud inferos. *Dii, cujus jurare timent & fallere numen.* I. infernus, ad inferiorem vadit. 16. Æ. quia quæ ſemel vocavit, nunquam remittit. I. fluminibus. 18. Æ. quippe in quæ omnia terminantur, unde, & Pluto Deus inferorum, dis, i. dives appellatur. 19. quia ego illos transmiſi illuc. 20. homines in hoc ſeculo, quod miſcent atq; perturbant mentiendo, pejerando, imponendo, decipiendoque, id totum eſt avaritiæ opus. 21. I. quod agit mundus mali. 22. Æ. quomodo fieri hoc poteſt. 23. qua ante hac ego pollebam. 24. meas priſtinas. I. virtutes ſuas. 25. inutiles. 26. deluſa eſt. Æ. in quibus nullæ mihi ſunt vires ad torquenda tela, in Chriſtianos præcipue. 27. I. felicitas noſtra

Sordet Chriſticolis rutilantis 28 *fulva* 29 *moneta*
Effigies; ſordent argenti 30 *emblemata; & omnis*
Theſaurus 31 *nigrante oculo vileſcit honore.*
Quid ſibi docta volunt 32 *faſtidia? nonne triumfum*
Egimus 33 *è Scarioth? magnus qui diſcipulorum,*
Et 34 *conviva Dei, dum falſis fœdere menſa*
35 *Haudquaquam ignarum, dextramque* 36 *paropſide jungit.*

ſtra. 28. rubra. 29 Æ. moneta aurea habens effigiem impreſſam. 30. vaſa argentea, in quibus ſunt imagines cælatæ; nam *argumentum cælaturæ* dicitur *emblema*. L. figuræ, vel abundantiæ. 31. diſpecto. Æ. quia theſauri non habentur in pretio apud illos. 32. homines theſauros faſtidientes. 33. ex Juda Scariotha. H. *nonne triumpho Egimus Iſcarioth*) Ita Giſelini editio. Sed noſtri codices præcipui *triumfum Egimus ex Scarioth*. Quomodo & Aldus. In nonnullis *è Scarioth*. Deinde perperam mutavit Weitzius illud *magnus diſcipulorum* in *ſummus*. Aliter codices noſtri præſtantiores. Neque ſane *ſummus diſcipulorum* Scariothes Judas fuit habitus. De hoc loquendi modo ad Hymnum XII. Cathem. v. 181. paulo ante idem *nigrante honore* immeritum mutavit in *nigrante*. Mox *quid ſibi vana volunt faſtidia* in Cauchii ſchedis. 34. Æ. Chriſti contubernalis. 35. conſcium eorum, quæ Judas ſubripiebat. I. nequaquam. 36. H.

paropſide ting. r) codices noſtri *parapſide*. Vetuſtiores tamen *pambſide* & *jungit* pro *tingit* omnes. Quare putabam aliquando, *inungit*. Sed *jungit* bene omnino ſe habet. In Put. *dextramque pambſide jungit*. Sic περὶ στεφάνων pari modo variant libri veteres, *gemuique & ampla argentea eſt pampſis*. *parapſide* ſeu *pambſide* conſtanter ſcriptum offendi in veterrimis quoque Martialis ac Juvenalis exemplaribus, quorum apud illum habes lib. XI. Ep. 28. *parapſide rubra*, apud hunc Sat. 3. *quam multa magnaque parapſide cænat*. Ita enim & Turnebus ibi in vetuſtis codicibus extare monuit, & nos in compluribus invenimus. Sane Heſychio παροψίδες ἢ παροψίδες τὰ μεγάλα τρυβλία. Et ſic apud Svetonium in Galba, & etiam in Digeſtis non ſemel priſci codices. Quare & Turnebus id ab *apſide* deducebat, ut & Cujatis obſ. 10. cap. 17. Gloſſæ veteres apud eundem Cujatium, *parapſis acetabulum majus & ſuffuſorium*. Sed & Iſidorus *parapſis quadrangulum & quadrilaterum vas*, i. *paribus abſidibus*. Quod facit pro ſcriptura *parabſidis*. Nec defuere, qui inter *parapſidem* & *paropſidem* ſic diſtinxerit, ut paropſis eſſet ſcutella eſcaria, parapſis ἐμβάφιον vel ὀξυβάφιον. Gloſſarium veterrimum Voſſianæ bibliothecæ, *parabſis, acetabulum majus, aliqui & catinum appellant*. Cum Heſychio facit Papias, *parapſis, parapſidos, gabata vel patina, acetabulum aliquod & catinum ita appellari putant*.

Incidit in noſtrum 37 flammante cupidine 38 telum,
39 Infamem mercatus 40 agrum de 41 ſanguine amici
Numinis, oblito 42 luiturus 43 jugera 44 collo.
Viderat & 45 Hiericho propria inter funera, quantum
Poſſet noſtra 46 manus, cùm 47 victor concidit 48 Achar.
Cædibus inſignis, murali & ſtrage ſuperbus,
49 Subcubuit capto victis ex hoſtibus auro:
Dum 50 veteris inſigne legens 51 anathema favillæ.

tum. *Parepſis, idem.* Lege *paropſis idem.* Idem, *paropſis, quadriangulum & quadrilaterum vas eſt ex paribus apſidis.* Sic ſcribe, non *ex paribus aſsis.* 37. I. ardente. 38. Æ. cum acceperit triginta argenteos proditionis pretium. 39. teſtem infamis proditionis. I. deteſtabilem. 40. Æ. non ipſe, ſed illi, quibus ipſe pretium reſtituit. 41. de pretio ſanguinis Chriſti. 42. in pœnam ſoluturus. 43. pretium, quo ager ille eſt emtus. 44. quia ſe ſuſpendit laqueo. 45. Ex Joſuæ libro cap. 7. quomodo Achan fuit lapidatus à populo propter furtum ex præda hoſtili. 46. quia ſuperavi Achan. 47. expugnata urbe Jericho. 48. H *Achan*) *Achar.* Put. *Acham* Thuan. cœteri cum Puteaneo faciunt. 49. Æ victus à me. I. ſe noſtra ſuggeſtione. 50. Æ. è Joſuæ cap. 6. 51. furto ſurripi-

Meſta ruinarum ſpolia inſatiabilis 52 haurit.
Non illum generoſa tribus, non plebis avitæ
Juvit 53 Juda parens 54 Chriſto quandoque propinquo
Nobilis, & tali felix Patriarcha 55 nepote.
1 Quis placet exemplum 2 generis, placeat quoque 3 forma
4 Exitii: ſit pœna 5 eadem, quibus & genus unum eſt.
Quid moror aut Judæ 6 populares, aut populares
7 Sacricolæ ſummi (ſummus nam fertur Aaron)
Fallere fraude aliqua, Martis congreſſibus 8 impar?
Nil 9 refert armis contingat palma dolisve.
Dixerat, & torvam faciem furialiaque arma

ripiens pallium coccineum, ducentos ſiclos argenti &c, quæ erant Domino conſecranda, & ſeparanda ab uſu profano. 52. ſubripit Achan. 53. erat enim Achan ex tribu Juda, qui numeratur in genealogia Chriſti. 54. I. Chriſti adventum dicit. 55. Chriſto. 1. Æ. pro *quibus placet exemplum generis* ſumemus exemplum â ſuis majoribus. 2. I male operandi. 3. Æ. quam ex illis imitentur. 4 I. perditionis. 5. una. Æ. æque peccantes æque puniantur. 6. ex qua tribu fuit Achan. 7. Aaron, qui fuit ex tribu Levi. 8 ego, h. i. Levita pugnare non debuit. *fraude*) in fabricatione vituli. 9. nullà diſcretio eſt. Æ: Virg. 2. Æneid. *dolus an*

vir-

Exuit, inque habitum ſeſe transformat 10 *honeſtum.*
Fit Virtus ſpecie, vultuque & voce 11 *ſeveræ:*
Quam memorant 12 *frugi,* 13 *parcè cui vivere cordi eſt,*
Et ſervare ſuum; tamquam nil 14 *rapiat avarè,*
15 *Artis adumbratæ meruit, ceu* 16 *ſedula, laudem.*
Hujus ſe 17 *ſpecie mendax* 18 Bellona 19 *coaptat,*

---

virtus quis in hoſte requirat? 10. cum in proprio non poſſet fallere. 11. I. gravis. 12. Æ. frugalitas, & totum hoc ſumtum eſt ex Juvenale:

> *Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.*
> *Nec dubie tanquam frugi laudatur avarus,*
> *Tanquam parcus homo & rerum tutela ſuarum.*

13. I. vel filiis ſervare. 14. Æ. ſed non ſatis eſt abſtinere ab alieno, niſi etiam de proprio benefeceris. 15. I. parcitatis. 16. Æ. q. diligens cuſtos. *Artis adumbratæ*) virtutis non veræ. Nam *virtus* & *ars* pro alterutro accipiuntur. 17. aut frugalitatis aut parſimoniæ. 18. avaritia bellum gerens cum hominibus. 19. I. conjun-

Non ut avara 20 lues, ſed virtus 21 parca putetur:
Nec non & tenero pietatis 22 tegmine crines
23 Obtegit 24 anguineos, ut candida palla 25 latentem
Diſſimulet 26 rabiem, diroque obtentu 27 furori,
Quod 28 rapere & 29 clepere eſt, avideque abſcondere 30 parta,
Natorum curam 31 dulci ſub nomine 32 jactet.
Talibus inludens 33 male credula corda virorum
Fallit 34 imaginibus, monſtrum 35 ferale ſequuntur,
Dum credunt virtutis opus. 36 capit impia 37 Erinnys

git. 20. Æ. peſtilens avaritia. 21. parſimonia, quæ à liberalitate paululum declinat ad avaritiam. 22. ſub colore acquirendi filiis; in quos eſt parentum pietas. 23. I. remitens pauliſper avaritia. 24. ſerpentinos. Æ. quos avaritia quaſi furia habet. 25. I. ſub ſpecie bonitatis 26. formam. 27. Æ. acquirendi. 28. rapinam. 29. furtum. Nam *clepo* eſt furor. I. cleps, fur dicitur. Inde clepere, i. furari. 30. parata. 31. Æ. honeſto. 32. fingit. 33 quod malum eſt, credentia, 34. I. formis Æ. avaritiam. 35. I. mortale. 36. decipit 37 Æ. furia, h. e. avaritia. 38. conſentientes ſe vinciri, q. ſit figura Synecdoche, quæ non conſvevit fieri per verbum activum; ſed melius eſt ut legas; *conſenſu facilis*. 39. impropriè pro vin-

38 Conſenſu faciles, 39 manicisque tenacibus artas.
40 Attonitis 41 ducibus, perturbatisque 42 maniplis,
43 Nutabat Virtutum acies errore biformis
44 Portenti, ignorans, quid amicum crederet illud,
Quidve hoſtile notet: letum 45 verſatile & anceps;
46 Lubricat incertos dubiâ ſub imagine viſus.
Cum ſubito in medium frendens, 47 Operatio campum
Proſilit auxilio 48 ſociis, pugnamque capeſſit.

vinculis poſuit. 40. l. virtutum acies dubitat, avaritiam non plene cognoſcens, 41. virtutibus. 42. vexilliferis. 43. Æ. dubitabat. 44. avaritiæ ſub honeſta ſpecie ad malum ſvadentis. 45. ſubaudi, *erat*, quia dubitabat acies virtutum, pro qua parte occumberet. 46. huc atque illuc volvit oculos; quod ipſum dubitantis eſt, quid faciat. 47. *miſeratio*) quam autor opponit avaritiæ. l. largitas pugnat contra avaritiam, & ſpolia ejus pauperibus erogat. H. ſic conſtanter ſcripti. Probe. Monuit Giſelinus & pluribus ad D. Paulini opera Rosweidus Vulgati *miſeratio*. *Operatio* à bonis operibus deducitur. Deinde iidem ſcripti, *omnibus ibat nudam induviis* non *exuviis*. 48. Æ. in auxilium ſociorum. 49. l. bellum.

50 Militiæ poſtrema 51 gradu, ſed ſola duello
Impoſitum manum, ne quid jam 52 triſte ſuperſit.
Omne 53 onus ex humeris rejecerat; 54 omnibus ibat
Nudata 55 induviis; multo & ſe 56 faſce levarat;
Olim divitiis gravibusque oppreſſa talentis,
1 Libera nunc 2 miſerando inopum, quos larga 3 benignè
Foverat, effundens patrium bene 4 prodiga cenſum.
Jam loculos ditata fidem ſpectabat 5 inanes,

50. exercitus. 51. Æ. ſed in hâc pugna futura victrix. 52. timendum ab hoſte. 1. acerbum. 53. Æ. divitiarum. 54. nimirum quæ omnia pauperibus bona ſua elargiata eſt. 55. indumentis. 56. Æ. onere. Virg. *ego hoc te faſce levabo.* 1. expedita & exonerata. 2. H. ſic ſcripti. Deinde Put. & Thuan. *jam loculos ditata fidem* non *fide*, ſollemni Græciſmo. Denique *reditura fœnore* conſtanter ſcripti. Nec recte mutatum à Weitzio, & ijdem *virtutis fulmen & impios*, non *inopsque*, Cathem. Hymno X.

Mentis impos efferatis percitus furoribus.

3. Æ. largiter; ſicut è contrario *maligne* pro anguſte. Virg. 6. Æneid. *ſub luce maligna* 4. quia etſi prodigalitas vitium eſt atque vituperabilis, hæc tamen laudanda eſt. 5. facta pauper, ſed dives fide. 6. expectans, 9. rem jam manibus

Æternam 6 numerans redituro 7 fœnore ſummam.
Horruit invicta 8 Virtutis fulmen, & inpos
Mentis Avaritia ſtupefactis ſenſibus 9 hæſit,
Certa 10 mori. nam quæ fraudis 11 via 12 reſtet, ut ipſa
13 Calcatrix mundi, mundanis victa 14 fatiſcat
Inlecebris, 15 ſpretoque iterum ſeſe implicet auro?
Invadit trepidam 16 Virtus fortiſſima duris
Ulnarum 17 nodis, 18 obliſo & gutture frangit
19 Exſanguem ſiccamque 20 gulam: compreſſa ligantur

bus teneat. 7. quia pro ſimplis centena reddentur. l. pignore. 8. operationis. Æ. miſerationis impetum animique vigorem. 9. l. dubitavit. 10. Æ. præ deſperatione vincendi. 11. nullus eſt relictus locus dolo. 12. H. *reſtat*) *reſtet* ex ſcriptis. Nec male Egmondanus *fraudi.* Sed male mox Weitzius *obliſo robore.* quod præceſſerat. *gutture* noſtri. Supra, *obliſo luiturus jugera collo.* Et *ferratosque toros obliſo robore mulcet.* Ubi perperâm circumferebatur, *oblito robore.* 13. l. ſperatio. Æ. diviciarum contemtrix. 14. l. deficiat. 15. Æ. quo ſolo avarita alios conſuevit ſuperare. 16. miſeratio. 17. comprimens illam inter brachia. l. brachiis 18. artato, 19. Æ. mortuam. 20. l. guttur.

21. Æ.

21 *Vincla lacertorum ſub mentum, & faucibus artis*
Extorquent animam: nullo quæ 22 *vulnere* 23 *rupta*
24 *Palpitat, atque aditu ſpiraminis* 25 *intercepto.*
Incluſam patitur 26 *venarum carcere mortem.*
27 *Illa* 28 *reluctanti genibusque & calcibus inſtans*
29 *Perfodit & coſtas, atque* 30 *ilia rumpit anhela.*
Mox ſpolia 31 *exſtincto de corpore diripit, auri*

21. Æ. eadem vincula & comprimebant lacertos, & guttur ſub mentum, & extingvent animam. 22. ſed tantum vinculorum compreſſione. 23. l. rupta. 24. Æ. per partes corporis tremit. 25. intercluſo meatu ſpirandi. 26. quia non exhalavit animam per fauces: ſed intercluſo ſpiramento q, in carcere extincta eſt; & loquitur de anima, non quâ ſentimus, vivimus, & intelligimus, quæ immortalis eſt: ſed de anima, quâ ſpiramus & reſpiramus. Perſius: *pulmo animæ prælargus anhelet.* 27. l. largitas avaritiam genibus & calcibus perfodit. 28. Æ. avaritiæ. 29. transverberat. 30. nam partes illæ potiſſimum ſpiritu intenduntur & remittuntur. 31. H. in Put. *exuncto de corpore.* In Egmondano *exuſto.* Puto *exuto de corpore.* Sic ſupra *torvam faciem furialiaque arma exuit.* Paſſione Agnetis, *exutus inde ſpiritus emicat.* Et apud

32 Sordida 33 fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem, tineis etiam marſuppia crebris
34 Exeſa & virides obducta ærugine 35 nummos
Diſpergit 36 ſervans diu victrix & egenis
37 Diſſipat, ac 38 tenues captivo 39 munere donat.
Tunc circumfuſam vultu exſultante 40 coronam
Reſpiciens, alacris media inter millia clamat.
Solvite 41 procinctum, juſti, & diſcedite ab armis:
Cauſa mali tanti jacet interfecta: lucrandi

---

apud Paulinum Epiſtola ad Auſonium: *ſera eris exutis homini querimonia membris.* Mox *marſuppia* Put. & *tineis materiam* Tiniis & alias in optimis exemplaribus inveni. *Marſuppium* quoque Paſſione Laurentij. 32. Æ. turpiter acquiſita. 33. non formati in nummos aureos. Et eſt appoſitio ad id, quod dixit, *ſpolia.* 34. corrupta & nimia attritione conſumta. 35. quia pecuniæ ex ære contrahunt æruginem quandam viridem. I. denarios. 39. Æ. ab avaritia. 37. dividit. 38. pauperes. 39. quod ex hoſte avaritia cepit. 40. milites ſuos in circuitu aſſiſtentes. 41. belli apparatum, vel potius *procinctus ducebatur*, ut inquit Feſtus, *cum exercitus cinctus erat ritu Gabino, confeſtim pugnaturus.* Plinius Lib. 8. *cornibus in procinctu ad dimicandum paratis.* I. parationem belli vel conventum.

42. Æ.

42 Ingluvie pereunte licet requieſcere ſanctis.

Summa 43 quies, 44 nil velle 45 ſuper, quam 46 poſtulet uſus

Debitus; ut ſimplex 47 alimonia, 48 veſtis & una

Infirmos tegat ac 49 recreet mediocriter artus;

Explerumque 50 modum natura non 51 trahat extra.

Ingreſſurus iter peram ne 52 tollito, neve

De 53 tunica alterius geſtamine providus eſto:

Nec te 54 ſollicitet res craſtina; ne cibus alvo

Deſuerit; 1 redeunt eſca cum Sole diurno.

Nonne vides, 2 ut nulla avium 3 cras cogitet? ac ſe

42. Æ. voracitate pecuniarum in avaritia. 43. maxima tranquillitas animi. 44. H. ita caſtigatiores ſcripti. Et mox *providus ito*. 45. Æ. ultra. 46. I. indiget. 47. quæ ſufficit intra naturæ fines viventi. 48. ex Evangelioo conſilio., *qui habet tunicas duas: det unam non habenti.* 49. ad id, quod dixit, *ſimplex alimonia* refertur. I. ſuſtinet. 50. Æ. finem; cum natura habet, quod ſatis eſt ad neceſsitates victus & veſtitus 51. quiſquam non transgrediatur. 52. conſilium quoque Evangelicum. 53. I. ſignificant igitur duæ tunicæ dubitationem fidei; ut qui Chriſtum induit, veſtimenta perfidiæ non attingat. 54. ſufficit diei ſua malitia. 1. Æ. quod ſit providentia quadam divina. 2. I. quomodo. 3. Æ. de craſtino ſollicita

licita

4 Paſcendam, præſtante Deo, non anxia credas?
Confidunt volucres, victum non defore, 5 viles:
Paſſeribuſque ſubeſt modico venalibus 6 aſſe
Indubitata 7 fides, Dominum curare potentem,
Ne pereant. tu 8 cura Dei, 9 facies quoque Chriſti,
Addubitas, ne te tuus umquam deſerat auctor?
Ne trepidate homines: 10 vitæ dator, & dator eſcæ eſt.
Quærite 11 luciferum 12 cæleſti dogmate paſtum,
Qui 13 ſpem multiplicans 14 alat inſatiabilis ævi,

licita ſit 4. quod non deficiet ſibi cibus. *Non anxia*) ſine cura. 5. parvi pretij. H. *non defore victa* in Oxonio. Mox *addubitas*, pro *an dubitas* tres vetuſtiores ex noſtris. Tum *vitæ dator & dator eſcæ eſt.*, & *luciferum paſtum* iidem conſtanter. 6. Æ. ad illud, quod Evangeliſta dicit: *duo paſſeres aſſe veneunt*. Et alius: *quinque paſſeres veneunt dipondio*. 7. credunt. 8. cujus peculiarem curam habet DEUS. 9. ad cujus ſimilitudinem factus eſt, I. imago. 10. Æ. & hoc de jure naturali. 11. cœleſtem & ſpiritalem I. *luciſluum*) luciferum. 12. Æ. ex Salvatoris noſtri ſententia, qui ait: *operamini cibum, qui non perit*, 13. quia omnis illius ſpes ex futuro ſeculo pendet. 14. H. *inviolabilis ævi*) ſic noſtrorum plerique, niſi quod in priore Rottendorphio *inſatiabilis*. Put. *inviſitabilis*,

Corporis immemores: memor eſt, qui condidit illud
15 *Suppeditare cibos atque* 16 *indiga membra fovere.*
His 18 *dictis cura emoritur; metus, & labor, & vis,*
Et ſcelus, & 19 *placida Fidei fraus* 20 *infitiatrix*
21 *Depulſa vertere* 22 *ſolum.* 23 *Pax inde fugatis*

---

lis, quod ex ſuis expreſſerat Weitzius, vide ſupra verſ. 261. hoc libro ex ſcriptis. l. inviolabilis vitæ. 15. dare. 16. egentia Æ. indigentia cibo, potu & veſtitu. 17. l. refocillare. 18. Æ. hemiſtichion eſt. Virg. 6. Æneid. *metus & labor* &c. Hæc in comitatu avaritiæ erant. 19. quæ conciliat homines inter ſe, ut placide vivant. H. *placida fides*) *placita* meliores. Tem *ſedare & pulvere campi.* Et *veſtis aduſque pedes*, conſtanter, quod mutari à Giphanio non debuit. Nec felicius ille pro *diſcingitur*, quod noſtri omnes tuentur, *diſcinditur*. *Diſcingere lites & jurgia* frequenter apud JCtos & Sidonium Apollinarem occurrit. Infra v. 822. *diſcincta juventus*, quod & illic ſcripti perperam immutabant. 20. l. negatrix, corruptrix. Æ. negatrix & adverſa. 21. l. omnes. 22. pulverem. Æ. fugerunt. Quanquam *vertere ſolum*, proprie eſt fugere ob debita: Juvenal.

Qui vertere ſolum Bajas & ad oſtia currunt.

23. quæ

Hoſtibus alma abigit bellum. 24 *diſcingitur omnis*
Terror, & avulſis exfibulat 25 *ilia* 26 *zonis.*
Veſtis ad uſque pedes deſcendens 27 *defluit imos:*
Temperat & rapidum 28 *privata modeſtia greſſum.*
29 *Cornicinum curva æra ſilent:* 30 *placabilis* 31 *implet*
Vaginam gladius: ſedato & pulvere campi
32 *Suda redit facies* 33 *liquida ſine* 34 *nube diei:*
35 *Purpuream videas cæli clareſcere lucem.*
Agmina caſta ſuper vultum ſenſere 36 *Tonantis*
37 *Adridere hilares pulſo certamine turmas;*

23. quæ ſecuta eſt poſt victoriam. 24. diſſipatur. l. diſceſſit; 25. inteſtina. Æ. pro reſibulat & reſolvit q. loricam. 26. l. cingulis. 27. Æ. quod in pace ſit. Nam in pugna veſtes præcinctæ ſunt. Virg. 1. Æneid. *veſtis pedes defluxit ad imos.* 28 privatam vitam agens. i. non ducans exercitum. l. ſpecialis. 29. tubæ ſilent; gladii reconduntur in vaginas. 30. Æ. qui prius erat iratus. 31. reponitur 32. ſerena. Virg. 4. Georg. *ergo ubi ver nactus ſudum.* i. ſerena. 33. Æ. puræ & defæcatæ. 34. l. perturbationis. Sine vindicta. Dies diei eructat verbum. 35. virtutum legio gaudet victo certamine 36. Æ.

Et Chriſtum 38 gaudere ſuis victoribus 39 arcem
Ætheris, ac patrium famulis aperire 40 profundum.
41 Dat ſignum felix Concordia, reddere caſtris
Victrices 42 aquilas, atque in tentoria 43 cogi.
44 Numquam tam fuit 45 ſpecies, nec par 46 decus ulli
Militiæ, cùm diſpoſitis 47 bifida agmina longè
48 Duceret ordinibus, peditum pſallente catervâ;
Aſt aliâ de parte equitum reſonantibus hymnis.
Non aliter 49 cecinit reſpectans victor hiantem

Deum adeſſe. 37. pro arridebant invicem. 38. pro, gaudebant. 39. H. *arce* tres veterrimi ex noſtris. Forte *arces*. 40. I. altitudinem. Æ. quia portus, quo profundior, eo ſecurior eſt. Ponit autem *portum* pro regno cœleſti, quo omnes tendimus. 41. I. concordia jubet reducere vexilla in caſtra. Æ. jubet canere receptui 42. more Romanorum loquitur, quorum vexilla aquilas habebant. I. vexilla 43. congregari. Æ. plicata reponi. 44. I. turmæ pſallentium equitum ac pedeſtrium. 45. Æ. victoriæ pulchritudo. 46. æqualis honore. 47. in duas partes diviſa, peditum & equitum. I. bina. 48. Æ. concordia. 49. comparatio eſt, quod poſt victoriam partam de avaritia ſic cecinit Dei laudes victor exercitus; quemad-

mo-

Iſraël rabiem 1 ponti poſt terga 2 minacis,
Cùm jam progrediens calcaret litore ſicco
3 Ulteriora pede, eſtridensque per 4 extima calcis
5 Mons rueret pendentis aquæ, nigrosque 6 relapſo
Gurgite 7 Niliſcolas fundo deprenderet imo:
Ac refluente ſinu jam redderet 8 unda natantum
Piſcibus, & 9 nudas præceps operiret harenas.
Pulſavit reſono modulantia tympana 10 plectro
11 Turba Dei, celebrans mirum ac memorabile factis
Omnipotentis opus; 12 liquidas inter freta ripas

modum Iſraël, cum vidit inſequentes Ægyptios in mari ſubmerſos Exod. 15. cap. *Tunc cecinit Moſes & Filij Iſraël, &c.* 1. pontum in duas partes fiſſum. I. maris. 2. perturbationem ſemper imminentem ſignificat. 3. Æ. quæ erant ex adverſo litoribus Ægyptiorum. 4. extra pedes Hebræorum. Nam *extimus, a, um*, ab *extra* deducitur in forma ſuperlativi. I. exteriora. 5. Æ. Virg. 1. Æneid *inſequitur cumulo præruptus aquæ mons*. 6. H. ſic noſtri. Niſi quod in Put. *relaxo*. Weitzius, *repulſo*. 7. Æ. Ægyptios, qui fere omnes habitant juxta Nilum. I. Ægyptiacos, qui Nilum colunt. Ægyptij ſignificant diaboli inſtigationes. 8. gratia divina, per quam evaſerant. 9. Æ. cum apertum erat mare. 10. quo tympana pulſantur. 11. Iſraël. 12. puras & purgatas: Et poſuit *ripas* pro litoribus.

Fluctibus inciſis & ſubſiſtente 13 procellâ
14 Creſcere, ſuſpenſoſque 15 globos potuiſſe teneri.
Sic expugnatâ vitiorum gente, 16 reſultant
Myſtica dulcimodis Virtutum carmina pſalmis.
17 Ventum erat ad 18 fauces portæ 19 caſtrenſis, ubi artum
Liminis introitum 20 bifori dant cardine clauſtra.
Naſcitur hic 21 inopina mali lacrimabilis 22 aſtu
22 Tempeſtas, placidæ 24 turbatrix invida Pacis,
Quæ tantum ſubita vexaret clade triumfum.
Inter 25 confertos 26 cuneos Concordia fortè

13. pendenti procelloſo mari, facto hinc inde pariete. 14. in longum, qua ituri erant, aperiri. 15. maris undas globoſas. 16. reſonant. I. exultant. 17. Æ. exercitus poſt victoriam venerat. 18. ad anguſtias. 19. portam prætoriam dicit, & erat decumana & principalis. 20. quia valvæ duæ ſunt oſtiorum plerumque. 21. ſubita & non præviſa. 22. aſtutia & dolo diſcordiæ. I. ferro vel aſtutia. 23. perſecutio. 24 Æ. ea erat diſcordia, quæ invidit paci; quæ ſecuta eſt victoriam ſuperiorem. 25. inducit pugnam concordiæ cum diſcordia. 26. condenſatos ordines militum.

27. ab

Dum 27 *ſtipam pedum jam tutis* 28 *manibus infert,*
Excipit occultum 29 *vitii, latitantis ab ictu*
30. *Mucronem lævâ in latere,* 31 *ſqualentia quamvis*
Texta catenato ferri 32 *ſubtemine corpus*
Ambirent, 33 *ſutis & acumen* 34 *vulneris* 35 *hamis*
36 *Reſpuerent, rigidis nec fila* 37 *tenacia nodis*
38 *Inpactum ſinerent penetrare in viſcera telum.*
39 *Rara tamen* 40 *chalybem* 41 *tenui transmittere puncto*

27. ab omni parte armatis circumdata. 28 aut caſtrorum aut alicujus urbis, in quâ triumphaturi erant. 29. diſcordiæ, 30. vulnus accipit ab ictu. I. ſicut ſicarij habent breves gladios, 31. nitentia. Æ. thoraces ſive loricæ in modum ſquamarum contextæ, nam ut inquit Gellius lib. 2. *Squalere dictum eſt â ſquamarum crebritate aſperitateque, quæ in ſerpentum piſciumque coriis viſuntur.* 32. contexto conflamine, ut ſic dixerim. 33. contextis. Virg. 5. Æneid. *levibus huic hamis conſertam auroque trilicem loricam.* 34. enſis ſive teli. 35. ex quibus lorica contexta erat. I. circulis. 36. Æ. repellerent. 37. quibus hami loricæ connectebant per nodos. I. firma, 38. Æ. viribus adauctum & impulſum. 39. I. parva vel tenuis. Æ. qua parte loricæ membra committuntur & conjunguntur. 40. diloricare junctu-

42 *Commiſſum dedit,* 43 *quâ ſeſe extrema politæ*
44 *Squama ligat* 45 *tunicæ, ſinus & ſibi* 46 *conſerit oras.*
Intulit hoc vulnus 47 *pugnatrix ſubdola victæ*
Partis, & 48 *incautis victoribus inſidiata eſt.*
Nam, pulſâ 49 *culparum acie,* 50 *Diſcordia noſtros*
Intermiſit cuneos, 51 *ſociam mentita figuram.*
Sciſſa procul palla ſtructum & 52 *ſerpente* 53 *flagellum*

cturam illam. 41. levi punctura. 42. I. conjunctura vel flexura. 43. Æ. exponit, qua parte lorica admiſit vulnus. 44. loricæ ora. 45. armatura quoque eſt tunica. Juvenal. *tunicati fuſcina Gracchi*. 46. medium illud jungit extremitates. 47. ſc. diſcordia. 48. nihil tale caventibus. 49. vitiorum. 50. H. ita noſtri & Weitziani. Nollem Giphanius Fabricium ſecutus eſſet, qui *latos cuneos* dedit. Mox eleganter *ſtructum & ſerpente flagellum*. Ut *ſtructus capillus*. Nec aliter codices noſtri. *ſtructis talentis ordines* paſſione Laurentii. Weitzius hic non eſt audiendus, nec Giphanius, quorum alter *& ſtructum*, alter *ſtrictum &*. Vide Cathem. Hymno XII. v. 131. *jacebant* etiam vetuſtiores & *reſpondet*. Denique *proſpera noſtra vulnerat*, iidem conſtanter. 51. Æ. nobis amicam 52. textum ex implicatis ſerpentibus. 53. Virg. 6. Æneid. *diſcordia demens vipereum crinem vittis innexa cru-*

Multiplici, media camporum in ſtrage jacebant.
Ipſa, redimitos 1 oleâ frondente capillos
Oſtentans, feſtis reſpondet 2 læta choréis;
Sed 3 ſicam ſub veſte tegit, te, maxima virtus,
Te ſolam tanto è numero, Concordia, 4 triſti
Fraude petens, ſed non 5 vitalia rumpere ſacri
Corporis eſt licitum: ſummo tenus 6 extima 7 tactu
Læſa cutis tenuem ſignavit ſanguine rivum.
Exclamat Virtus ſubitò turbata: Quid hoc eſt?
Quæ manus hic inimica 8 latet? quæ proſpera noſtra
Vulnerat & ferrum tanta inter gaudia 9 vibrat?
Quid juvat indomitos 10 bello 11 ſedaſſe furores,

cruentis. Et illud: *ſciſſâ diſcordia pallâ.* 1. quæ in tutela pacis eſt; atque pacem petituri illam præferebant. 2. ſimulans ſe lætam. 3. gladium. I. gladius eſt, in medio capulum habens & hinc inde acutus. 4. Æ. ab effectu, quæ triſtitiam victoribus attulit. 5. I. viſcera. 6. extrema. Æ. exterior, non interior. 7. leviter perſtringens. Virgil, *ſummotenus attigit ore.* 8. ſc. in caſtris pacificis. 9. torquet jaculaturque. 10. I. ferro. 11. Æ. pacaſſe & ad tranquillitatem reduxiſſe. 12. omnes virtutes à periculis liberatas & reſti-

Et ſanctum vitiis pereuntibus 12 omne receptum,
Si Virtus ſub Pace cadit? trepida agmina mœſtos
13 Convertêre oculos.: ſtillabat 14 vulneris index
15 Ferrea de veſte cruor, mox & pavor 16 hoſtem
17 Comminus adſtantem prodit: nam pallor in 18 ore,
19 Conſcius audacis facti, dat ſigna 20 reatus:
Et 21 deprenſa 22 tremunt languens manus & color 23 albens.
Circumſtat properè 24 ſtrictis mucronibus omnis
Virtutum legio 25 exquirens fervente tumultu

& reſtitutas. 13. ſc. ad verba concordiæ. 14 appoſitive, i. qui cruor ſignum erat vulneris. 15. lorica ferrea. 16. diſcordiam 17. l. juxta vel propius. 18, in facie. 19. Æ. ex conſcientia ſceleris peracti proveniens. 20. pro, culpæ, ut juniores accipiunt: cum *reatus* ſit ejus, qui poſtulatur coram judice juſtè ſive injuſtè. 21. ſc. in crimine. 22. H. *tremit*) *tremunt* tres vetuſtiores noſtri cum Palatino Weitzij. bene. de quo Maronem Eclog. VI, v. 30 Mox omnes, *miſſu cujatis*, non *juſſu*. 23. Æ. ad albedinem vergens, i. ipſa pallida tremit. 24. evaginatis enſibus. Virg. *Stat ferri acies mucrone coruſco Stricta parata neci.* 25. I. interrogans.

26. Æ.

Et 26 genus & nomen, patriam, 27 ſectamque, Deumque,
Quem colat, & miſſu 28 cujatis venerit illa
Exſanguis, turbante metu: 29 Diſcordia dicor,
Cognomento 30 Hereſis; Deus eſt mihi 31 diſcolor, inquit,
32 Nunc minor, aut major: 33 modò duplex & modò 34 ſimplex:
Cùm placet 35 aërius & de phantaſmate viſus,
Aut innata 36 anima eſt: quoties volo ludere 37 Numen,
Præceptor 38 Belia mihi: domus & plaga mundus.

26. Æ. quinque ſunt, quæ à diſcordia quæruntur, genus, nomen, patria, religio, quis illam miſit. Ad quæ omnia reſpondet. 27. I. doctrinam, dogma. 28. de quâ gente miſſa eſſet; vel cujus gentis. Æ. pro, cujus; derivativum pro primitivo. 29. ecce nomen. 30. ecce genus. Nam cognomentum commune eſt multorum. 31. varius. 32. ut Arrianus, qui dixit Filium minorem Patre. I. interdum. 33. interdum. Æ. ut quidam Græcorum, qui tertiam perſonam in divinis excluſerunt. 34. ut Manicheus, qui unam tantum perſonam poſuit, ſortitam per officia diverſa nomina. 35. hoc Manicheus, de Chriſto dixit ſumſiſſe corpus phantaſticum. 36. anima mundi, ut Plato. H. *animam* Thuaneus manu ſecunda. In primo Rottendorphio. *Haud innata anima eſt.* Et ſic Fuldanus Weitzij. 37. Æ. verus DEUS; ſed cum ludit, non cum revera fatetur. 38. H. *Eſt mihi præceptor Belial:* de-

Non tulit ulterius capti blaſphemia monſtri
Virtutum 39 *regina Fides: ſed verba loquentis*
Impedit, & vocis claudit ſpiramina 40 *pilo,*
Pollutam rigidâ transfigens 41 *cuſpide linguam.*
1 *Carpitur innumeris* 2 *feralis beſtia dextris:*
3 *Fruſtatim ſibi quisque rapit, quod ſpargat in auras;*
Quod canibus donat, corvis quod edacibus ultro
Offerat, immundis 4 *cœno* 5 *exhalante* 6 *cloacis*

domus eſt plaga mundi) Primo Putaneus & Thuanus cum tribus Weitzij, *Præceptor Belia mihi*. Recte. Adeantur annotata ad Hamartigeniam v. 714. In priore Rottendorphio, *Præceptor mihi Belial ſit*. In altero, *Præceptor Belial mihi adeſt*. Deinde omnes noſtri & Weitziani, *domus & plaga mundus*. Niſi quod in altero Rottendorphio, *domus & plaga mundi*. 39. Æ. quia illarum eſt fundamentum. 40. telo Romanorum proprio, cujus ferri acumine illius transfixit lingvam. I. mucrone. 41. haſtâ. 1. Æ. in partes laceratur. 2. H. ſic ſcripti apud me uno conſenſu. Quare cave audias Weitzianum illud *furialis beſtia*. Supra v. 565. *ferale monſtrum* pari modo dixerat noſter. 3. Æ. per fruſta. 4. I. luto. 5. fœtente. 6. foſſis, lacubus vel latrinis. Lacus, excipiens ſordes in medio civitatis, cloaca dicitur. Æ. quæ ſunt emunctoria, per quæ ſordes urbis expelluntur, partim ex latrinis, partim aliarum ſordium colluvione Columella:

Im-

Quod 7 trudat, monſtru quod mandet habere 8 marinis.
Diciſſum 9 fœdis animalibus omne cadaver
Dividitur: ruptis Hereſis perit horrida membris.
Compoſitis igitur rerum morumque 10 ſecundis
In 11 commune bonis, 12 poſtquàm intra tuta morari

Immundis quacunque vomit latrina Cloacis.

7, H. Sic Thuan. In Put. & ceteris *trudat*. Mox *diſciſſum fœdis animalibus* noſtri. Unus ſolummodo Rottendorphius *diſciſſumque feris*. 8. Æ. maris piſcibus ad devorandam. Sed appellat *monſtra*, quia diverſarum formarum quotidie in mari reperiuntur aquatilia. 9. carnivoris & feris. 10. l. proſperis. 11. Æ. ordo eſt: *Contingit, ſenſus pacificos plebis tranquillæ frui hac ſtatione*, i. vigiliâ ſive loco in caſtris, ubi milites ſtant expediti. 12, H. Horum loco ſuccincte Puteaneus & prior Rottendorphius,

—— tranquillæ plebis ad unum
Senſibus in tuta valli ſtatione locatis.

Thuan. & Oxon. vulgatam quidem ſcripturam expreſſere, ſed poſt τὸ *ſolvere curas*, addunt;

Senſibus in tuta valli ſtatione locatis.

Unde liquet duplicem diverſarum editionum ſcripturam hic denuo in libris confundi. Nec minus turbata omnia hic loci in Weitzianis exemplaribus. Videantur quæ ille cum ex aliis codicibus,

Contigit, ac ſtatione frui; valloque foveri
Pacificos ſenſus, & in otia ſolvere curas;
Exſtruitur mediâ caſtrorum ſede 14 *tribunal*
Editiore loco; tumulus quem vertice acuto
16 *Excitat in ſpeculam: ſubjecta* 17 *unde omnia late*
18 *Liber inoffenſo* 19 *circuminſpicit aëre viſus.*
Hunc ſincera Fides ſimul & Concordia, ſacro

cibus, tum ex Piccarti libro profert. Aldus:

In commune bonis, tranquilla plebis ad unum
Contigit hac ſtatione frui. Valloque foveri
Pacificos ſenſus, & in otia ſolvere curas.
Exſtruitur, &c.

Placet Græciſmus. *vallo foveri pacificos ſenſus.* Et *fovere vallum* eſt Maronianum. Codicem Puteaneum tamen hic audio præ ceteris, 13. Æ. recreari intra caſtra, vallo, foſsâ. propugnaculiſque munita. 14. ſuggeſtum unde concordia ad populum concionatura erat. 15. I. excelſiore vel altiore. 16. extollit. Æ. erigit in cacumen, ſive montis verticem, unde ſpeculari in omnes partes quiſpiam poſſet. 17. ex quâ ſpeculâ. 18. expeditus. 19. H. *circumſpicit*) probo Puteaneum, *circuminſpicit.* Quod & Apotheoſi v. 489. Prudentio reddidimus. Mox *Hunc ſinceram fides*, Put. & Egmond. In Oxonio,

Hunc

Fœdere 20 juratæ Chriſti ſub amore ſorores,
Conſcendunt 22 apicem: mox & ſublime tribunal
Par 23 ſanctum carumque ſibi 24 ſupereminet æquo
Jure poteſtatis: conſiſtunt aggere ſummo
25 Conſpicuæ, populosque jubent adſtare 26 frequentes.
Concurrunt alacres caſtris ex omnibus omnes:
27 Nulla latet pars mentis 28 iners, quæ 29 corporis ullo
Intercepta ſinu per 30 conceptacula ſeſe
Degeneri 31 languore 32 tegat: tentoria apertis

Hinc, neutrum arridet. 20. Æ. conjuratæ. 22. hunc montis verticem. 23. quia ambæ inter ſe pares erant. *Sanctum* quoque & *charum* ſibi dixit, quia de duobus inter ſe certantibus proprie dicitur. Horat. 1. Serm, *Rupili & Perſi par pugnat.* 24. eminet ſuper tribunal. 25. ab omnibus conſpiciendæ. H. ita noſtri. Perperam Weitzius id immutavit. Ut & proximum *degeneri langvore tegat.* 26. Æ crebros & condenſatos. 27. ſenſus eſt: usque adeo omnes alacri animo concurrebant ad concionem; quod nulla erat animi pars, quæ non geſtiret in lætitiam. 28. otioſa. 29. *interſepta*) circumcluſa. *Corporis*) quæ animæ pars aliquando ſolet recipere ſe ad intima, cogitandi aliquid aut contemplandi gratia. 30. per interiores receſſus. 31. inertia. 32. in tanta celebri-

Cuncta patent 33 velis: reſerantur 34 carbaſa, ne quis
35 Marceat obſcuro 36 ſtertens habitator operto.
Auribus intentis 37 exſpectant 38 concio, quidnam
Victores poſt bella vocet Concordia princeps,
Quam velit atque Fides 40 virtutibus addere legem.
Erumpit 41 prima in vocem Concordia, tali
Adloquio: 42 Cumulata quidem jam gloria vobis
O Patris, ô Domini fiduſſima 43 pignera Chriſti,
44 Contigit. exſtincta eſt multo certamine ſæva

britate recolligat ſeſe. 33. tentoriorum tabernaculorumque. 34. vela ex carbaſo, quod eſt genus lini, & dicit idem.] I pallia. 35. Æ. in tanta ſolennitate dormiat in loco abdito. 36. I. dormiens. 37. caritas virtutum turmas alloquitur. H. *exſpectat*) Eleganter Put. & Thuan. *exſpectant*. Qualia nos complura apud priſcos ſcriptores reſtituimus ope membranarum. *Conveniunt vicinia*, & *Græcia tranſtulerant vires*, aliaque id genus complura ex veterrimis libris apud Naſonem. Apud Maronem ex ijsdem *brattea crepitabant*. Sed nos aliò nunc properamus. 38. Æ. qui venerunt ad concionem, q. ad concilium. I. congregatio. 39. cur. 40. Æ. ſc. alijs atque illarum ſtudioſis. 41. prior; quia de duobus loquitur. 42. cumulate parta. 43. filij. 44. H. ita & hic noſtri omnes. Weitzius intempeſtivè huc revocavit *hoc habet*, de quo ſupra v. 53.

45 Barbaries, ſancta quæ circumſepſerat 46 urbis
1 Indigenas, ferroque viros flammâque 2 premebat.
Publica ſed 3 requies 4 privatis rure 5 foroque
Conſtat amicitiis: 6 ſciſſura 7 domeſtica turbat
8 Rem populi 9 titubatque foris, quod 10 disſidet intus.
Ergo cavete, viri, ne ſit ſententia diſcors
11 Senſibus in 12 noſtris, ne ſecta 13 exotica 14 tectis

v. 53. Tum & Giphanius perperam verbum ſubſtantivum tollit. 45. I. gentilitas. Æ. vitiorum barbarus exercitus. 46. in qua boni habitant. 1. incolas ibidem genitos. 2. I. ira & libido. 3. Æ. ſenſus eſt, quod concordia publica conſtat ex amicitiis privatis. *Publica requies*) civitatis tranquillitas. 4. I. ſpecialibus. 5. in villis & civitatibus. Æ. intra urbem & extra urbem 6. diſcordia. 7. I. civilis. 8. ſtatum. 9. Æ fluctuat in repub. 10. in domibus privatis diſcordat. 11. Æ. intra nos. 12. H. *in veſtris*) *in noſtris* omnia vetuſta apud me exemplaria. Deinde *fiſſa voluntas*. Niſi quod in Thuaneo â manu prima *fuſa*. In priore Rottendorphio *fixa*. Mox apage Weitzianum illud *conjunctet amor*. In omibus noſtris *conjungat*. 13. Æ. extranea & peregrina opinio, H. mortifera. 14. coopertis. Æ. occultis inimicitijs.

15. &

15 Naſcatur conflata odiis ; quia 16 ſiſſa voluntas
Confundit variis 17 arcana 18 biformia 19 fibris.
Quod ſapimus, conjungat 20 amor : quod 21 vivimus, 22 uno
23 Conſpiret ſtudio : nil diſſociabile firmum eſt.
Usque 24 homini, atque Deo medius intervenit Jeſus,
Qui ſociat 25 mortale Patri, ne 26 carnea diſtent
Spiritui æterno, ſitque ut Deus unus utrumque.
Sic, quidquid gerimus mentiſque & corporis actu,
Spiritus unimodis texat 27 compagibus unus.
Pax plenum virtutis opus : pax ſumma laborum;
Pax belli 28 exacti pretium eſt, pretiumque pericli.

15. & quod eſt conſequens invaleſcat. 16. *ſciſa*) non uniformis, ſed diſcors I. diviſa vel ſeparata. 17. ſecreta. 18. diviſa. Æ. ambigua & incerta. 19. intimis præcordijs variantibus. I. nervis ; cogitationibus. 20. Æ. Chriſti caritas concilíet & conſentire faciat 21. tota vita noſtra. 22. quia *idem velle & idem nolle, ea eſt vera charitas.* 23. I. confirmet. 24. Æ. ſimilitudo eſt ; quod quemadmodum Chriſtus mediator DEI & hominum, conciliavit nos Patri, ita Spiritus debet conciliare partes intra noſmet ipſos diſſidentes. 25. genus humanum, vel potius humanam naturam. 26. humanitas à divinitate. 27. juncturis in utroque unum facientibus. 28. finiti & periculi ſubevi-

29 Sidera pace vigent : 30 conſiſtunt 31 terrena pace :
Nil placitum ſine 32 pace Deo : non munus, ad aram
Cum cupias offerre, 33 probet, ſi turbida fratrem
Mens 34 impacati ſub pectoris oderit 35 antro:
Nec, ſi flammicomis Chriſti pro nomine martyr
36 Ignibus inſilias, 37 ſervans inamabile 38 votum
39 Bile ſub obliqua, pretioſam 40 proderit Jeſu
41 Inpendiſſe animam : meriti quia 42 clauſula 42 Pax eſt.
Non inflata tumet, non invidet æmula fratri,

evitati. 29. quia in cœlo nulla eſt perturbatio, ſed ſumma quies atque conſtantia. 30. quemadmodum diſſipantur diſcordia. 31. homines in terra habitantes. 32. ſine animi tranquillitate & odij vacuitate. 33. ſc. DEUS ex Matth. cap. 5. I. placet. H. *probet*) *probat* rectius in Thuano. Mox *flammicomis ignibus*, ſcripti, non *flammivomis*. 34. Æ. non habentis pacem cum proximo 35 receſſu cordis penetrali. Et accipit *pacem* pro charitate. 36. quod Apoſtolus: *Si tradidero corpus, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* 1. Cor. 13. 37. non habens caritatem. I. habens contra fratrem. 38 voluntatem. 39. felle ſub obſcuro Æ. iratus proximo. 40. nec proſit JESU CHRISTO vitam dediſſe. 41. I. dare. 42. Æ. in qua includitur omnis Chriſtiana virtus,

 quæ

Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
Numquam læſa dolet: cuncta offenſacula 44 *donat.*
Occaſum lucis veniâ 45 *præcurrere geſtit;*
46 *Anxia, ne ſtabilem linquat* 47 *Sol conſcius iram.*
Quisque 48 *litare Deo mactatis vult holocauſtis,*
Offerat in primis pacem: nulla hoſtia Chriſto
Dulcior: hoc ſolo ſancta ad 49 *donaria vultum*
Munere convertens, 50 *liquido oblectatur odore.*
Sed tamen & niveis 51 *tradit Deus ipſe* 52 *columbis*

quæ ſola meritoria eſt. 43. pro caritate; ut ſupra. 44. remittit offenſas. I. dimittit. 45. prævenire feſtinat. Æ. antea quam ſol occidat. Ex Apoſt. Eph. 4. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* 46. ſollicita. 47. tu, ſole teſte, non relinquas iram. 48. à DEO aliquid ſacrificio impetrare: nam illud eſt *litare.* 49. loca in templo, quo dona feruntur. Virg. 3 Georg.

Imparibus ductos alta ad donaria curſus.

50. alludit ad Judæorum holocauſta, ex quibus incenſis aſcendebat fumus ad Dominum, q. illum oblectaturus, *liquidum* vero appellat *odorem* ex flammis reſolutum, Perſius: *Tot tibi cum in flammas junicum omenta liqueſcant.* H. *puro odore* Putaneus. 51. I. docuit. 52. Chriſtianis. Æ. ex Evangelio Matth. 10. *eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* &c.

Pinnatum tenerâ 53 *plumarum veſte* 54 *colubrum*
1 *Rimante ingenio doctè internoſcere,* 2 *mixtum*
3 *Innocuis avibus. latet &* 4 *lupus ore cruento*
Lacteolam mentitus ovem ſub vellere molli,
Cruda per agninos exercens funera 5 *rictus.*
Hac ſeſe occulunt 6 *Photinus & Arrius arte,*
Immanes feritate lupi. 7 *diſcrimina* 8 *produnt*
Noſtra 9 *recensque cruor, quamvis de corpore ſummo,*
Quid poſſit 10 *furtiva manus.* 11 *gemitum dedit omnis*
Virtutum populus, 12 *caſu concuſſus acerbo.*
Tum generoſa Fides hæc ſubdidit: Immo 13 *ſecundis*

&c. 53. ſub mollibus plumis columbarum. 54. i. prudentium ſerpentis. I. diabolum 1. Æ. inquirente dignoſcere. 2. quod ſe vult immiſcere, ut decipiat. 3. I virtutibus vel columbis. 4. Æ. ex quo ſcribitur Matth. 7. *attendite à falſis Prophetis.* 5. cum rictus propriè ſint ferarum, & carnivororum animalium. 6. inſignes hæretici. 7. quando paulo antea vulnerati ſunt. 8. I. oſtendunt. 9. factus à diſcordia. 10. occulta. Hoc ideo dixit, quia diſcordia latenter eam vulnerabat. 11. Æ. recordata vulneris à concordia accepti. 12. I. concordiæ. 13. proſperis. Æ. in pacificis. *Hac ſubdidit*) cœpit loqui.

In rebus 14 ceſſet gemitus. Concordia læſa eſt,
Sed 15 defenſa 16 Fide: quin & Concordia ſoſpes,
Germanam comitata Fidem, 17 ſua vulnera ridet.
Hac mea ſola 18 ſalus: nihil hac mihi triſte 19 recepta. 805
Unum 20 opus egregio 21 reſtat poſt bella labori,
O 22 proceres: regni 23 quod 24 tandem pacifer 25 heres
26 Belligeri, armata ſucceſſor 27 inermus & aula

14. I. nunc. 15. Æ. quia illam tutata ſunt. 16. H. Sic Thuan. in ceteris. *fides*. Mox *egregio labori* non *opus egregium* in præſtantioribus ſcriptis. 17. I. propria. Æ. nihili facit, me comite. 18. quia hoc hoſpite ego ero ſoſpes. 19. à periculo liberata, ut ſupra. 20. ſc. conſtructio & dedicatio templi, ſive cœleſtis Jeruſalem: quæ non ex lapidibus manu quadratis, ſed ex beatorum animis conſtruenda eſt. I. domus. 21. nobis faciendum. 22. virtutes. 23. Æ. ſc. opus, i. templum; per quod ſignificabatur templum hoc ſpirituale. 24. I. olim. 25. Æ. David viri in bellis exercitatiſſimi, ut in 1. & 2. Regum legitur. 26. I. David. 27. H. *inermis*) *inermus* in duobus noſtrorum vetertimis. Nec aliter Egmondanus & Palatinus Weitzij. Bene. *Vulgus inermum* Maroni. Uſi eodem vocabulo Cicero, Saluſtius, alij.

28 Inſtituit 29 Solomon: quoniam 30 genitoris anheli
Fumarat calido 31 Regum de 32 ſanguine dextra.
Sangvine nam terſo templum 33 fundatur & ara
Ponitur, auratis Chriſti 34 domus ardua tectis.
Tunc 35 Hieruſales templo inluſtrius, 36 quietum

28. I. carnaliter. 29. Æ. hoc enim Solomon interpretatur, i. *pacificus.* 30. David in bellis defatigati. 31. I. gentilium. 32. Æ. atque ideo noluit DEUS, ut ab eo templum ædificaretur, unde 1. Paralip. cap. 18. *non ædificabis mihi domum, eo quod ſis bellator, & ſanguinem multum effuderis.* 33. fundari debet. 34. familia Chriſtianorum. 35. H. *tunc & Hieruſalis*) ſic omnes noſtri, non *quieto.* *Et* etiam ommitunt. At Put. *Tunc Hieruſales.* Ut apud Paulinum carmine ad Cytherium, *plantata Domino in atriis Hieruſales.* Apud eundem Pſalm. CXXXVI. *quo plebs tua clarum manibus, æternis Hieruſalem habimbit.* Ibidem ter quaterve *Hieruſalem* occurrit, duabus prioribus ſyllabis correptis, productis tribus poſterioribus. Ut & alibi apud eundem. Idque ad exemplum Græcorum. Certe in metaphraſi Pſalmorum Apollinaris paſſim pari modo, Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλῆς, Ἱερουσαλῆι. Et in vocativo caſu, Ἱερουσαλή. Vide illum Pſalmis 136. 147. Cauchius ex ſuo codice. *Jeruſale* annotarat. Et videbatur probare, addito Paulini loco, *hic Hieruſalem habimbat.* Æ. cœleſtis, quæ terrenam deſignat

37 *Suſcepit jam* 38 Diva *Deum*; 39 *circumvaga poſtquam*
Sedit marmoreis fundata altaribus 40 *Arca,*
Surgat & in noſtris templum venerabile caſtris:
Omnipotens 41 *cujus ſanctorum* 42 *ſancta reviſat.*
43 *Nam quid terrigenas ferro pepuliſſe* 44 *phalangas*
Culparum prodeſt: hominis ſi 45 *Filius arce*
Ætheris 46 *inlapſus,* 47 *purgati corporis urbem*
Intret inornatam, templi ſplendentis 48 *egenus?*

ſignat. 36. *quieto*) pacifico: quia *Hieruſalem viſio pacis* interpretatur. 37. ut in ea, i. animis fidelium habitaret. 38. I. divina. 39. Æ. habitans ex Philiſtinorum tabernaculis in domo Obed Edom, quoad templum illi eſt ædificatum à Solomone 2. Reg. 6. & 8. 40. I. quæ ſignat carnem Chriſti. 41. templi. 42. ſanctas animas. Æ. ſicut arca in templi ſacrario fuit poſita. 43. H. *numquid*) *namquid & terrigenas falangas.* potiores. 44. Æ. vitiorum exercitum, qui ex terra habet originem, nihilque ſapit cœleſte, I. vitia, multitudines. 45. Chriſtus. 46. Æ. deſcendens de cœlo. 47. I. in baptiſmo. Æ. quia non ſatis eſt animam à vitiis purgatam eſſe, niſi ornetur q. ſponſa ſponſo. 48. non quod eget Deus tali templo, juxta illud Pſalmi 51. *bonorum meorum non eges.* I. carens.

49. Æ.

Hactenus 49 alterius 50 ſudatum eſt 51 comminus armis:
52 Munia nunc 53 agitet 54 tacita 55 toga candida Pacis;
Atque ſacris 56 ſedem 57 properet 58 diſcincta 59 juventus.
Hæc ubi dicta dedit, gradibus 60 Regina 61 ſuperbis
62 Deſiluit, tantique operis Concordia conſors,
1 Metatura 2 novum jacto 3 fundamine templum:

---

49. Æ. diverſarum partium. 50. elaborabimus in profligandis vitiis. I. dimicatum eſt. 51. juxta. 52. H. ita ſcripſi conſtanter, ne quis forte Giphanium audiat *mœnia* reponentem. officia I. cantica, domus. 53. faciat. 54. tranquillæ. 55. Æ. veſtis, cujus erat uſus tempore pacis. 56. *ædem*) *ſacris ſedem* duo veterrimi ex noſtris. *ſacri ſedem* Oxonius. ſed & *diſcincta juventus* bene ſe habet, pro quo multi veteres *diſtincta*. Monitum jam ſupra v. 690. Mox libri *deſiluit*. Deinde Thuaneus *lato fundamine*, pro *jacto*. Forte *lato fundamine*. 57. I. acceleret. *Sacris*) Chriſti. 58. à bello. Æ. ſicut è contrario in bello milites dicuntur *præcincti*, & *eſſe in præcinctu*. 59. I. virtutum. 60. fides. 61. glorioſis vel pulcris. 62. à ſolio. 1. Æ. graphice deſcriptura more eorum, qui ædificaturi ſunt. 2. juxta illud Apocal. 21. *Hieruſalem novam deſcendentem de cœlo*. 3. I. Aliud fun-

Aurea 4 planitiem ſpatiis percurrit 5 harundo
Dimenſis, 6 quadrent ut quatuor undique 7 frontes;
Ne 8 commiſſuris diſtantibus angulus 9 impar
10 Argutam 11 mutilet per diſſona 12 ſemetra normam.
13 Auroræ de parte, tribus plaga lucida portis
Inluſtrata patet: triplex aperitur ad 14 Auſtrum
Portarum numerus: tris occidualibus offert

fundamentum nemo ponere poteſt &c. 4. campum templi. 5. Meßruten. Æ. hæc metiendi templi ratio ex Apocal. tota ſumta eſt. 6. in formam quadrati conſentiant. 7. I. quatuor anguli. 8. Æ. in diſtantia commiſſurarum, ubi duo latera in angulos coëunt. I. conjunctionibus, imparibus menſuris. Æ. acutus & obtuſus, major & minor recto. 10. ingenioſam; quia deprehendit errata. I. ſubtilem, anguſtam. 11. corrumpat. Æ. defraudet non conſentiendo cum illa. Eſt autem *norma* Hiſpanicè el Carbaton. 12. commenſurationes diſcordantes. I. ſemis menſura, pendens lapillus. H. *Symmetra*) *Semetra* libri fideliores. Et *ſemetra* videtur *ſymmetria* contraria facere. Vocabulum dimidia ex ex parte latinum, ut *primoplaſtus*, quo alibi utitur. 13. I. Oriens ſignificat pueros; Auſter juvenes; Occidens maturitatem; Aquilo decrepitam. Æ. clara eſt deſcriptio ternarum à quatuor mundi lateribus portarum. 14. I. meridiem.

15. H.

Janua trina fores, totiens Aquilonis ad axem
Panditur almæ domus. nullum 15 *illic* 16 *ſtructile ſaxum:*
Sed 17 *cava per* 18 *ſolidum* 19 *multaque foramine* 20 *dolatu.*
Gemma relucenti 21 *limen complectitur* 22 *arcu,*
Veſtibulumque lapis 23 *penetrabile concipit unus.*
Portarum ſummis inſcripta in poſtibus auro
Nomina Apoſtolici fulgent 24 *bis ſena* 25 *Senatûs.*
26 *Spiritus his* 27 *titulis* 28 *arcana* 29 *recondita mentis*
30 *Ambit, &* 31 *electos vocat in* 32 *præcordia ſenſus:*

15. H. *nullum hic* Thuaneus hiatu reſicto, de quo Hymno XII. v. 131. Cathem. 16. Æ. quale aliorum ædificiorum. 17. ut ex foratura in ædificio poſſit colligari. 18. I. ſoliditatem. 19. in alto. 20. foramine. 21. introitum. 22. fornice. H. *actu* Put. Supra *ſic quicquid gerimus mentiſque & corporis actu.* Vide annotata Cathem. Hymno IV. v. 77. 23. Æ per quod introitus eſt ad templi penetralia. 24. duodecim Apoſtolorum. 25. I. nominibus Apoſtolorum; per quorum prædicationem Spiritus S. amplectitur arcana cordis. 26. Æ. quid ſibi velint nomina duodecim Apoſtolorum, oſtendit, dicens, quod *ſpiritus* i. ſenſus ſpiritualis &c. 27. ſc. duodecim nominum. 28. I. ſecreta quædam myſtica. 29. I. occulta hominum. 30. circumdat, intrat. Æ. inquirit. 31. exquiſitos. 32. ad intimam cogitatio-

33 Quaque hominis 34 natum viget, 35 quam corpore toto
36 Quadrus 37 vis animat, 38 trinis ingreſſibus 39 aram
Cordis adit, caſtisque colit ſacraria votis;
Seu pueros Sol primus 40 agat, ſeu fervor 41 ephebos
Incendat nimius, ſeu conſummabilis 42 ævi
Perficiat lux plena viros, ſive algida 43 Borra

---

tionem reducit. I. in anima. 33. Æ. ordo eſt: *ſpiritus adit aram cordis*; quia *ſacrificium* DEO *ſpiritus contribulatus, & cor contritum.* 34. quia â corde eſt fons & origo totius vigoris. I. hominis. 35. H. ita ſcripti. Perperam hæc interpolarat Weitzius. 36. Æ. quæ per quatuor templi latera deſignantur, ſunt quatuor hominis ætates, quæ quatuor quoque partibus diei aut anno coæquantur. prima pueritiæ, â media nocte ad ortum ſolis. Secunda adoleſcentiæ ab ortu ſolis ad meridiem. Tertia ætatis perfectæ, â meridie ad occaſum. Quarta ſenectutis ab occaſu ad mediam noctem. I. quatuor elementa, quæ animant hominem, ignis, äër, terra, aqua. Quatuor partes mundi. 37. ſtatus vitæ. 38. Sancta Trinitas. Vel triplicis naturæ eſt, i. rationabilis, concupiſcibilis, iraſcibilis. Æ. ſubaudi ab unoquoque quatuor laterum, ut ter quatuor reddant numerum Apoſtolorum. 39. I. ſedem. 40. nutriat. qui in pueritia ſunt. Æ. regat. 41. adoleſcentes. I. juvenes, qui in ſenectute ſunt. Æ. ætatis conſummatæ & perfectæ. 43. ſenecta, quæ reſpon-

44 Ætas decrepitam vocet ad pia 45 ſacra ſenectam:
46 Occurrit 47 trinum quadrina ad 48 compita 49 nomen,
Quod bene diſcipulis 50 diſponit Rex 51 duodenis.
Quin etiam totidem 52 gemmarum 53 inſignia textis
Parietibus diſtincta micant, 54 animaeque 55 colorum
Viventes 56 liquido lux 57 evomit alta profundo.
Ingens chryſolithus nativo interlitus 58 auro,

reſpondet illi parti diei, in qua ſol ab occaſu tendit ad ſeptentrionem. Sed poſuit Anapæſtum pro Spondæo ſexto loco. H. *Borrha*) *Borra* duo vetuſtiores. Tres alii *Borea*. Paulinus Ode ad Nicetam, *te patrem dicit plaga tota Borra*. Quem locum Cauchius quoque viderat, ut mirer illum auctoritate codicis ſui permotum voluiſſe tolli hunc verſum. Deinde *trinum nomen*, non *numen*, potiores ex noſtris benè cum Aldo. 44. Æ. tempus. 45. quia ætas ſenilis religione vacare debet. 46. I. his ſingulis. 47. Æ. portarum. 48. quatuor laterum concurſus. 49. I. *numen*) trinus Deus, per quatuor latera domus. 50. ordinavit. 51. quos in quadratum orbem miſit. 52. Æ. de quibus in Apocal. cap. 21. 53. I. ornamenta. 54. ſplendores, qui figurant animas. Æ colores vivos, per quos animæ deſignantur. 55. l. diverſorum. 56. Æ. i. fundamentis, medio & diaphano & pellucenti. 57. I. emiſit. 58. Æ. hæ

59 Hinc ſibi ſapphirum ſociaverat, inde beryllum,
Diſtanteſque nitor medius variarat 60 honores.
61 Hic chalcedon 62 hebes 63 perfunditur ex hyacinthi
Lumine vicino: nam fortè cyanea 64 propter 860.
65 Stagna 66 lapis cohibens 67 oſtro fulgebat aquoſo.

Æ. habet enim Cryſolitus maculas aureas; unde & nomen. 59. l. ex uno latere, 60. Saphiri & perilli. Æ. pulchritudines i. ex varietate colorum. Virg. i. Æneid. *Lætos oculis afflamt honores.* 61. H. *Hinc*) *Hic* ex ſcriptis. Deinde pro *Sardonium juxta appoſitum* in Put. *Sardium juxta appoſitum.* Nec aliter Egmondanus & Palatinus Weitzii. *Appoſitum* etiam in reliquis. In Thuaneo â manu prima *Sardaeum*, ſed emendatum *Sardonicum.* In altero Rottendorphio, *Sardon ibi appoſitum.* *Sardium* h. l. vix ferri poteſt. Σάρδιον Græcis, ſecunda ſyllaba correpta. *Sardoum* cum Thuaneo prætulerim, *Sardous lapis & Sordoa herba* à Sardinia, quæ Σαρδὼς. Nec recte Giphanius corrigebat *pulcherque Topazion.* *Topazon* enim noſtri omnes. Et ſane à τοπάζειν, τοπάζων deduxit pro τοπάζιον aut τόπαζον inſulæ nomen, ubi reperitur is lapis, poſuit pro lapide. Certe apud Venantium Fortunatum.

Quando pavimentis alba Topazus ineſt.

62. I. in ſplendorem. Æ. ſubobſcurus. 63. ejus color excitatur. 64. I. juxta cyaneum ſtagnum, in quo iſte lapis invenitur. 65. aquas. 66. Jacintus.

Cohi-

Sardonychem pingunt amethyſtina: pingit jaſpis
Sardoum juxta appoſitum, pulcherque topazon.
Has inter 1 *ſpecies* 2 *ſmaragdina gramine verno*
Prata virent, 3 *volvitque vagos* 4 *lux herbida* 5 *fluctus.*
Te quoque conſpicuum 6 *ſtructura interſerit ardens*
7 *Chryſopraſe, &* 8 *ſidus ſaxis* 9 *ſtellantibus addit.*
Stridebat gravidis 10 *funalis* 11 *machina* 12 *vinclis,*
Immenſas rapiens alta ad 13 *faſtidia gemmas.*
At domus interior ſeptem ſubnixa columnis

Cohibens) coagulans. Æ. ſc. Cyaneus. Hic eſt quem ſeculo noſtro Turchium dicimus, propter ſtagna cyanea, quæ ſunt in Ponto ſive in Sicilia; unde dictus lapis, ut vult Poëta. 67. purpura marina. I. nam purpureum colorem habet. 1. colores. 2. Smaragdus viret. 3. facit. 4. Æ. coloris herbacei lapis. 5. colores fluctuum marinorum, qui virides ſunt. Martial. *Duasque ſimiles fluctibus pares gemmas.* De Smaragdis loquitur I. ſplendores. 6. lapidum. 7. Æ. gemma viridis, maculas habens aureas: unde nomen habet. 8. ſideris ſplendorem. Columella ſic dixit: *terreſtria ſidera flores.* 9. H. nonnulli etiam ex vetuſtioribus *ſtillantibus*, quos cave audias. 10. I. in fune pendens. Æ. *trochlea* & *Epagon* dicitur à Græcis. 11. I domus. 12. Æ. craſſis & robuſtis funibus. 13. I. ad cœlum. Nam ædificatam domum ad cœlum trahebant.

14. Æ.

14 Cryſtalli algentis 15 vitreâ de rupe 16 reciſis
Conſtruitur: 17 quadrum tegit ædem 18 calculus albens
In 19 conum caſus 20 capita, & ſinuamine ſubter
21 Subductus concha in ſpeciem, quod mille talentis

14. Æ. quia *cryſtallus* eſt aqua congelata, & lapis, qui ex medijs nubibus eruitur, 15. nivibus & glacie congelata. 16. I. ſectis. 17. H. *quarum) quadrum in conum* Egmond. & Palatinus Weitzij. Recte. Ut pyramidem deſignet. Auſonius Moſella:

Conditor hic forſan fuerit Ptolemaidos aulæ
Pinochares, quadro cui in faſtigia cono
Surgit, & ipſa ſuas conſumit pyramis umbras.

Quadrum conum Barthium in Adverſariis quoque ex vetuſto codice protuliſſe commemini. I. *quarum)* columnarum. Æ. altitudinem columnarum, i. culmen. 18. I. corona. 19. Æ. formatus in cacumen; quod à Græcis *epiſtylium*; Hieronymus *capitellam* interpretatur 20. habentem capita ſubducta, i. à parte inferiori excavata: & *ſinuoſa* in ſpeciem conchæ, i. ſtriatæ: *Petaſum* Græci vocant partes, quæ ex columnæ epiſtylio propendent. I. ſummitates. 21. H. ita noſtri, niſi quod in altero Rottend. *ducto concharum in ſpeciem.* Weitzius, *ductus.* Mox *opibusque & cenſibus haſtæ addictis* à Giſelino pulcherri-

22 Margaritum ingens, opibusque & cenſibus haſta
Addictis animoſa Fides mercata 23 pararat.
Hoc reſidet 24 ſolio pollens 25 Sapientia, & omne
26 Conſilium regni celsâ diſponit ab aulâ,
27 Tutandique hominis leges ſub corde retractat.
In manibus 28 domina 29 ſceptrum, non 30 arte politum,
Sed 31 ligno 32 vivum viridi eſt; quod ſtirpe reciſum,

---

cherrime reſtitutum, confirmant Put. noſter & Egmond. Weitzii. In ceteris, *opibusque & viribus haſta*, vel, *arte*, vel *hauſta*. Unde Cauchius conjectabat, *opibusque & jure ſub haſtæ addictis*. Nequicquam profecto. Giphanius Giſelinanum *cenſibus* damnare haudquaquam debuit. 22. I. calculus. Æ. *quem*) ſc. calculum albentem. 23. comparavit. Hic eſt ille calculus, qui in Evangelio dicitur *pretioſa margarita, quam qui invenit homo, abiit & vendidit omnia, quæ habuit, & eam emit*; Per quam Chriſtus intelligitur. 24. templo, in quo eſt ſolium. I. calculo. 25. Deus. 26. H. *concilium* in altero Rottendorphio. 27. Æ. humanæ reip. conſervandæ. 28. I. ſapientiæ. 29. Æ. inſigne regium. 30. I. non aureum fuit. 31. Æ. *lignum vivum*) ſemper virens. 32. H. *Sed lignum vivum eſt, viridi quod ſtirpe reciſum*) Noſtri & Weit-

Quamvis nullus 33 *alat terrenis caſpitis humor,*
Fronde tamen 34 *viret* 35 *incolumi: tum ſanguine tinctis*
Intertexta roſis candentia lilia 36 *miſcet,*
Neſcia marcenti 37 *florem ſummittere* 38 *collo.*
Hujus 39 *forma fuit ſceptri geſtamen Aaron*
40 *Floriferum: ſicco* 41 *quod germina cortice* 42 *trudens*

Weitziani præſtantiores, *ſed ligno vivum viride eſt.* *Stirpe reciſo* etiam Thuan. & Oxon. Etſi apud Virgilium *ſceptrum imo de ſtirpe reciſum.* In Put. mendoſe *reciſos.* Salmaſius locum veteris Grammatici adſcripſerat, quem opinatur ad hæc ipſa Prudentii alluſiſſe: *ſtirps in ſignificatione ſobolis fœminino genere dicitur. Sed cum materiam ſignificat maſculino modo ſtirpem reciſum dixerunt.* 33. Æ. per radices. 34. habet frondes virides. 35. vigente & non corrupto; ut roſæ imitentur ſangvinis vivi colorem 36. cum ſceptri frondibus. I. huic ſceprto ad ornamentum adfixit. 37. proprium. 38. ſummitati. Æ. langvido; quod fit cum lilia flacceſcunt. 39. virga Aaron fuit ſimilis huic ſceptro; nam quemadmodum legitur. Num. cap. 22. *Virga Aaron floruit inter ceteras virgas filiorum Iſraël, quæ poſita eſt in tabernaculo teſtimonii à Moſe.* 40. H. *florigerum*) *floriferum* ſcripti. Deinde *germen cortice trudens* in Thuan. & Oxon. non *germina.* 41. Æ. ſc. geſtamen Aaron. i. virga. 42. emittens. *Germinavit virga Aaron, & turgenti-*

43 Explicuit tenerum 44 ſpe pubeſcente decorem,
Inque novos ſubitò tumuit virga arida 45 fœtus.
46 Reddimus æternas 47 indulgentiſſime doctor,
Grates, Chriſte, tibi; 48 meritoſque ſacramus honores
Ore pio: nam 49 cor vitiorum ſtercore ſordet.
50 Tu nos corporei latebroſa 51 pericula 52 operti
53 Luctantiſque animæ voluiſti agnoſcere caſus.
Novimus, 54 ancipites 55 nebuloſo in pectore ſenſus

gentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt. 43 ſparſit flores teneros nimia pulcritudine. 44. flore, in quo eſt fructus, germinante. I. florendi. 45. Æ. ſc amygdalinos. 46. agimus atque repetimus. Concluſio eſt operis conveniens principio. 47. qui nos molliter & delicate tractas. 48 debitos. 49. q. d. corde non poſſumus, quia indigni; igitur ore. 50. ſenſus eſt: tu feciſti, ut cognoſcere poſſemus hanc compugnantiam animæ ſecum; id quod intra noſmet ipſos ſentimus. Ordo eſt: Tu voluiſti nos agnoſcere: 51. unde imminet nobis periculum latens. I. vitia. 52. occulti. Æ. quod occultum intra nos latet, de quo Pſalm, *ab occultis meis munda me.* 53. ſecum compugnantis: 54. de quibus Apoſt. Rom. 7. *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis*

Sudare alternis conflictibus, & variato
Pugnarum eventu, nunc 56 indole 57 creſcere 58 dextim,
Nunc inclinatis 59 cervicibus ad juga vitæ
Deteriora trahi, ſeſeque addicere noxis
Turpibus, & propriæ jacturam ferre ſalutis.
O quotiens animam, vitiorum peſte repulsâ,
Senſimus 1 incaluiſſe Deo! quotiens 2 tepefactum
Cæleſte ingenium poſt gaudia candida tetro
3 Ceſſiſſe 4 ſtomacho! fervent bella horrida, fervent
5 Oſſibus incluſa: fremit & diſcordibus armis
Non 6 ſimplex natura hominis: nam 7 viſcera limo
Effigiata premunt 8 animam: contra ille, ſereno

---

mea. I. humanos. 55. obſcuro, 56. ſpe vincendi. 57. Æ. vincere rationem. 58. I. noſtram. H. *dextimm*) *dextim* vere conjecerat Giſelinus. Confirmant ex noſtris Put. Thuan. & duo Rottend. cum Cauchiano. Mox *inclinatis virtutibus* Put. non *cervicibus*. 59. I. virtutibus. 1. Æ. cum ſuperavit vitia. 2. ex ardore illo divino remiſſum l. defectum. 3. H. ſic ſcripti. Tum *oſſibus incluſa fremit & diſcordibus armis*. De quo ad Hymnum XII. Cathem. v. 121. Æ. fuiſſe victum. 4. turpi ſenſu, i male ſentiendo. I. bella virtutum & vitiorum. 5. humanis. Æ. intra nos ipſis medullis. 6. quia ex altera parte rationalis, ex altera irrationalis pugnat. 7. pars irrationalis, quæ corporis

9 Editus adflatu, nigrantis carcere 10 corda
Æſtuat, & ſordes arcta inter vincla recuſat.
Spiritibus pugnant variis 11 lux atque tenebræ,
13 Diſtantesque animat 12 duplex ſubſtantia vires;
Donec 14 præſidio Chriſtus Deus 15 adſit, & omnes
Virtutum gemmas componat 16 ſede piatâ.
Atque, 17 ubi peccatum 18 regnaverat aurea templi
19 Atria conſtituens, texat ſpectamine 20 morum
Ornamenta animæ: quibus 21 oblectata decoro
22 Æternum ſolio dives 23 Sapientia regnet.

poris contagio tendit in malum. 8. H. *animum*) *animam* Puteaneus 9. Æ cœleſtem habens originem. l. emiſſus vel factus, ſpiritus hominis. 10. carnis 11. ſpiritus & vitia Æ. ratio & appetitus. 12. diverſas atque contrarias. 13. Idem dicit. H. reliquos ſex verſus omittebat liber Oxonius. 14. l ad præſidium. 15. Æ. quia ſine Dei gratia ex tali pugna non poſſumus evadere victores. 16. in regno cœlorum. 17. l. prius. 18. Æ. ſc. in homine. 19. ut DEUS in illo habitet. 20. moribus ſpectatis, i. virtutibus perfectis. 21. ſc. animæ ornamentis: ut cum illa ineat nuptias. 22. nomen pro adverbio. Virg. 6. Æneid *ſedet æternumque ſedebit.* 23. de quâ dicitur Proverb 9. *Sapientia ædificavit ſibi domum.*

I. DE XII. LAPIDIBUS.

IN Jaſpide ergo fidei viriditas. In Saphiro ſpei cœleſtis altitudo. In Calcedone flamma caritatis internæ figuratur. In Zmaragdo autem ejusdem fidei fortis inter adverſa confesſio. In Sardonico Sanctorum inter virtutes humilitas. In Sardio reverendus Martyrum cruor exprimitur. In Chriſolito vox ſpiritalis inter miracula. In Berillo prædicantium perfecta operatio. In Topazio eorundem ardens contemplatio monſtratur. Porro, in Chriſopraſo beatorum Martyrum opus pariter & præmium. In Jachinto doctorum cœleſtis ad alta ſublevatio, & propter infirmos humilis ad humana diſcenſio. In Amethiſto cœleſtis ſemper regni in humilium animo memoria deſignatur. Singulique lapides pretioſi ſingulis ſunt fundamentis deputati; qui licet omnes perfecti, quibus civitas DEI noſtri in monte Sancto ejus ornatur atque fundatur, ſpiritalis gratiæ ſunt luce fulgentes: alij tamen per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia ſanitatum, alij genera lingvarum, alij fides in eodem ſpiritu, &c.

AURE-

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. CL.

CONTRA SYMMACHI ORATIONEM LIBRI DUO.

PRÆFATIO In LIBRUM I.

Carminis genus, quale iſtud, Inventor rutili Dux bone luminis.

PAulus, præco Dei, qui fera gentium
Primus corda ſacro perdomuit 1 ſtilo,
Chriſtum per populos ritibus aſperis
2 Immanes 3 placido dogmate 4 ſeminans,
Immanſueta ſuas ut cerimonias 5
Gens pagana Deo ſperneret agnito,
5 Actus 6 turbinibus forte nigerrimis
7 Hibernum pelagus, jam rate 8 debili,
Et vim 9 naviſragi 10 pertulerat 11 Noti.
Sed cùm cærulei 12 prælia gurgitis
Juſſiſſet Domini 13 dextera quieſcere:

1. I. prædicatione, 2. feroces vel crudeles. 3. H. *placito* Oxonius. Sic *placita fides* ex ſcriptis Pſychomach. v 630. Deinde *jam manſueta*, non *immanſueta*, prior Rottendorphius. Nec diſplicet. 4. I. docens. 5. ductus. 6 tempeſtatibus. 7. tempeſtuoſum. 8. infirma. 9 nauſtagium facientis. 10. paſſus eſt. 11. venti. 12. tempeſtatem. 13. poteſtas. Gewalt.

 14. Cum

Ad portum fluitans 14 cumba relabitur,
Exponitque ſolo litoris uvidi
15 Contractos 16 pluvio frigere remiges.
Tunc de litoreis ſepibus 17 algidi
Arentum 18 properè brachia palmitum
Convectant; rapidos unde focos ſtruant.
Faſcem quisque ſuum 1 congerit ignibus,
Exſpectans calidi 2 luxuriam rogi.
Paulus, dum fragiles cogere ſurculos,
Et denſêre foci 3 congeriem ſtudet,
Incautam cumulis inſeruit manum;
Torpebat glacie pigra ubi vipera,
Sarmentis 4 laqueos corporis 5 implicans:
Quæ poſtquàm 6 intepuit 7 fomite fumeo,
8 Laxavitque ferox colla 9 rigentia,
Jam flecti 10 facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite 11 ſpicula dentium,
Hærentem digiti vulnere 12 mordicus,
Pendentemque gerens Paulus inhorruit.

14. Cumba lat. gr. cymba. 15. fatigatos. H. poteſt ferri utcunque hæc ſcriptura. Malebam nihilominus, *Contactos*. Uti apud Virgilium & Phædrum. 16. I. pluviali. 17. frigidi. Froſtige. 18. feſtinanter. 19. ſarmenta. 1. comportat. 2 abundantiam. 3. palmitum. 4. Ringe. 5. involvens. 6. incaluit. 7. igne. 8. erexit. 9. ante rigentia frigore. 10. poſt calorem. 11. acumina. 12. mordaciter, i. immordendo, adverb.

13. eò

Exclamant alii, 13 quòd cute 14 lividâ
Virus 15 mortiferum 16 ſerpere crederent.
At non intrepidum terret Apoſtolum
Triſtis tam ſubiti forma periculi:
Attollens oculos ſidera ſuſpicit,
Chriſtum ſub tacito pectore 17 murmurans,
Excuſſumque procul 18 decutit 19 aſpidem.
Adjectus coluber verberat aëra,
Atque oris patuli ſolvit acumina.
Mox omnis ſanies deſerit & dolor,
Ceu nullo laceram vulnere, dexteram:
Siccatusque perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus
Arſurum mediis intulit ignibus.
Sic nunc poſt 20 hiemem vimque 21 trucis freti,
Quo jactata 22 ratis tunc 23 Sapientia eſt,
Cum ſub 24 ſacricolis territa Regibus,

13. eò quod. 14. nigra, livore plena. 15. trahendo. 16. creſcere, inde ſerpens. 17. orans. 18. H. in nonnullis *diſcutit*. præſtiterit, *depulit* vel *diſpulit*, quia τὸ *Excuſſum* præcedit. 19. I. aſpides vocamus omnes ſerpentes minores. 20. poſt perſecutionem Regum & Imperatorum graviſſimam. figura myſtica. 21. aſperi mundi. 22. Eccleſia vel fides ſanctæ Eccleſiæ. Allegorizat, quid ſignificaverit illa tempeſtas, quid dextra manus Pauli, quid morſus ſerpentis. 23. Chriſti. 24. ſacrilegis.

25. do-

Vix panſo poterat currere 25 carbaſo,
Adflictosque ſuos turbine ſæculi
Vectavit, 26 rabidis fluctibus innatans,
27 Morſum vulnificum lex 28 pia 29 pertulit:
Occultabat enim ſe prius 30 abditum
Virus, nec gravidum protulerat caput,
Contentum 1 involucris atque cubilibus
Subter comprimere clauſa ſilentia.
Sed, dum forte latens 2 impietas riget,
Dextram juſtitiæ pigra momorderat,
3 Succenſi 4 ſtomacho fellis inæſtuans.
Heu, quàm Catholicam nil propè profuit
Puppem 5 naſſe ſacri remigio 6 ſtili:
Quem Paulus variis gentibus 7 edidit!
Vix portu placido 8 tuta quieverat
Victrix edomitis mille furoribus:
Vix adſtricta ſuis jam retinaculis

25. doctrina Apoſtolorum. 26. H. *rapidis fluctibus*) *rabidis* potiores apud me ſcripti. Mox iidem *ſubter conprimere*, non *quo premeret*, more Prudentiano. Recte. 27. I. hæreticam doctrinam. 28. Chriſtiana 29 paſſa eſt. 30. ſub Conſtantio. 1. involutionibus. 2. quæ intelligitur per viperam. 3. invidi. 4. iracundia. 5. nataſſe. H. *enaſſe*) ſic Giſelinus. noſtri codices *naſſe*, forte *innaſſe*. Paulo poſt, ſi per membranas liceat, malim *vectores ſtabili crediderint ſolo*, quam *condiderit*. Quod nunc circumfertur. 6. I. ſacræ prædicationes. 7. ſcripſit. 8. pup-

Vectores ſtabili 9 condiderat 10 ſolo:
Erumpit ſubitò triſte periculum.
Nam, dum præcalidos 11 igniculos ſibi
Solvendis 12 adolent & 13 ſenio & 14 gelu,
Dum virgas ſteriles atque 15 ſuperfluas
Flammis de fidei palmite concremant.
Ut 16 concretæ vagis vinea 17 crinibus
Silvoſi inluviem 18 poneret ïdoli,
19 Palpavit nimius 20 perniciem 21 tepor.
22 Seps inſuetum ſubit 23 ſerpere flexibus,
Et vibrare ſagax 25 eloquii caput:
Sed 25 dextra impatiens vulneris 26 irritos
Oris 27 rhetorici depulit halitus.
Effuſum ingenii virus inaniter
Summâ Chriſticolis in cute ſubſtitit.
Salvator generis Romulei, precor,
Qui cunctis veniam das pereuntibus,
28 Qui nullum ſtatuis non operis tui

8. puppis. 9. comendaverat. 10. firmæ fidei. 11 caritatis. 12. incendunt. 13. mundi, i. idolorum. 14. ſine caritatis ardore. 15. frigore infidelitatis. 16. nata, 17. virgis. 18. deponeret. 19. invenit. 20. errorem. 21. calor vel negligentia. 22. H. *ſpes inſueta*) probe Weitzius ex Egmondano *ſeps* quomodo Latinus Latinius, Jacobus Sirmondus., & Laurentius Pignorius jampridem caſtigandum eſſe monuerunt. 23. I cœpit. 24. hæreticorum. 25. juſtitia. 26. vacuos. 27. eloquentis. 28. qui nullum feciſti, qui non egeat tuâ gratiâ.

Mortalem, facili quem 29 releves manu:
Hujus, ſi 30 potis eſt, jam miſereſcito
Præruptum in foveam 31 præcipitis viri.
32 Spirat ſacrilegis flatibus inſcius,
Erroresque ſuos indocilis 33 fovet.
34 Obteſtor, jubeas, ne citus impetus
Arſurum mediis inferat ignibus.

29. à peccatis. 30. ſi poſſibile eſt. H. *potis es* in altero Rottend. monitum jam à me hymno Eulaliæ v. 100. 31. cadentis. 32. pugnat. 33. nutrit. 34. rogo ut.

AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS. V. CL.
CONTRA
SYMMACHI ORATIONEM
LIB. I.

CRedebam vitiis 1 ægram gentilibus 2 Urbem
Jam ſatis antiqui pepuliſſe pericula morbi,
Nec quidquam reſtare mali, poſtquam medicina
3 Principis 4 immodicos ſedarat in 5 arce dolores.
Sed quoniam renovata lues turbare ſalutem
Tentat Romulidum 6 Patris imploranda 7 medela eſt,
Ne ſinat antiquo Romam 8 ſqualere 9 veterno,

1 I. dicit propter idola. 2. Romam. 3. Conſtantini. 4. magnos. 5. in principatu. 6. omnipotentis DEI. 7. auxilium. 8. ſordeſcere. 9. morbo.

Neve togas procerum fumoque & ſanguine 10 tingui.
Inclytus ergo 11 Parens patriæ, moderator & orbis,
Nil 12 egit prohibendo, vagas ne priſtinus 13 error
Crederet eſſe Deûm *nigrante ſub aëre 14 formas?*
Aut elementorum naturam, quæ Patris ars eſt
Omnigeni, ſummâ pro majeſtate ſacraret?
Vir 15 ſolus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga cicatricem ſummâ leviter cute clauſam,
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Impreſſam, penitusque putre de 16 pure pereſam,
Juncta ſuperficies medico fallente foveret.
Sed 17 ſtuduit, 18 quò pars hominis 19 generoſior intus
Viveret, atque animam 20 letali peſte piatam
Noſſet ab interno tutam ſervare veneno.
Illa 21 tyrannorum fuerat medicina, 22 videre
Qui ſtatus ante oculos præſentibus ac perituris
23 Competeret rebus, nec curam adhibere 24 futuris.
Heu, malè de populo meriti, malè Patribus ipſis 25
Blanditi! quos præcipites in Tartara mergi

Veternus, morbus eſt, qui & intercus. 10. pollui. 11. Conſtantinus. Propter nimiam pietatem vocat eum parentem. 12. profuit. 13. cultura Deorum. 14. idola, dæmones. 15. primus. 16 putredine. 17. Conſtantinus. 18. ut. 19. nobilior. 20. mortali 21. antiquorum Regum. 22. ut videretur, 23. conveniret. 24. animæ.

t. Con-

Cum Jove ſiverant, multa & cum plebe Deorum.
Aſt 1 hic imperium protendit latius ævo
Poſteriore, 2 ſuis cupiens 3 ſancire ſalutem:
Nimirum pulchrè 4 quidam doctiſſimus, eſſet
Publica res, inquit, tunc fortunata ſatis, ſi
Vel Reges ſaperent, vel regnarent 5 ſapientes.
Eſt-ne 6 ille è numero paucorum, qui 7 diadema
8 Sortiti 9 ætheria coluerunt dogma ſophiæ?
Contigit ecce hominum generi, gentique 10 togata
Dux ſapiens. felix noſtra res publica Romæ
Juſtitia regnante viget, parete Magiſtro
Sceptra gubernanti: monet, ut teterrimus error,
Utque ſuperſtitio veterum procul abſit 11 avorum.
Nec putet eſſe DEUM, niſi qui ſuper omnia ſummus
Emineat, magnique immenſa creaverit orbis.
Num melius Saturnus avos rexiſſe Latinos
Creditur, edictis qui talibus 12 informavit
Agreſtes animos & barbara corda virorum?
Sum DEUS: advenio fugiens: præbete latebras,
Occultate ſenem, nati feritate 13 tyranni
Dejectum ſolio. placet, hic fugitivus & exſul

1. Conſtantinus. 2. Romanis. 3. conſtituere. 4. Plato. 5. ſc. Reges. 6. Conſtantinus. 7. Regiam poteſtatem. 8. conſecuti. 9. cœleſtis. 10. pacificatæ. 11. Arrianorum. 12. inſtruxit. 13. Jovis. 14. amputantis.

Hæc

Ut lateam: genti atque loco Latium dabo nomen.
Vitibus incurvum, ſi qua eſt ea cura 14 putandis
15 Procudam 16 chalybem, necnon & mœnia veſtri
Fluminis in ripâ ſtatuam Saturnia 17 vobis.
Vos 18 nemus, adpoſitasque meo ſub honore ſacrantes
(Sum quianam Cælo 19 genitus) celebrabitis aras.
Inde Deos, quorum patria ſpectata ſepulcra
Scimus, in ære hebetes informavere minores:
Advena quos 20 profugus giguens, & equina 21 libido
Intulit Italiæ: Tuſcis namque ille puellis
Primus adhinnivit ſimulato numine mœchus.

15. excudam, fabrico falcem. 16. falciculam ad ſecandas vites. 17. H. *nobis* in Oxonio. Mox *patria ſpectata ſepulcra* potiores ſcripti, quod alij perperam interpolarunt; Apud Maronem quoque vera eſt ſcriptura, *tuaque ſpectata parenti vicit iter durum pietas.* Nec recte Cauchius *in patria ſpectam.* 18. I. ſc. meum. 19. cœli filius. 20. Saturnum dicit. 21. Saturnus concubuit cum Philira nymfa; quibus Opis ſupervenit. qui, ne deprehenderetur, convertit ſe in equum Ideo dicitur *Tuſcis adhinnire puellis.* 22. H. Peſſimo exemplo Becmanianam conjecturá admiſit in contextum Prudentii Weitzius *ſinuoſi Olympi,* reponendo, quod Homero

Mox patre deterior 22 ſilvoſi habitator 23 Olympi
Juppiter, inceſtâ 24 ſpurcavit labe 25 Lacænas:
Nunc 1 bove 2 ſubvectam rapiens ad 3 crimen amatam:
Nam 4 tener ac plumâ levior, blandosque ſuſurros
In morem recinens ſuavè 5 inmorientis oloris:

---

mero Ὄλυμπος πολύπτυχος dicatur. Πρώτῃσι δὲ πολλῇσι πολυπτύχου Οὐλύμποιο. Sed illic de cœlo agitur. Quamquam & πολύπτυχος Ἴδη apud eundem occurrit. Certe Virgilio *frondoſus Olympus*, quomodo noſtro *ſylvoſus* & *opacus* Horatio. Mox perperam Giſelinus *inceſtas lacænas*. Nam codices vetuſti melioris notæ *inceſtâ labe*. 23. i. Olympus, q. Ololampus, i. totus incenſus. 24. ſtupravit. 25. Græcas mulieres. Lacena civitas eſt Græciæ, ex quâ fuit Leda. Jovis verſus in cygnum vitiavit Ledam, matrem Helenæ, quæ ovum peperit; unde nati ſunt Pollux & Caſtor & Helena. 1. Jovis voluit concumbere cum Europa; ideo convertit ſe in bovem pulchrum, & ſic vitiavit eam. 2. Europam; quæ uxor Phænicis. 3. ſtuprum. 4. cygnea. H. *Nunc tenera pluma levior*) *Nunc tener ac pluma levior* ſcripti. Et mox *volucrem amorem* non *volucrum*. *Volucrem amantem* malebat Gronovius. Deinde probe Thuaneus *firmamine cuneis*. 5. olor, dum moritur, dulces dat ſo-

6 Capta 7 quibus volucrem 8 virguncula ferret amorem.
Nunc foribus 9 ſurdis, ſera quas vel 10 peſſulus artis
Firmarant cuneis, per tectum dives 11 amator
12 Imbricibus ruptis, undantis deſuper auri
Infundens pluviam gremio excipientis 14 amicæ:
Armigero 15 modo ſordidulam curantis rapinam.
Compreſſu immundo 16 miſerum 17 adficiens 18 catamitum
19 Pælice jam puero magis 20 indignante ſorore.
Hæc cauſſa eſt & origo mali, quod ſæcla vetuſto

ſonos. Vel perpetui & immortalis, quia ſidus in cœlo eſt. 6. decepta. 7. ſuſurris. 8. Leda uxor Theſei 9. clauſis. 10. vectis 11. Jovis. 12. tectis. 14. Danaæ uxoris Acriſei. 15. nunc. 16. ſtupratum. 17. comprimens. H. ſic meliores ſcripti apud me. Nec audiendus Giphanius, & qui illum ſequuntur, dum *adſigens* reponunt, ex deterioris notæ membranis. 18. I. Ganymedem. Catamitus & ſuccuba unum ſunt. 19. concubina. 20. indignabatur Juno, ſoror Jovis, Heben ſororem ſuam de miniſterio depoſitam, & Ganymedem loco ejus ſuſcepiſſe.

21. Sa-

21 Hoſpite regnante 22 crudus 23 ſtupor aurea 24 finxit,
Quodque novo ingenio verſutus Jupiter aſtus
Multiplices variosque dolos texebat, ut illum
Vertere cum vellet 25 pellem 26 faciemque, putarent
Eſſe 27 bovem 28 prædari aquilam, 29 concumbere 30 cycnum,
Et 31 nummos 32 fieri & gremium penetrare puellæ.
Nam quid ruſticitas non crederet indomitorum

21. Saturno. 22. incultus, novus, indigeſtus. 23. ſtultitia. 24. ſub Saturno aurea ſecula fuerunt, quia pax optima fuit. 25. ſuam transferendo. 26. ſuam. 27. cum vitiavit Europam 28. cum rapuit Ganymedem. 29. Alcmenam 30. per cignum. 31. imbrem aureum nummos vocat vel pecuniam, quam dedit cuſtodibus. 32. H. ita noſtri codices non *ferere* excepto altero Rottendorphio. Mox *rituque ferinos* probe Thuaneus. Quod Giphanius ad Lucretium in *victuque* perperam immutarat. Lib. II. v. 294. *iterumque ferinos in mores redeant.* Deinde *Dia rationis* vetuſtiores & *dedere animum.* Probe. Nec audimus eundem Giphanium reponentem *Diva* & *tegere animum.*

33. L.

Stulta virûm, pecudes inter ritusque ferinos
33 *Dedere ſueta animum* 34 *dia rationis egenum?*
In quamcunque fidem 35 *nebulonis callida traxit*
Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem.
Succesſit Jovis imperio corruptior ætas:
Quæ docuit 36 *rigidos vitiis ſervire colonos,*
Expertes ſumendi homines. hac imbuit arte
37 *Mercurius* 38 *Maja genitus: nunc magnus habetur*
Ille Deus cujus dedit experientia fures:
Nec non 39 *Theſſalicæ doctiſſimus ille* 40 *magiæ*
Traditur extinctas ſumtus moderamine 41 *virga*
In 42 *lucem revocaſſe animas,* 43 *Cocytia leti*

33. I. ſponte ſua tradere. 34. divinæ. Dia, nobilis. Eugenes, unum ſunt. 35. deceptoris. 36. ſtultos fortes. 37. Magus fuit aſtutiſſimus, qui magicos theſauros inveniebat. Propter theſauros enim homines fures ſunt. 38. mater Mercurii. Maga & Electra, ſorores, fuerunt, filiæ Atlantis. Ex Maga Græci venerunt, ex Electra Trojani. 39. quia ibi magica ars abundat, in qua iſte valde peritus. H. *Theſſaliæ magiæ* Thuaneus. Sic *Arcadius* pro *Arcadicus*, & talia complura. Apud Claudianum in vetuſtis codicibus *Parthia tigris*. Infra v. 188. ex membranis *Bacchia virga*, pro *Bacchicis*. 40. I. magicæ artis 41. caduceo Per virgam & ſerpentem homines magicis artibus ſuis reſuſcitaſſe dicitur atque necaſſe. 42. hanc vitam. 43. infernalia.

Jum 44 *reſignaſſe, ſurſum revolventibus* 45 *umbris:*
Aſt alias damnaſſe neci, penitusque latenti
Immerſiſſe Chao. facit hoc ad 46 *utrumque peritus*
Ut fuerit, 47 *geminoque armaris crimine virum:*
Murmure nam magico tenues 1 *excire figuras,*
Atque ſepulcrales 2 *ſcitè incantare favillas,*
Vitâ itidem ſpoliare alios, ars noxia novit.
Artificem ſcelerum ſimplex mimus vetuſtas
Supra hominem coluit, ſimulans per nubila ferri,
3 *Aligerisque* 4 *leves pedibus tranſcurrere ventos.*
Ecce Deûm in numero 5 *formatus & aeneus adſtat*

44. reſolviſſe. 45. animabus. 46. ad vitam & mortem. 47. mortificandi & vivificandi. 1. huc vocare. 2. docte vel ſapienter. 3. quia pennas in pedibus habere dicitur, quæ petaſi nomine vocantur. Petaſum eſt volatile. Nam peto volo dicitur. 4. veloces. 5. H. *fomtus* in Oxonio, ut fortaſſe ſcribendum ſit *tornatus:* atque ita æneus & ligneus ſive ſaxeus conjungantur. Tornari enim non ligna tantum ſed ſaxa quoque dicebantur. Plinius nat. hiſt. lib. 36. cap. 12. *lapis eſt qui cavatur tornaturque in vaſa cibis coquendis utilia.* Apud Lucretium lib. 4. cum

tur

6 *Grajus homo, 7 auguſtâque Numa præfulget in arce.*

8 *Serenum exculti Dominus 9 quidam 10 fuit agri,*

Scortator nimius, multâque libidine ſuetus

Ruſticolas vexare 11 lupas, interque ſalicta

Et denſas ſæpes obſcœna cubilia inire:

12 *Indomitum intendens animum, ſemperque paratum*

---

tueres procul quadratas videri dixiſſet, ſubjungitur, *ſit quoque, ut ad tornum ſaxorum ſtructa tuamur.* Quæ mox ibidem *rotunda* dicuntur. Niſi mavis cum Lampino, *tornata ſaxorum ſtructa.* Tornatores & ſimulacrorum ſculptores Firmicus conjunxit lib. 4 Mathem. cap. 7. τορεύμα pro ſtatua in Anthologia Græca occurrit. 6. I. Græcus enim fuit. 7. pulchra. 8. de Priapo dicit, qui fuit Deus hortorum; qui ob nimiam magnitudinem virilis membri de numero Deorum eſt ejectus. 9. H. *quondam*) *quidam* ex ſcriptis. Et mox *ruſticulas lupas*, non *ruſticolas* aut *ruricolas.* Quod poſtremum Barthio arridebat, obnitente merito ad Apuleji Apologiam Pricæo. 10. I. ſc. ille. 11. meretrices. 12. H. ita ſcripti conſtanter. Opinabar tamen, *indomito animo ſemperque parato.* De quo loquendi modo egimus copioſe ad Valerium Flaccum. Gronovius conjiciebat *indomitum intendens nervum.* Ut *tumum* mox partem obſcœnam vocat noſter.

Ad facinus, numquam calidus dabat 13 *otia venis.*

14 *Hic Deus è patrio prænobilis* 15 *Helleſponto*
Venit adusque Italos ſacris cum turpibus hortos;
16 *Sinum lactis, & hæc votorum liba* 17 *quotannis*
Accipit, ac ruris ſervat 18 *vineta* 19 *Sabini,*
20 *Turpiter adfixo* 21 *pudeat quem viſere ramo.*
Herculeus 22 *mollis pueri famoſus amore*
23 *Ardor, & in tranſtris* 24 *jactatâ* 25 *efferbuit* 26 *Argo.*

13. I. ſecuritatem. 14. talis. Per Ironiam dicit. 15. Helleſpontus eſt civitas in Lamſaco inſula. 16. vas in quod mulgetur. 17. ſingulis. 18. à vinea: viteta, à vite: dumeta à dumis. 19. Italici. Oppidum Italiæ. 20. ramum enim gerit in manu, Unde videtur vineas defendere & hortos, ſibi commiſſos. 21. unumquemque. 22. ſtuprati. 23. amor, minna 24. pro in jact. fatigata naufragio. 25. arſit. H. *jactam)* videtur ſcribendum *jactata efferbuit Argus.* In Thuaneo, *jactata ferbuit Argo.* Alii aliter. Mox *Nemea ſub pelle*, non *Nemeaa pelle* vetuſtiores probè. Nec aliter Giphanius, de quo nos ad Maronem pluribus Æneid. 8. v. 295. ubi pari modo caſtigatiſſimæ membranæ, *vaſtum Nemea ſub rupe leonem.* Apud Græcos enim, Νεμεῖ@-

æque

Nec 27 *maris erubuit* 28 *Nemeâ ſub pelle foveri*
Concubitus, & 29 *Hylan pereuntem quærere* 30 *cælebs.*
Nunc 31 *Saliis, cantuque* 32 *domus* 33 *Pinaria templum*
Collis 34 *Aventini convexa in ſede frequentat.*
35 *Thebanus juvenis ſuperatis fit Deus Indis,*
36 *Succeſſu dum victor ovans* 37 *laſcivit, & aurum*
Captivæ gentis revehit, ſpoliisque ſuperbus
38 *Diffluit in luxum cum ſemiviro comitatu;*
Atque avidus vini multo ſe proluit hauſtu,

æque ac Νεμεαῖος adjective ponitur. Νεμεῖος χλαῖνα hæc pellis dicitur in gemino epigrammate Anthologiæ de Hercule. *Sub pelle foveri* in Oxonio. 26. i. nave. 27. i. maſculini. 28. Colcida. Nam Nemea, filia regis Colcorum, quam ille Herculi dedit. Hercules cum Pallantea, Evandri filia concubuit ſub pelle leonis, qui in Nemea ſilva captus eſt. 29. nec erubuit ille cœlebs, i. cœleſtem vitam ducens. 30. abſtinens. 31. ſaltationibus. Salii dicuntur, qui tripudiantes aram circumeunt Herculis. Require fabulam in Virg. dicti ab exiliendo. 32. familia. Pinarius & Potitius Sacerdotes Herculis fuerunt. 34. mons dictus ab adventu avium. nam ex Tyberi fluvio emergentes, excelſa ipſius montis petunt. 35. liber pater. 36. proſperitate. 37 luxurioſe egit. 38 diſſolvitur in luxuriam. 39. caſtrato. Nam caſtratum habuit ſecum quendam mollem & enervem.

Gemmantis patera ſpumis 40 muſtoque 41 Falerno
42 Perfundens bijugum rorantia terga 43 ferarum.
His nunc pro meritis Baccho 44 caper omnibus aris
Caditur & virides 1 diſcindunt ore 2 chelydros,
Qui 3 Bromium placare volunt: quod & ebria jam tunc
Ante oculos Regis 4 Satyrorum inſania fecit,
Et feciſſe reor ſtimulis furialibus ipſas
5 Mænadas, inflammante mero in ſcelus omne 6 rotatas.
Hoc circum ſaltante choro 7 temulentus adulter
Invenit expoſitam ſecreti in litoris 8 actâ

vem. 40 novo. Hl. *multo* jam proxime præcedebat, *multo ſe protulit hauſtu.* Probe igitur Egmond. cum Cauchiano *muſtoque Falerno.* 41. Imons, vini optimi ferax. 42. jactabat vinum in equos. 43 nam trigides in curru ejus eſſe feruntur. 44. quia contrarius eſt vitibus. 1. mordent 2. ſerpentes 3. Bromios miniſter fuit liberi. Bromius, i. Bacchus, â bromo, i. cellario, vel â bruma, in quâ multum comeditur; cui etiam caper immolatur, quia vineis valde nocet. 4. Satyri ruſtici ſunt, eo quod ſaturari libidine nequeunt. Vel Poëtæ, qui nunquam ſapientia ſaturantur. 5. fœminas, quæ & Bacchæ, i. inſanientes. 6. præcipitatas. 7. à temetro, i. vino antiquo. 8. in viriditate. amœ-

Corporis egregii 9 ſcortum: quod perfidus illic
Liquerat, 10 inceſto juvenis ſatiatus amore.
Hanc jubet adſumtam, fervens poſt vina 11 Neæram
Secum in deliciis fluitantis ſtare triumfi,
Regalemque decus capitis geſtare coronam.
Mox 12 Ariadnæus ſtellis cæleſtibus 13 ignis
Additur: hoc pretium noctis perſolvit 14 honore
Liber, ut æternum meretrix inluminet axem.
Tantum poſſe omne illo ſub tempore Reges,
Indocilis fatui 15 ducebat 16 ineptia vulgi,
Ut tranſire ſuis cum ſordibus Induperator

nitas litorum. Acta, loca arenoſa vel amœna. acte gr: dicunt litus. 9. Neæram. 10. inlicito vel polluto. 11. Pelicem vel concubinam. 12. Ariadnem, natam Minois, Regis Cretæ, liber pater in conjugium accepit, propter cujus honorem intra aſtra locata eſt vel uxor liberi fuit; quam cum accepiſſet, attulit Vulcanus coronam, in qua erant ſeptem lapides: quam liber ob amorem Ariadnæ in cœlo collocavit, quam modo coronam dicunt. 13. amor, minna. 14. propter honorem. H. opinor *honora* pro honoratæ noctis pretio. Gronovius per Epexegeſin *hunc pretium noctis perſolvit honorem Liber.* Quales nos loquendi modos Naſoni ex vetuſtis membranis non ſemel reſtitutum ivimus. Mox *illo ſed tempore Reges* Thuaneus. 15. I. æſtimabat. 16. ſtultitia. 17. aula.

Poſſet in æternum cæli ſuper ardua regnum.
17 Regia tunc omnis vim majeſtatis, & omnis,
Barba licet, cæli imperium retinere poteſtas
Credita, iure etiam Ducibus, 18 parvoque ſacello
Impertitus honos: quem dum metus, aut amor, aut ſpes
Adcumulant, longum miſeris proceſſit in ævum
19 Mos patrius, cœpit falſæ pietatis imago
Ire per ignaros 20 nebuloſo errore nepotes:
Tum quia, quæ vivis veneratio Regibus ante
Contigerat, functis eadem jam munere 21 lucis
22 Ceſſit, & ad nigras altaria tranſtulit 23 urnas.
Inde puellarum 24 ludibria, 25 pignera, partus,
Et 26 furtivus amor juvenum, & deprenſa 27 jugalis.

18. H. *parvuque* pro diverſa lectione in priore Rotrendorphio Quod & ipſum in nonnullis ſuorum Weitzius invenerat. Forte *pariluque honor.* 19. I. fuit, cum dicebant: hos coluerunt patres noſtri, & ideo nos ſimiliter. 20. mendaci. 21. vitæ. 22. contigit. 23. ſepulcra.) 24. erant. Puellæ cum audiſſent ita egiſſe, ludebant, & ad libidinem magis excitantur. 25. H. *pignere, partus*) *pignera raptus* Gronovius idem noſter, & mox *defenſa jug-lis. Pignera raptus* ſic conjungi poſſunt, ut *raptus* ſit ſecundi caſus. 26. L. ſtuprum. 27. matrimonialis vel legalis.

b ſic.

Corruptela tori: quoniam regalibus aulis
Fervere tunc vitiis ſolita eſt. nec perdita luxu
Divorum ſuboles ſancti meminiſſe pudoris.
Atque ut, Roma, tuos cæleſti ex ſede parentes,
Quis te ſemideam jactant auctoribus ortam,
2 *Præſtringam breviter* 3 *Gradivum vel* 4 *Cytheream.*
5 *Ille* 6 *ſacerdotem violat: contrà illa marito*
Succumbit 8 *Phrygio. coitus fuit impar utroque.*
Nec terreſtre 9 *Deam decuit mortalis* 10 *obire*

1. ſc. ſolita eſt. 2. commemorabo. H. *perſtringam breviter*) *præſtringam* noſtri. Uti ex ſuis etiam Weitzius edendum curavit. Prudentiano more. Iidem *Cytherean*. Et mox *ſuccumbit*, non *ſuccubuit*. quod & ipſum ex Weitzianis nonnulli adſtruunt. 3. I. Martem. 4. Venerem. 5. Mars. 6. Rheam Silviam, ſacerdotem Palladis, de qua nati ſunt Remus & Romulus. 7. Venus. 8. *Frigio*) Anchiſæ. 9. Venerem. 10. H. *mortalis inire*) ita Giſelinus. *mortalis obire* duo Rottendorphiani, cum Weitzianis nonnullis. Et placet. Nam vulgatum illud, *mortale ſubire*, quod etiam in Thuaneo atque aliis nonnullis membranis exhibetur, prorſus inconcinnum. Quid enim opus τὸ *mortale* ſubjungi, cum *ter-*

Conjugium, nec 11 cælicolam deſcendere ephebum
Virginis ad vitium, furtivoque igne calere.
Sed Venus 12 auguſto de 13 ſanguine femina, vilis
14 Privatoque viro vetitum per dedecus haſit.
Et, ſi Rhea ſacram laſcivi Martis amore
Luſa pudicitiam fluviali amiſit in 15 ulvâ,
16 Crediderim 17 generoſum aliquem ſtirpis, ſed eundem
Moribus infamem compreſſâ virgine per vim,
Se dixiſſe Deum: ne ſtuprum numinis ullus
Objicere auderet turpi miſeræque puellæ.
Hæc Italos 18 induxit avos vel fama vel error,
19 Martia Romuleo celebrarent ut 20 ſacra Campo:
Utque Palatinis 21 Capitolia 22 condita ſaxis
Signarent 23 titulo proavi Jovis, atque 24 Pelaſgæ
25 Palladis, & 26 Libycâ Junonem ex arce vocarent.

terreſtre jam præceſſerit? quod plane idem eſt. Atque ita bis eadem dixerit. 11. I. Martem. 12. nobili. 13. Jovis. 14. pauperi, Anchiſæ. 15. herba. 16. ego Prudentius. 17. nobilis. 18. decepit. 19. Capus Martis Romæ. 20. ſacrificia. 21. templa. 22. conſtructa. 23. memoriæ. 24. Græcenſis, Græcæ. Pelaſgi dicuntur Græci, à Pelaſgo, ductore Græco nominati. 25. Miner-

27 Cognatos de 28 Marte Deos, Veneris quoque 29 nudum
30 Accirent proceres 31 Erycino è vertice ſignum.
Utque Deûm 33 mater Phrygiâ veheretur ab Idâ:
Bacchica de 34 viridi peterentur ut 35 Orgia 36 Naxo:
Facta eſt terrigenæ domus unica majeſtatis,
Et tot templa Deûm Romæ, quot in 37 orbe ſepulcra
Heroum numerare licet: quos fabula 38 Manes
Nobilitat, noſter populus veneratus adorat.

Minervæ. 26. Africanæ. 27. parentes Martis. 28. H. *Cognatos der Sparm Deos* caſtigabat Barthius curis ſecundis ad Claudianum p. 390. nolim factum. De Marte gentis Romanæ auctore egit. Marti cognatos Deos ſubjungit, ob eundem Romæ cultos. Mox pro *Bacchica*, alter Rottendorphius *Bacchia*. De quo nos ad Naſonem. Sic & infra v. 629. idem codex *Bacchia Niſi*. 29. i. clarum vel purum, quia nuda Venus pingebatur. 30. vocarent. 31. Eryx mons. 32. de vertice. 33. Opis, quæ in Ida monte colebatur. 34. quia viret olivis vel vitibus. 35. ſacrificia. 36. mons vel inſula, ubi Bacchus colebatur. 37 H *in urbe*) *in orbe* vere omnino ſcripti Weitziani, & ex noſtris Thuaneus cum altero Rottendorphio. 38. i. Deos inferni.

Hos habuêre Deos 39 Ancus, Numitor, Numa, Tullus.
Talia Pergameas fugerunt numina flammas.
Sic 40 Veſta eſt ſic 41 Palladium, ſic umbra Penatum.
Talis & 42 antiquum ſervavit 43 terror 44 aſylum.
Ut ſemel obſedit gentilia pectora patrum
Vana ſuperſtitio, non interrupta cucurrit
Ætatum per mille gradus. tener horruit heres,
Et coluit, quidquid ſibimet venerabile cani
Monſtrarant atavi. puerorum infantia primo
Errorem cum lacte bibit: guſtaverat inter
Vagitus de farre 1 molæ: ſaxa 2 illita ceris
Viderat, 3 unguentoque 4 Lares humeſcere nigros.
Formatum 5 Fortunæ habitum cum divite 6 cornu,

39. hi fuerint Principes Romanorum. 40. talis. 41. tale eſt templum Minervæ. 42. H. ita noſtri. Niſi quod in Oxonio *antiquam aſylum*, non capio. In alijs nonnullis *terra aſſervavit*. Putabam aliquando *reſeravit terror*, Gronovio placebat *ſacravit terror*. 43. I. divinitas. 44. domum refugit. 1. mola, genus ſacrificij de farre & ſale. 2. polita. 3. cum oleo. 4. ignes. 5. Deæ. 6. aureo. fortuna fertur habere in dextra manu cornu, quod nymphæ omnibus bonis repleverint.

Sacratumque domi lapidem conſiſtere parvus
Spectarat, matremque illic pallere precantem.
Mox, humeris poſitus nutricis, trivit & ipſe
Impreſſis ſilicem labris, puerilia vota
Fudit, opesque ſibi 7 *cacâ de rupe popoſcit;*
8 *Perſuaſumque habuit, quod quis velit, inde petendum.*
Numquam oculos animumque levans rationis ad arcem
Retulit: 9 *inſulſam tenuit ſed credulus uſum,*
10 *Privatos celebrans agnorum ſanguine divos.*
Jamque domo egrediens, ut publica feſta diesque
Et ludos ſtupuit, celſa & 11 *Capitolia vidit,*
Laurigerosque Deûm *templis adſtare miniſtros,*
At Sacrum reſonare 12 *Viam* 13 *mugitibus,* 14 *ante*
15 *Delubrum Romæ (colitur nam ſanguine &* 16 *ipſa*

7. H. *caſa de rupe* opinor. Etſi video, quomodo vulgatum defendi poſſit. 8. i. certum, ſperatum. 9. ſtultum, imprudentem. 10. pauperes. 11. templa. 12. ſacra via eſt Romæ ſicut & latina. In eâ viâ reconciliati ſunt Sabini & Romani. 13. à mugitibus ſc. boum vel ovium. 14. coram ſe. 15. tem-

More Deæ, nomenque loci, ceu numen, habetur.
Atque Urbis Venerisque pari ſe culmine tollunt
Templa; ſimul geminis adolentur thura 17 deabus;
18 *Vernula ritu, quæcumque 19 ſiant auctore Senatu,*
Contulit ad ſimulacra fidem, dominosque putavit
Ætheris, horrifico qui ſtant ex ordine vultu.
20 *Illic* 21 *Alcides, ſpoliatis* 22 *Gadibus* 23 *hoſpes*
24 *Arcadiæ fulvo ære* 25 *riget,* 26 *gemini quoque fratres*

templum Veneris & Romæ Deæ pari altitudine ſe extollebant. 16. Ironia. 17. Romæ & Veneri. 18. infantia puerorum vel omnis paganus. 19. Æ. ſic unus ex Rottendorphianis. Nec auſim damnare, quanquam in Thuaneo, *quæcunqe ſenatu auctore probentur*. Quo & reliqui tam noſtri quam Weitziani alludunt. Niſi quod Widmannius ad oram *quæcunque fuant*. Quod & Colerus in ſcripro invenerat; uti & infra v. 506. Adi, ſi tanti eſt, annotata noſtra ad Hymnum VI. περὶ ςεφάνων v. 83. & quæ Giſelinus dedit ibidem; *quæcunque cluant* ex ſcriptis, Cauchius. Quomodo ille paſſim reponendum contendit, ubi *ſiant* priore correpta occurrit. Sic extremo libro, ubi habes, *ornamenta cluant patria*, teſtatur in membranis ſe repeririſſe, *ſiant*. 20. I. in templo Romæ. 21. Hercules, ab Alceo patre. 22. Gades ſunt inſulæ juxta Britan-

1 *Corruptâ de matre nothi, 2 Ledaia proles,*
3 *Nocturnique equites, celſæ duo numina Romæ*
4 *Impendent retinente 5 veru, magnique triumfi*
Nuntia ſuffuſo figunt veſtigia plumbo.
Adſiſtunt etiam priſcorum 7 inſignia Regum,
8 *Tros Italus, Janusque bifrons, genitorque Sabinus*

tanniam, quas Hercules ſpoliavit. ibique Geryonem interfecit. 23. Evandri, 24. H. *Hoſpes Arcadis*, pro Arcadis hoſpite, per quem Evander deſignatur. Sed durus ille omnino atque inſolens loquendi modus. Quare Gronovio caſtigandum videbatur, *Arcadii*. Opinabar ego, *hoſpes Arcadis à fulvo ære riget*. 25. l. illic ſtat. 26 Caſtor & Pollux; ſc. ſtant. 1. ignobili. 2. Epexegeſis filiæ Ledæ. 3. quia in nocte ſplendent, & quia domitores equorum erant. Equites, quia forte adhuc vivi nocte equitabant. Vel propter duas ſtellas dicit, quæ dum moventur, equitare videntur 4. H. *impendent retinentque veru*) ſic unus ex Rottendorphiis. Alter ejusdem. *dependent retinente ſolo* ſed *retinente veru* Thuan. & Oxon. quod verum eſt, *veru Sabellum* Maroni inter inſtrumenta bellica. 5. I. Strahle. 7. ſtatuæ. 8. H. *dux Italus*) *Tros Italus* à Giſelino editum. Haud dubie ex codicibus vetuſtis. Nec aliter Egmondanus & Cauchianus. In Oxonio noſtro *Dros Italus*. Diſtinguendum, *Tros, Italus*. *Tros* Æneam deſignat. Notum

Saturnuſque ſenex, maculoſo & corpore 9 Picus,
Conjugis 10 epotum 11 ſparſus per membra venenum.
Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuique 12 ſordens
Arula. Jano etiam celebri de 13 menſe litatur
14 Auſpiciis epuliſque ſacris, quas inveterato,
Heu miſeri, ſub honore 15 agitant, & gaudia ducunt
Feſta 16 Kalendarum. ſic obſervatio crevit
Ex atavis quondam male cœpta: deinde ſecutis
Tradita temporibus, ſeriſque nepotibus aucta,
Traxerunt longam corda inconſulta 17 catenam,

tum illud Sibyllæ Maronianæ, *Tros,* ait *Ænea, ceſſas?* 9. I. filius Saturni: de quo Virgil. *fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.* 10. Syncopa, pro, epotatum. Datum â conjuge. 11. ſparſum habens. 12. H. *ſua cuique vetuſta) ſua cuique ſordens* duo ex Weitzianis Ex noſtris Oxonius. Probe, ut opinor. Adi annotata ad Hamart. v. 105. reliqui codices ſcripti cum vulgatis faciunt. 13. I. Januario. 14. ominibus, auguriis. 15. frequentant. 16. vocationum. 17. malam conſvetudinem, quæ ligat hominem.

18. quia

Moxque tenebroſus vitioſa in ſecula fluxit.
Hunc morem veterum docili jam ætate ſecuta
Poſteritas, 18 menſa, atque 19 adytis, & 20 flamine, & aris
21 Auguſtum coluit; vitulo placavit & agno.
22 Strata ad 23 pulvinar jacuit: reſponſa popoſcit.
Teſtantur 24 tituli, produnt conſulta Senatûs.
Cæſareum Jovis ad ſpeciem ſtatuentia templum.
Adjecere ſacrum, fieret 26 quo 27 Livia Juno,
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quam cùm fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
Conceptamque 28 viri ſubolem paritura gerebat
Pronuba; jam gravida 29 fulcrum 30 geniale patitur:

18. quia in honorem ejus octavus menſis appellatus eſt. H. *menſa* in nonnullis, probante Cauchio. Quod *menſæ* in ſacris pro aris fuerint apud antiquos. *Menſa* tamen in vetuſtioribus. 19. I. templis, ſacrificiis. 20. ſacerdote. 21. Octavianum. 22. poſteritas. 23. lectus Deorum, lectiſternium, altare. 24. inſcriptiones, honores. 25. Octaviani. 26. ut. 27. uxor Octaviani. 28. alterius quam Octaviani. 29. H. *fulcrum & geniale* Thuan. & Weitziani complures.

 res.

Jam 31 ſponſus, ſaliente utero nubentis, amicos
Advocat, haud ſterilem certus fore jam ſibi 32 pactam.
Vitricus antevenit tardum præfervidus 33 ortum
Privigni nondum geniti; mox editur inter
34 Feſcennina novo proles aliena marito.
35 Idque Deum 36 ſortes, id Apollinis antra dederunt
Conſilium: numquam meliùs nam cedere 37 tædas
Reſponſum eſt, quàm cùm prægnans nova nupta jugatur.
Hanc tibi, Roma, deam, titulũ & honore ſacratam
Perpetuo, 1 Floras inter Veneresque 2 creaſti

res. In Oxonio *fulcrum & geniale parantur.* Nil muto lib. 2. v. 615, *genialia fulcra* habes. Et 1083. *fulcra jugalia.* 30. I. nuptiale 31. adhuc. 32. conjunctam, ſponſam, Brut. 33. nativitatem. 34. nuptialia carmina; dicta ab urbe Feſcenna; ſive quia faſcinum pellunt. item Feſcenninus Deus nuptiarum dicitur. 35. H. Giphanius ad Lucretium, peſſimo exemplo, nil legem metricam moratus, *utque Deûm ſortes ſic Apollinis antra.* Vetuſtiores libri nihil h. l. mutandum præſcribunt, niſi quod in Thuaneo *id Apollinis antra.* Nec aliter Rottendorphius prior & Weitziani nonnulli. 36. I. Deorum reſponſa. 37. nuptias. 1. inde ſtoralia 2. deputaſti.

Nec mirum, quis enim ſapiens 3 dubitaverit illas
Mortali de ſtirpe ſatas vixiſſe, & easdem
Laude venuſtatis claras, in amoribus, uſque
Ad famæ excidium, forma nituiſſe decore?

Quid loquar Antinoum cœleſti in ſede locatum?
Illum delicias nunc 4 Divi 5 Principis: illum
Purpureo in 6 gremio 7 ſpoliatum ſorte virili,
8 *Hadrianique* Dei, 9 Ganymedem, *non* 10 *cyathos dis*
11 Porgere, *ſed medio recubantem cum* 12 *Jove fulcro,*
Nectaris 13 *ambroſii ſacrum potare* 14 *Lyæum,*
Cumque ſuo in templis 15 *vota exaudire* 16 *marito?*
Ergo his auſpicibus, Trajanus, Nerva, Severus,
Et Titus & fortes geſſerunt bella 17 *Nerones?*
Quos terrena viros inluſtres gloria fecit,

3. H. dubitaverat) *dubitaverit* Cauchianus& bini Rottendorphii. Mox denuo Cauch. & Weitziani nonnulli *forma enituiſſe decore.* 4. I. omnes Impp. Rom. Divi vocantur. 5. Adriani. 6. lecto, lectulo 7. caſtratum. 8. bonus propter hoc tantum. 9. Amaſium. 10. vaſcula. 11. pro. porrigere. 12 Adriano. 13. liquidi vini. 14. Win. Vinum, quia leniter intrat. 15. preces. 16. Antinoum, quia ſic propter turpitudinem maritum dicit. Ganymedes fuit amaſius Jovis; ita Antinous Adriani. 17. reges.

Et virtus 18 fragilis provexit in ardua fame
19 Adſcita terris, ſub relligione jacentis.
Quàm pudet hoc illis 20 perſuaſum, talibus ut ſe,
Romanasque acies conſerent Martis amore
Poſſe regi, dum ſe 21 Paphia malè blandus 22 adulter
Vendicat, Æneadasque 23 ſuos 24 ſucceſſibus auget?
Felices, ſi cuncta Deo ſua proſpera Chriſto
Principe diſpoſita ſciſſent! qui currere regna
Certis ducta modis, Romanorumque 25 triumfos
Creſcere, & 26 impletis voluit ſe infundere ſeclis.
Sed caligantes animas & 27 luce carentes,
In Jovis Auguſtique 28 adytis, templisque duarum
29 Junonum, Martisque etiam Venerisque ſacellis
Mactatas tetro leti immerſere barathro,

18. H. *fragiles* Thuan. malim mox, *adſcita terris ſub relligione jacentes*. Nam *jacentes* eſt in ſcriptis. 19. I. evocatæ. 20. placitum 21. Veneri, â Papho inſula, ubi colebatur. 22. Vulcanus. 23. ſuos dicit Æneadas quia ex genere Veneris Romani venerunt per Æneam. 24. proſperitatibus, felicitatibus. 25. H. *triumphis*) *triumphos* membranæ. 26. I. quando venit plenitudo temporis. 27. ſapientia. 28. templis. 29. Juno-

Supremum regimen 30 *craſſis in partibus orbis*
Eſſe rati, merſoque poli conſiſtere fundo.
Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile 1 *gignunt,*
2 *Id duxere Deos: colles, freta, flumina, flammas.*
Hæc ſibi per varias formata elementa 3 *figuras*
Conſtituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripſerunt 4 *ſtatuis, vel* 5 *Neptunum vocitantes*
Oceanum, vel 6 *cyaneas cava flumina Nymphas,*
Vel ſilvas 7 *Dryadas, vel devia rura* 8 *Napæas.*
Ipſe ignis noſtrum factus qui ſervit ad uſum,
Vulcanus 9 *perhibetur, & in virtute ſupernâ*
Fingitur, ac 10 *delubris Deus, & nomine & ore*
Adſimulatus, habet: nec non 11 *regnare caminis*

nis & Liviæ. 30. ſtultis. 1. H. *gignit) gignunt* in ſcriptis potioribus, quod omnino admittendum. Deinde iidem *id duxere Deos.* Prior Rottendorph. *id dixere Deos.* Alter cum Oxonio & Weitzianis nonnullis *induxere Deos.* Forte *induxere Deo* vel *Deis.* 2. I. *induxere*) Romani in religionem ſuam. 3. Deorum. 4. imaginibus vel columnis. Deum maris. 6. aquoſas. 7. Deas ſilvarum. 8. Deas montium. 9. vocatur. 10. H. opinor *Deis & nomine & ore aſſimulatus.* Et ſic editiones nonnullæ. Aliter tamen in membranis. 11. I. dominari.

Fertur; & 12 Æolia ſummus faber eſſe, vel 13 Ætna.
Eſt, qui 14 conſpicuis 15 Superos quæſivit in aſtris,
Auſus habere Deum Solem; cui tramite certo
16 Conditio impoſita eſt, 17 vigilem tolerare laborem,
Viſibus objectum mortalibus, 18 orbe rotundo
19 Præcipitem, teretique globo per 20 inane volantem;
Et, quod nemo negat, mundo cæloque minorem.
21 Area major enim, quám qui 22 percurrit in illâ,
Et longè campi ſpatium 23 diffuſius, in quo
24 Emicat, ac volucri fervens rota volvitur axe.
Quamvis nonnullis placeat, terram breviorem
Dicere circuitu, quàm ſit pulcherrimus ille
Circulus, & flammas immenſi 25 ſideris, ultra
Telluris normam, porrecto extendere gyro.

12. VIII. inſulæ ſunt Siciliæ, Vulcano propter ignis emiſſionem deputatæ. 13. montis Siciliæ, qui ſemper ardet. 14. claris, lucidis. 15. cœleſtes Deos. 16. lex. 17. continuum. 18. circuitu. 19. velocem. 20. quia nec ſol, neque planetæ cæteri ſeptem fixi ſunt in firmamento; ſed per inane diſcurrunt. 21. ſpatium campi. 22. H. Maſim *procurrit*. Sed aliter codices vetuſti. Mox *terram breviorem* Thuan. In alijs fere *breviore*. Deinde *numne etiam cælo minor*, non *cæli* Cauchianus

Numne etiam cæli minor & 26 contractior 27 orbis;
Cujus planitiem longo transmittere tractu
28 Circinus excurrens 29 metâ interiore laborat?
Ille Deus verus; quæ non eſt grandior ulla
Materies, qui ſine caret, qui præſidet omni
Naturæ qui cuncta ſimul concludit & implet?
Solem certa tenet regio, plaga certa coërcet,
Temporibus variis diſtinguitur: aut 30 ſubit ortu
Aut ruit occaſu, latet aut ſub nocte recurrens:
Nec torquere 1 facem potis eſt ad ſigna 2 Trionum,
Orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
Nec ſolitum converſus iter revocare retrorſum.
3 Hic erit ergo Deus, præſcriptis lege ſub unâ
Deditus officiis? libertas laxior ipſi
Conceſſa eſt homini: formam cui flectere vitæ,
Atque voluntatis licitum eſt, ſeu tramite dextro
Scandere, ſeu lævo malit decurrere campo,
Sumere ſeu requiem, ſeu continuare laborem,
Seu parêre Deo, ſive in contraria verti,
Iſta miniſtranti regimen ſolemne dierum

nus. 23. I. latius. 24. ſalit. 25. ſolis. 26. brevior. 27. circulus. 28. circulus ſolis, ſol. 29 fine. 30. aſcendit, creſcit, ſurgit. 1. ſplendorem. 2. ſeptentrionum ad ſeptentrionalem plagam. 3. Ironicè.

4 Haudquaquam Soli datur à factore poteſtas:
Sed famulus ſubjectus 5 agit quodcunque neceſſe eſt.
Hoc ſidus currum, rapidasque 6 agitare quadrigas
7 Commenti, 8 & 9 radios capitis, & 10 verbere dextra,
Et frenos, faleraſque, & equorum pectora 11 anhela
Æris 12 inaurati, vel marmoris, aut 13 orichalci,
14 Juſſerunt nitido fulgere polita metallo.
Poſt 15 trabeas & eburnam aquilam, ſellamque 16 curulem,
17 Cernuat ora ſenex barbatus, & oſcula figit
Cruribus 18 anipedum, ſi fas eſt credere, 19 equorum:

4. nequaquam. 5. facit. 6. ducere. 7. arbitrantur. 8. H. *& capitis radios*) *& radios capitis* ſcripti uno conſenſu, nec à Giſelino debuit immutari. 9. I. coronam auream. 10. flagello utitur. 11. fatigabunda. 12. deaurati. 13. auricalcum dicitur q. auri æs. Nam Chalcos gr. æs vocatur latine. Vel ſi dicas Oricalcus, montis æs interpretabitur. Ori enim mons. 14. ludendo pinxerunt. 15. genus veſtimenti. vel veſtem regalem. 16. ſedem curulem. Sedis curialis. 17. humiliat, inclinat. H. *cernuaque*) *cernuat* ex ſcriptis, quod & alij jam monuerunt. Mox *anipedum equorum* vetuſtiores. Nec audien-

Immotaſque rotas, & flecti neſcia lora:
Aut ornat redimita roſis, aut ture vaporat.
Hoc tamen 20 *utcumque eſt tolerabile, quid quod & ipſa*
Dant tibi, Roma, Deos inferni gurgitis umbræ?
21 *Eumenidum domina* 22 *Stygio caput* 23 *exſerit antro,*
Rapta ad Tartarei thalamum Proſerpina Regis:
Et ſi quando ſuos dignatur 24 *adire* 25 *Quirites,*
Placatur vaccæ ſterilis cervice reſecta,
Et regnare ſimul cæloque Hereboque putatur:
Nunc bigas frenare boves, nunc ſæva ſororum
Agmina vipereo 26 *Superis inmittere flagro,*
Nunc etiam volucres caprearum in terga ſagittas
27 *Spargere, terque ſuas eadem variare figuras.*

audiendus Cauchius qui *aripedum* malebat. 18. I. quia æneos pedes habent. 19. tanta ſtultitia, ut homo crura equorum oſcularetur. 20. quod ſolem & lunam & ſtellas adorabant, utcunque dicit tolerabile; quod tamen Deos inferorum colebant, hoc pejus multo judicat. 21. furiarum. 22. infernali. 23. elevat. 24. cum reſponſo. 25. Romanos. 26. H. *ſuper bis* in Oxonio, ut boves Oeſtratos, quos Columella vocat, deſignet. Paulo ante *bigas boves*, non *bijugas* conſtanter ſcripſi. Mox tolle ex auctoritate optimorum codicum illud, *cum rapitur, furia eſt*, & *torvi Plutonis uxor*. Etſi ſecundam in *Plutonis* & alibi corripit. 27. I.

Denique cùm Luna eſt 1 ſubluſtri ſplendet amictu:
Cùm ſuccincta jacit 2 calamos, 3 Latonia virgo eſt:
Cùm ſubnixa ſedet 4 ſolio, Plutonia conjunx
Imperitat Furiis, & dictat jura 5 Megera.
Si verum quæris; Trivia ſub nomine dæmon
Tartareus colitur: qui te modò raptat ad æthram,
Sidereoque Deum venerandum ſuadet in aſtro:
Per ſilvas modò mortiferi diſcurrere mundi,
Erroreſque ſequi 7 ſubigit, nemorumque putare
Eſſe Deam, quæ corda hominum pavitantia 8 figat,
Quæque feras perimat letali vulnere mentes:
Depreſſos modò ſubter humum formidine ſenſus
Obruit, implorent ut numina lucis egena,
Seque poteſtati committant noctis opertæ,
Reſpice terrifici ſcelerata 9 ſacraria 10 Ditis:
Cui cadit 11 infauſtâ 12 fuſus gladiator 13 harenâ,

---

quia venatrix erat. 1. ſublucido, parum lucenti. 2. ſagittas, Stralen. 3. â Latona matre. Lucina vel Luna in cœlo: Diana vel Latonia in terris; Proſerpina vel Echate apud inferos, i. centum poteſtatum. 4. baratro. 5. illius furiæ. 6. tribus vijs. 7. compellit, ipſe dæmon. 8. ſagittat. 9. templa. 10. Plutonis. 11. infelici. 12. interfectus. 13. meto-

Heu, male 14 *luſtrata* 15 *Plegethontia victima* 16 *Roma.*
Nam quid vaſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid pulvis 17 *caveæ ſemper* 18 *funebris, & illa*
19 *Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?*
Nempe 20 *Charon, jugulis miſerorum ſe duce dignas*
Accipit 21 *inferias, placatus* 22 *crimine ſacro.*
Hæ ſunt deliciæ Jovis infernalis: in iſtis
23 *Arbiter obſcuri placidus requieſcit* 24 *Averni.*

metonymia, i. in theatro. 14. purgatæ. 15. infernalis. 16. homines dijs infernalibus immolabantur. 17. theatri 18. mortalis. 19. circulus, vel luxurioſe amphitheatrum, muro circumdatus locus theatri; theatrum eſt ſpectaculum, ubicunque poſitum. 20. diabolus. 21. exequias mortuorum. 22. *ſacro*) execrabili, ut auri ſacra fames: vel ſecundum eos, qui ita putabant. H. *munere* pro diverſa ſcriptura prior Rottend. ut ad munera arenæ alludat. Nec aliter Cauchianus. Mox idem Rottendorphij codex *obſcuro Averno.* Paulo ante perperam Lipſius *ſanguine parta*, obmitentibus ſcriptis. Apud Claudianum, *ut ſangvine turpe ſerumque putes*, h. e. voluptatem capere ex ſangvine profuſo. Nihil frequentius apud optimos ſcriptores occurrit. Apud noſtrum ex ſcriptis Hamar-

25. Nonne pudet 26. regem populum ſceptriſque potentem
Talia pro patria 27 conſerre 28 litanda ſalute?
Religionis opem 29 ſubternis poſcere ab antris?
Evocat, heu, pœnis tenebroſâ ex ſede 30 miniſtrum
Interitûs ſpecioſa hominum cui 31 funera ſolvat.
Incaſſum arguere jam 32 Taurica ſacra ſolemus:
Funditur humanus 33 Latiari in munere ſanguis,
Conſeſſuſque ille ſpectantum ſolvit ad aram
Plutoni ſera vota ſui. quid 34 ſanctius arâ,
Quæ bibit 1 egeſtum per myſtica tela cruorem?

martig. v. 622. *paſti funere nati.* 23. I. index, judex. 24. Orci. 25. H. Hæc ſub principibus Chriſtianis ſcribebantur. Quod opus igitur in Regem invehi? tollit ſcrupulum omnem optimus Thuaneus, in quo *Regem populum*, eleganter & vere. Per populum Regem Romanos innuit, manifeſta imitatione Maroniani illius,

Hinc populum late Regem belloque ſuperbum
Venturum excidio Libyæ.

26. I. regnantem. 27. conſtruere. 28. ſacrificia. 29. ſubterrenis, infernalibus. 30. diabolum. 31. H. *munera ſolvat*) *donet* in codice Cauchiano. 32. I. taurica regio, in qua Junoni peregrini immolabantur. Quod Romani reprehendebant, quod tamen ipſi noviſſime fecerunt. 33. Romano, à Latio. 34. Ironicè. 1. effuſum.

2. ſcru-

Anne fides dubia eſt tibi, ſub caligine cæcâ
Eſſe Deum, quem tu ſcitis 2 rimeris in umbris?
Ecce, Deos Manes cur 3 infitiaris haberi?
Ipſa patrum monumenta probant: Dîs 4 *Manibus illic*
5 Marmora ſecta 6 lego, quamcumque 7 Latina vetuſtos
Cuſtodit cineres, denſisque 8 Salaria buſtis.
Dic, quibus 9 hunc ſcribis titulum: niſi quod trucis 10 Orci
Imperium, vera ceu majeſtatis, adoras?
En quibus implicita ſqualebat 11 regia ſummi
Imperii, tractis majorum ab origine ſacris.
Cùm 12 Princeps, 13 gemini bis victor cæde tyranni,
Pulchra triumfali reſpexit mœnia vultu;
Nubibus obſeſſam nigrantibus adſpicit urbem,
Noctis obumbratæ caligine. turbidus aër
14 *Arcebat liquidum 15 ſeptenâ ex arce ſerenum.*
Ingemuit miſerans, & ſic ait: Exue triſtes,

2. ſcruteris. 3. negas. 4. infernalibus. 5. in quibus ſcriptum erat *Dis Manibus*. 6. video. 7. via. 8. via. Salarium eſt cibus qui ſepulcra mortuorum cuſtodientibus datur; ſed pro omni præbenda ponitur. 9. H. *inſcribis* nonnulli. 10. I. Orco, juro. Inde orcus, eo quod jurat, neminem ſe ſine morte dimittere. 11. aula. 12. Conſtantinus. 13. Maxentii & Licinii. 14. expellebat. 15. Ex VII. collibus, qui ſunt in Roma. Septenam arcem dicit

Fida parens, habitus, 17 equidem prædivite cultu
Illuſtrata 18 cluis, ſpoliisque inſigne ſuperbis
Attollis caput, & multo 19 circumfluis auro.
Sed nebulis 20 propter volitantibus obſitus alti
Verticis horret apex: ipſas quoque 21 livida gemmas
Lux hebetat, ſpiſſusque dies: & fumus ab ora
Suffuſus rutilum frontis diadema retundit.
Obſcuras video tibi circumferrier Umbras
24 Cæruleasque animas, atque idola nigra volare.
Cenſeo, ſublimem 25 tollas ſuper aëra vultum;
Sub pedibusque tuis 26 nimboſa elementa relinquas.
Omne, quod ex mundo eſt, tibi ſubjacet: hoc Deus ipſe
Conſtituit; cujus nutu dominaris, & orbi,
Imperitas, & cuncta potens mortalia calcas.
Non decet, ut 27 ſummiſſa oculos 28 Regina caducum

dicit, quia in ſeptem colliculis coſtas Roma. 16. Conſtantinus. 17. certe. 18. abundas, præcelles 19. abundas. 20. juxta. 21. obſcura. 22. obumbras. 23. *ob*) circum. 24 nigras 25. ut. 26. tenebroſa. 27. inclinata. 28. Roma.

L in-

Contemplere ſolum, majeſtatemque requiras
Circa humiles rerum partes, quibus ipſa ſuperſtas,
Non patiar, veteres teneas ut me duce 1 *nugas;*
Ut 2 *carioſorum venereris monſtra deorum.*
Si lapis eſt, ſenio diſſolvitur, aut crepat ictu
Percuſſus tenui: mollis ſi 3 *bractea* 4 *gypſum*
5 *Texerat, inſido* 6 *tabeſcit glutine* 7 *ſenſim.*
Si formam ſtatuæ lamnis commiſit aënis
Lima 8 *terens; aut in partem cava membra gravato*
Pondere curvantur; ſcabra aut ærugo pereſam
9 *Conficit effigiem,* 10 *crebroque foramine rumpit,*
Nec tibi terra Deus, cœli nec ſit deus 11 *aſtrum.*
Nec Deus Oceanus, nec vis, quæ ſubter operta eſt,
Infernis triſte ob meritum damnata tenebris.
Sed nec virtutes hominum Deus, aut animarum,
Spirituumve, vaga tenui ſub imagine forma.
Abſit, ut umbra Deus tibi ſit 12 *Geniusve, locusve,*
Aut Deus aërias volitans phantaſma per auras.
Sunt hæc barbaricis gentilia numina 13 *pagis:*

1. ineptias. 2. putridorum. deficientium. Caries, putredo, quam teredines faciunt in ligno. 3. lamina auri. 4. genus terræ eſt, de qua imagines faciunt. 5. H. *Texerit*) *texerat* in noſtris. 6. Ita deficit. Zergehet. 7. paulatim. 8. planans. 9. corrumpit. 10. multiplici. 11. Sol vel Luna. 12. Deus loci. 13. villaticis. Pige gr. fons.

Inde

Quos 14 penes omne ſacrum eſt, quidquid formido tremendum
Suaſerit; horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monſtra Deos, quos ſangvinolentus edendi
Mos juvat, ut pingvis luco 15 lanietur in alto
Victima, viſceribus multa inter vina vorandis.
At 16 te, quæ domitis leges ac jura dediſti
Gentibus, inſtituens, magnus quâ tenditur orbis,
Armorum morumque feros manſueſcere ritus,
Indignum ac miſerum eſt, in relligione tenendâ
Hoc ſapere, 17 inmanes populi de more ferino
Quod ſapiunt, nullâque 18 rudes ratione ſequuntur.
Seu nos 19 procinctu maneat, ſeu pace quietas
20 Dictemus leges, ſeu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in Urbe:
Agnoſcas, Regina, libens mea ſigna neceſſe eſt:

Inde pagani, villani, quia circa fontes antiqui villas ponebant; & ideo villani dicuntur, quia longe remoti ſunt â civitate Dei. 14. juxta. 15. ſacrificetur. 16. ô. Roma. 17. crudeles. 18. ſtulti. 19. apparatus bellicus vel bellica præparatio. 20. conſtituamus. 21. Maxentii & Licinii.

1. cru-

In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.
Hoc 1 *ſigno invictus, transmiſſis Alpibus ultor,*
Servitium ſolvit miſerabile Conſtantinus.
Cum 2 *te peſtiferâ premeret Maxentius aulâ,*
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Ut ſcis ipſa, Patres aut ſponſus fœdera 3 *pacta*
4 *Intercepta gemens, diroque ſatellite rapta,*
Inmerſus 5 *tenebris dum inter vincula* 6 *flebat:*
Aut ſi 7 *nupta, torum* 8 *Regis conſcendere juſſa,*
Cœperat impurum domini oblectare 9 *furorem,*
Morte maritalis 10 *dabat indignatio pœnas.*
Plena puellarum 11 *patribus* 12 *ergaſtula ſævi*

1. crucis. 2. ô Roma. 3. ſponſæ. 4 ablata. 5. carcereis. 6 H. *dum inter vincla luebat*) *vincula flebat* Thuaneus. Salmaſius locum interpolatum eſſe adſcripſerat. Τὸ *nupta* refendum ad *fœdera pacta.* Nam *pactam* pro ſponſa aut nova nupta poſuit, ut paſſim Poëtæ 7 l. virum habens. 8. regem dicit quemcunque dominum. 9. amorem. 10 ſuſtinebat. 11. H *Patrumque*) *puellarum patribus* ſcripti. Nec dubitandum, quin bene. Deinde *confeſſa nimis ſuſpiria traxit*, membranæ potiores. Weitzius cum Widmanniano & Coleri codice, *convexa animus*. Alii, *connexa*. Opinor *confeſſa animos ſuſpiria*. Simile mendum mira pertinacia Lucani codices

 tam

Principis. abducta genitor ſi virgine 13 muſſans
14 Prodidit, aut 15 confeſſa animis ſuſpiria traxit;
16 Vim libertatis nimiæ, patriumque dolorem.)
Teſtis 17 Chriſticolæ ducis advenientis ad Urbem
18 Mulvius, exceptum Tiberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, 19 quanam 20 victricia viderit arma

tam ſcriptos quam editos infedit lib. 8. de Cornelia,

Quod ſubmiſſa nimis nulli gravis hoſpita turba.
Stantis adhuc fati vixit quaſi conjuge victo.

Cum à Lucani manu fuerit haud dubie *ſubmiſſa animis.* Tale illud Statianæ Achilleidos

Cedamus; paulumque animos ſubmittite viriles.

12. I. ergaſtron, operatorium. Ergon enim opus, vel erga pluraliter. Unde Synergus cooperator. 13 murmurans. 14. manifeſtavit. 15. *convexa*) curva. 16. H. aberat hic verſus à Palatino Weitzii, Egmondano, Boherio veterrimo; & priore Rottend. Thuaneus etiam à manu prima non agnoſcebat. Nox *Mulvius* ex potioribus ſcriptis. *Pons Mulvius* non *Molvius* aut *Milvius.* 17. I. Chriſticolam ducem ſe vocat Conſtantinus. 18 Brucken. Pons dicitur in Tyberi ubi Conſtantius Maxentium interfecit. 19. cur. 20. ita crucem Chriſti vocat, quam in vexillis

Majeſtate regi, quod ſignum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarint 21 *ſtemmate* 22 *pila.*
Chriſtus purpureum, gemmanti textus in auro.
Signabat 23 *labarum: clipeorum* 24 *inſignia Chri-ſtus*
Scripſerat; 25 *ardebat ſummis Crux addita criſtis.*
Ipſe Senatorum meminit clariſſimus ordo:
Qui tunc concreto proceſſit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede vaſtâ,
Complexusque pedes victoris, ad inclyta flendo
Procubuit vexilla 26 *jacens. tunc ille Senatus*
Militiæ ultricis 27 *titulum, Chriſtique verendum*
Nomen adoravit, quod conlucebat in armis.
Ergo cave, egregium caput orbis, inania poſthac
28 *Prodigia & Larvas ſtolido tibi fingere cultu,*
Atque expertus Dei virtutem 29 *ſpernere veri.*
30 *Deponas jam feſta velim puerilia, ritus*
Ridiculos tantoque indigna 1 *ſacraria regno.*

lis gerebant. 21. figura. 22. lanceæ. 23. vexillum vel frenum. 24. ornamenta. 25. fulgebat. 26. proſternens. 27. crucem. 28. H. non eſt audiendus Weitzius, qui hæc ſollicitavit. In Thuaneo tamen, *eſſe Deos olido tibi fingere cultu.* Ut Apotheſ. ex ſcriptis v. 197. *Olida aterra.* In aliis quibuſdam *ſtolido cultu.* Infra larvas etiam habemus,

Et quaſcunque ſolent Capitolia claudere larvas.

Videndus ad Paulinum de vita B. Martini Juretus. 29. I. cave ſpernas. 30. ut. 1. templa.

2 Marmora 3 tabenti 4 reſpergine tincta lavare,
O proceres: liceat ſtatuas conſiſtere puras,
Artificum magnorum opera 5 hæ pulcherrima noſtra
Ornamenta cluant patria, nec decolor uſus
In vitium verſa monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis Urbs 6 informata refugit
Errores veteres, & turbida ab ore 7 vieto
Nubila diſcuſſit, jam 8 nobilitate paratâ
Æternas temptare vias, Chriſtumque 9 vocante
Magnanimo ductore ſequi, & ſpem mittere in ævum,

2. marmoreas ſtatuas. 3. ſordida 4. ſangvinis. 5. H. *Hæc*) Primo *hæ* ſcribendum ex Thuaneo, ad ſtatuas, refer. *Cluant* in duobus Weitzianis, & placet. Colerus ex ſuo *fuant*. Quomodo & Egmondanus diſertim addito interpretamento, *fuant id eſt erunt*. Nec aliter Aldinus codex Thuan. & Cauch. ex noſtris *fiant*. Oxonius *fugant*. Prior Rottend. *Fluant*. Initio Pſychomachiæ, ad Chriſtum, *qui patria virtute cluis* Infra Lib. II.

---- quis gloria fotibus aucta
Sic cluat.

Et ſupra v.223. *quæcunque cluant auctore ſenatu*, etſi variant illic codices. Frequentiſſimum id verbum paſſim occurrit apud Poëtas Chriſtianos. 6. I docta vel inſtructa. 7. ſenili, veteri. 8. ex nobilitate. 9. H. *vocantem*) *vocante* Thuan cum Weitzianis pleriſque etiam cum Egmondano &

Po

Tunc primùm [10] ſenio docilis ſua ſæcula Roma
Erubuit; pudet exacti jam temporis odit:
Præteritos fœdis cum [11] relligionibus annos.
Mox, ubi [12] contiguos foſſis muralibus agros
Sanguine juſtorum innocuo maduiſſe recordans,
Invidioſa videt tumulorum milia circum,
Triſtiu judicii mage pœnitet, ac dicionis
Effrenis, [13] nimiæque ſacris pro turpibus iræ:
[14] *Compenſare cupit teterrima vulnera læſæ*
Juſtitiæ ſero obſequio veniáque [15] petendá:
Ne tanto [16] imperio maneat, [17] pietate repulsá,
Crimen ſævitiæ, monſtrata [18] piacula [19] quærit.
Inque fidem Chriſti pleno transfertur amore.
[20] *Laurea victoris Marii minus utilis Urbi,*
Cum traheret Numidam populo plaudente Jugurtham:
Nec tantum [21] Arpinas Conſul tibi, Roma, medella

Boherio. 10. I. in ſenectute. 11. dæmonibus. 12. vicinos, propinquos. 13. intemperatæ. 14. reſtaurare. 15. quæ erat ad petandum H. *petenda* Egmondius. 16. I. in Roma, 17. ſanctitate. 18. purgationes. 19. H. *ſolvit* ex Egmondano Weitzius. Quod & editiones nonnullas occupavit. Sed in Egmondano nil tale à me inventum. Giſelinus ex ſuis id expreſſit. 20. I. corona. victoria. Lauro enim coronabantur victores. 21. ex oppido, Cicero Arpinas dicitur.

Contulit, exſtincto juſſa inter vincla 22 Cethego,
Quantum 23 præcipuus noſtro ſub tempore 24 Princeps
Proſpexit tribuitque boni. multos 25 Catilinas
Me domo pepulit: non ſæva incendia tectis,
Aut 26 ſicas Patribus, ſed Tartara nigra animabus,
27 Internoque hominum ſtatui tormenta parantes.
Errabant 28 hoſtes per templa, per atria 29 paſſim;
Romanumque forum, & Capitolia celſa tenebant:
1 Qui conjuratas ipſa ad 2 vitalia plebis
Moliri inſidias, intus 3 ſerpente veneno
Conſueverant tacitis peſtem miſcere medullis.
Ergo 4 triumfator latitanti ex hoſte togatus
Clara 5 tropæa refert ſine ſanguine, remque 6 Quirini

22. Cethegus & Lentulus &c. alii conjuratores fuerunt, ut exurerent Romam, & Senatores interficerent. 23. maximus. 24. Conſtantinus. 25. dæmonas, hoſtes, perverſos, ut fuit Catilina, qui hoſtis fuit Romanorum. 26. prælia. 27. animæ, quæ eſt interior homo. 28. dæmones. 29. ubique. 1. H. *Quin* in Egmondano â ſecundâ manu. 2. . animas. 3. nato. 4. Conſtantinus. 5. victoriam. 6. Romani.

7. H.

Adſueſcit ſupero pollere in ſæcula regno.
7 Denique nec metas ſtatuit, nec tempora ponit:
Imperium ſine fine docet, ne Romula virtus
Jam ſit 8 anus, norit ne gloria parta ſenectam.
Exſultare Patres 9 videas, pulcherrima mundi
Lumina conciliumque ſenum 10 geſtire 11 Catonum,
Candidiore 12 togâ niveum 13 pietatis amictum
Sumere & exuvias deponere pontificales.
Jamque 14 ruit, paucis Tarpejâ in rupe relictis,
Ad ſincera virûm penetralia 15 Nazareorum,
Atque ad Apoſtolicos 16 Evandria Curia fontes,
Anniadum ſuboles, & pignera clara 17 Proborum:
Fertur enim ante alios 18 generoſus 19 Anicius Urbis
Inluſtraſſe caput: ſic ſe Roma inclita jactat.
Quin & Olybriaci generiſque & nominis heres
Adjectus 20 faſtis, 21 palmata inſignis abolla,

7. H. ita ſcripti. Opinor nihilominus,

Denique nec metas ſtatui, nec tempora poni,

docet nimirum, quod ſequitur. 8. I. ſenex. 9. ô Symmache. 10. gaudere. 11. principium Romanorum conſiliariorum. 12. H. *Candidiora toga* alter Rottend. haud inelegánter ſane, ſi quid video. 13. ſanctitatis. 14. feſtinat. 15. Chriſtianorum. 16. ab Evandro, qui primus fertur ſtruxiſſe Curiam. 17. Electrum. 18. nobilis. 19. nobiliſſimus fuit, de cujus genere Boëtius fuit, & à quo familia Anniadum dicitur. 20. libris; quod,

22 Martyris ante fores Bruti ſummittere 23 faſces 24 ambit & 25 Auſoniam 26 Chriſto inclinare 27 ſecurem.

Non Paulinorum, non Baſſorum dubitavit
Prompta fides dare ſe Chriſto, ſtirpemque 28 ſuperbam
Gentis 29 patriciæ venturo attollere ſæclo
Jam quid 30 plebicolas percurram carmine Graecos,
Jure poteſtatis fultos, & in arce Senatûs
31 Præcipuos, ſimulacra Deûm juſſiſſe revelli,
Cumque ſuis pariter 32 lictoribus omnipotenti
Suppliciter Chriſto ſe conſecraſſe regendos?
Sexcentas numerare 33 domos de ſanguine priſco
Nobilium 34 licet, ad Chriſti ſignacula verſas,
Turpis ab 35 idolii vaſto 36 emerſiſſe profundo.

quod fecit libros poteſtatibus. 21. victrici. 22. cujuscunque. 23. dignitates, quas habuit Brutus Conſul. 24. deſiderat. 25. Italicam. 26. propter Chriſtum. 27. *ſecurim*) poteſtatem. H. *ſecurim.*) *ſecurem* ſcripti Prudentiano more. Mox *plebicolas Graecos* in *poplicos* non auſim mutare, quod à Weitzio factum me non approbante. Nam quod ille auctoritatem codicis Egmondani prætendit, is profecto *plebicolas* tuetur. 28 l. nobilem. 29. Patritij erant conſules, qui more patrum populum regebant. 30. plebem amantes. 31. Principes. 32 miniſtris vel militibus. 33. *domus*) familias. 34 *placet*) licet 35. paganiſmi. Idolium eſt locus, in quo idolis immolabatur. Idolothi-

tum,

Si 37 perſona aliqua eſt, aut ſi ſtatus urbis in his eſt:
Si 1 formam patriæ facit excellentior ordo:
Hi faciunt, 2 juncta eſt quotiens ſententia plebis
Atque unum ſapiunt plures ſimul ac 3 potiores.
Reſpice ad inluſtrem, lux eſt ubi publica cellam:
Vix pauca invenies gentilibus obſita nugis
Ingenia 5 obtritos 6 ægrè retinentia cultus,
Et quibus 7 exactas placeat ſervare tenebras,
Splendentemque die medio non cernere 8 Solem.
Poſt hinc ad populum converte oculos, 9 quota pars eſt,
Quæ Jovis 10 infectam 11 ſanie non 12 deſpuat aram?

tum, ſacrificium. Idolum, res ipſa, cui immolatur. 36. exiſſe 37. i. ſi dignitas temporalis aliquid valet apud DEUM. 1. pulcritudinem. 2. H. *juncta eſt quoties*) Alter Rottendorphias omittebat verbum ſubſtantivum. Et hoc rudentio ſoleinno. 3. I. excellentiores, meliores. 4 Eccleſiam; templum, ubi congerebantur nobiles Romanorum. 5. conſumtos. 6. difficile 7. præteritas. 8 Chriſtum. 9. quam magna. 10. pollutam. 11. putredine. 12. H *diſpuat aram*) *diſpuat* potiores ſcripti, niſi quod in Thuan. & Egmond. *diſputat* pro *diſpuat*. Ut ferè ſemper in veterrimis exemplaribus. Adi annotata Apotheſ. v. 1078. deinde fateor à me non capi illa, *qui celſa ſcandit cœnacula vulgus*. Metuo certe ne τὸ *vulgus* ex gloſſemate huc irrepſerit. *Vulgus* quippe manifeſte ſatis deſignatur

Omnis qui celſa ſcandit 13 *cœnacula vulgus,*
Quique 14 *terit ſilicem variis diſcurſibus atrum,*
Et 15 *quem panis alit gradibus* 16 *diſpenſus ab altis:*
Aut 17 *Vaticano* 18 *tumulum ſub monte frequentat,*
19 *Quo cinis ille latet* 20 *genitoris amabilis* 21 *obſes;*
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Unde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi, Chriſte, dicatam
In leges tranſiiſſe tuas omnique volentem
Cum populo & ſummis cum civibus, ardua magni

---

tur per hanc circumſcriptionem. Fors fuerit à manu Prudentij,

Omnis qui celſa ſcandit cœnacula ſcalis.

Vel

Omnis qui ſcandit cœnacula celſa domorum.

Viderint, qui acumine & otio magis abundant. 13. I. capitolia 14. pedites. 15. pauperes. 16. diſpenſatus. 17. ubi requieſcit corpus S. Petri. 18. ſepulchrum. 19. ubi. 20 Petri. 21. dicitur, qui loco pacis datur. Et obſes beatus Petrus fuit Romanis, qui pacem eis attulit. 22. ad baſilicam S. Johannis baptizantis. Ubi Eccleſia eſt in honore XII. Apoſtolorum. H. *Lateranni accurrit ad ædes*) *Lateranas currit* Thuaneus, & ex Weitzianis nonnulli. probe. 23. I. protelare, 24. H. *ſublime*

acu-

Jam ſuper aſtra poli terrenum 23 extendere regnum?
Nec moveor, quòd pars hominum rariſſima clauſos
Non aperit 24 ſub luce oculos, & greſſibus errat.
Quamlibet inluſtres 26 meritis, & 27 ſanguine clari
Præmia virtutum 28 titulis & honoribus aucti
Ardua rettulerint, 29 faſtorumque arce potiti
Annales proprio ſignarint nomine chartas,
Atque inter 30 veteres 31 cerâ numerentur & 32 ære:
Attamen in paucis, jam deficiente 33 catervâ,
Nec perſona ſita eſt patriæ, nec curia conſtat;
Et quodcunque 34 fovet ſtudii privata voluntas,
Ac jam rara tenet: ſed publica vota reclamant,
Diſſenſu celebri trepidum damnantia murmur.
35 *Sic conſulta Patrum ſubſiſtere conſcriptorum,*

oculos Oxonius. Sic *ſublime vultum dare*, & mille talia. De quibus nos copioſe ad epiſtolam Heroidum Naſonianarum nonam v. 129. Infra lib. II. *hominem ſublime ferentem.* 25. l. fide Evangelij. 26 bellorum virtutibus. 27. genere, nobilitate. 28. inſcriptionibus. 29. annorum librorum. 30. principes. 31. quia ſtatuas cæreas & æreas antiqui nobiliſſimi faciebant. 32. æreis tabulis. 33. multitudine. 34. H. *fovent* Thuan. Egmond. & Oxonius. Etiam ex Weitzianis potiores. Pauci nimirum. Et tum tollenda diſtinctio poſt τὸ *voluntas.* 35 l. Non aliter licitum, ſervare fidem Chriſti, quam Patres conſtituerunt; quam eam, quam

Non aliter licitum priſco ſub tempore, quâm ſi
Tercentum ſenſiſſe ſenes legerentur in unum:
Servemus leges patrias: infirma minoris
Vox credat numeri parvâq; in parte ſileſcat.
Adſpice, quam pleno [1] *ſubſellia noſtra Senatu*
Decernant [2] *infame Jovis* [3] *pulvinar, & omne*
Idolium, longè purgatâ ex Urbe fugandum.
Quà vocat egregii ſententia [4] *Principis, illuc*
Libera cum pedibus tum corde frequentia tranſit.
Nec locus invidiæ eſt: nullum vis aſpera [6] *terret;*
Ante oculos ſic velle patet, cunctiq; probatum,
Non juſſum ſolâ capti [7] *ratione ſequuntur.*
Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera [8] *ſacricolis ſummos impertit honores*
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum:

quam trecenti conſtituerunt. 1. judicia. 2. deteſtabile. 3. templum, â pulvinarijs, i. lectiſternijs. quæ in templis Deorum faciebant, ubi reſponſa accipiebant à Dijs. 4. Theodoſij. 5. multitudo. 6. ut in Chriſtum cogeret credere. Unusquisque ſuâ ſponte Chriſtum credebat. 6. prædicatione. 8. paga-

Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet: quoniam cæleſtia numquam
Terrenis ſolitum per iter gradientibus 9 *obſtant.*
10 *Ipſe magiſtratum tibi Conſulis, ipſe tribunal*
Contulit, auratumque toga donavit amictum,
Cujus religio tibi diſplicet, ô pereuntum
11 *Adſertor divûm:* 12 *ſolus qui reſtituendos*
Vulcani Martiſque dolos Veneriſque peroras
Saturnique ſenis lapides, Phœbique 13 *furores:*
Iliacæ 14 *matris* 15 *Megaleſia,* 16 *Bacchia* 17 *Niſi,*
Iſidis amiſſum ſemper plangentis Oſirim
18 *Mimica ridendaque ſuis ſolemnia* 19 *calvis,*
Et, quaſcumque ſolent Capitolia claudere larvas,

paganis. 9. cogendo. 10. DEUS, Imperator 11. ô Symmache. 12. H. *Solus* Egmondius. Sed cum de Phœbo mox ſubſequatur, vix acquieſco iſti ſcripturæ. 13. minnæ: 14. opis. 15 ſacrificia ſolemnia. 16. ſacra Liberæ patris. 17. à civitate Nyſâ, in quâ colebatur Liber. 18. ſtulta, ſcurrilia. H. *Mimicaque & ridenda ſuis*) *Mimica ridendave ſuis* codices ſcripti apud me. Quidni amplectamur? Etſi Egmondanus liber & Wouwerius apud Weitzium in contraria eunt. Paulo ante alter Rottendorphius *Bacchia Niſi*, non *Bacchica* dictum ſupra v. 188. 19. I. deceptoribus. 20. nitidam

O linguam miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquii: cui cedat & ipſe
Tullius, has fundit dives facundia gemmas!
Os dignum, æterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare Deum: cui ſordida monſtra
Prætulit, 20 *& liquidam temeravit crimine vocem.*
Haud aliter, 21 *quam ſi raſtris quis temptet eburnis*
Cœnoſum verſare ſolum, limoque madentes
Excolere aureolis ſi fortè ligonibus ulvas,
Splendorem dentis nitidi ſcrobis inquinat atra,
Et 22 *pretioſa* 23 *acies ſqualenti ſordet in arvo.*
Non vereor, ne me nimium confidere quiſquam
Arguat, ingeniique putet luctamen inire.
Sum memor ipſe mei; ſatis & mea 24 *frivola novi:*
Non auſim conferre pedem, nec ſpicula tanta
25 *Indocilis fandi conjecta* 26 *laceſſere lingua.*
Inlæſus maneat 27 *liber, excellensque volumen*
Obtineat 28 *partam dicendi* 29 *fulmine famam:*

dam, pulchram. 21. H. *quam cum raſtris* quatuor vetuſtiores apud me libri, & Aldus. Vulgatum nihilominus confirmant ſequentia, & liber Egmondanus. 22. l. ſplendor auri. 23. acumen. 24. ineptias. 25. ego. 26. provocare 27. Symmachi.

Sed liceat tectum ſervare à vulnere pectus,
Oppoſitâque volans jaculum depellere [30] *parmâ.*
Nam, ſi noſtra fides ſæclo jam tuta quieto,
Viribus infeſtis hoſtilique arte petita eſt,
Cur mihi fas non ſit, lateris ſinuamine flexi
[31] *Ludere ventoſas jactu pereunte* [32] *ſagittas?*
Sed jam tempus, iter longi cohibere libelli;
Ne tractum ſine fine ferat faſtidia carmen.

chi. 28. paratam. 29. cum tonitru. 30. ſcuto. 31. vitare vel declinare. 33. H. ita ſcripti: ne quis forte Lipſianum *ſariſſas* amplectatur.

AURELII PRUDENTII, CLEMENTIS V. CL.

CONTRA SYMMACHI ORATIONEM

PRÆFATIO In LIBRUM I.

Simon, quem vocitant Petrum,
Summus diſcipulus Dei,
Lucis forte ſub 1 *exitu,*
Cùm veſper croceus rubet,
Curvam 2 *vulſerat ancoram,*

1. I. recedente die. 2. H. *avulſerat*) *vulſerat* codi

Captans [3] ſlamina linteis,
Et transnare volens fretum:
Nox ventura movet obvium,
Fundo qui mare miſceat,
[4] Jactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens atque ululans ferit,
Cum ſtridore rudentium:
Nec quidquam ſuberat ſpei,
Mergendis propè naufragis;
Cùm Chriſtum procul adſpicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
[5] Ac ſi per ſolidam viam
Siccum litus [6] obambulet.
Hæc miracula ceteri
Vectores pavidi ſtupent.
Solus non trepidus Petrus
Agnoſcit Dominum poli,
Terræque, & maris invii:
Cujus [7] omnipotentiæ eſt,

codices noſtri. 3. ventos. 4. fatigatam. 5. quaſi. 6. circumambulet 7. H. *cunctipotentia*) *omnipotentia* ſcripti apud me. Mox. v. 38. *Quod ſit non ſtabili fide* in iisdem & Cauchiano, niſi quod in Egmondano. *Quid ſit* addito interpretamento, *cur.* *Quid* etiam Palatinus apud Weitzium.

Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus,
Notum ſubſidium rogat.
Aſt ille placidè adnuens,
Puppi ut deſiliat, jubet
Juſſis obſequitur Petrus:
Sed veſtigia fluctibus
Summis tinguere cœperat,
Et labſante gradu pedes
8 *Peſſum mergere lubricos.*
Mortalem Deus increpat,
Quod ſi non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia,
9 *Nec Chriſtum valeat ſequi.*
Tum dextrâ famulum levat,
Siſtitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
10 *Sic me tuta ſilentia*
Egreſſum, dubiis loquax
Infert lingua periculis:
Non ut diſcipulum Petrum
Fidentem & merito & fide;

Id quod elegans omnino & Prudentianum. Mox itidem alter Rottendorphius cum Oxonio & Bongarſiano Weitzii, v. 48. *Fidentem & merito & fide.* 8. I. deorſum, perditioni, peſſimè vel malè. 9. ſc. ideo. 10. figura myſtica.

Sed [11] *quem culpa frequens levem*
Volvat per freta naufragum.
Sum [12] *planè* [13] *temerarius,*
Qui [14] *noctis mihi conſcius,*
Quam vitæ in tenebris [15] *ago,*
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam viri;
Quo nunc nemo [16] *diſertior*
Exultat, fremit, intonat,
Ventisque eloquii tumet:
[17] *Tractandæ* [18] *indocilem ratis:*
Ni tu Chriſte potens, manum
Dextro numine porrigas,
Facundi oris ut impetus
Non me fluctibus obruat:
Sed [19] *ſenſim gradiens, vadis*
Inſiſtam fluitantibus.

11. me. 12. certè. 13. præſumtor. 14. ignorantiæ, pecata 15. duco. 16. doctior. eloquentior. 17. gubernandæ. 18. me. 19. paulatim.

AD

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. CL.

CONTRA SYCHOMACHI ORATIONEM LIBRI DUO.

Hactenus & veterum 1 cunabula prima deorum
Et cauſas, quibus error 2 hebes conſtatus in orbe eſt,
Diximus, & noſtro Romam jam credere Chriſto:
Nunc 3 objecta 4 legam, nunc dictis dicta refellam.
Unde igitur 5 cœpiſſe ferunt, aut ex 6 quibus 7 orſum,
8 Quo mage ſancta Ducum corda 9 illice flecteret arte?

SYMMACHUS.

Quis ita familiaris eſt barbaris, ut aram Victoriæ non requirat? Cauti in poſterum ſumus, & talium rerum oſtenta vitamus. Reddatur ſaltem nomini honor, qui numini denegatus eſt. Multa Victoriæ debet æternitas veſtra, & adhuc plura debebit. Averſentur hanc poteſtatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumfis patrocinium nolite deſerere. Cunctis po-

1. I. initia. 2. ſtultus. 3. mihi à Symmacho. 4. colligam. 5. hanc hæreſin colere. 6. cauſis. 7. inceptum. 8. ut. 9. ſuaſoria arte, deceptibili, de-

potentia iſta votiva eſt. Nemo colendam neget quam profitetur optandam.

PRUDENTIUS.

1 *Armorum* 2 *Dominos, vernantes flore juventa,*
Inter caſtra 3 *Patris* 4 *genitos, ſub* 5 *imagine* 6 *avita*
Eductos , 7 *exempla domi* 8 *congeſta* 9 *calentes,*

deceptrice. 1. præliorum. 2. Romanos. 3. patrum. 4. nutritos. 5. filio, qui eſt imago patris. 6. antiqua. 7. per. 8. cumulata. 9. H. *tenentes*) *calentes* Oxon. Cauch. & à manu prima Thuaneus. quod & ipſum in præſtantioribus ſuis videtur reperiſſe Weitzius, & ſapit revera genium Prudentianum ea loquendi ratio; cum amet noſter mirificum in modum verba cum quarto caſu conjuncta. Sic *æſtuare*, de quo Cathem. Hymno VII, 156. *Sudare*, de quo Hymno II. v. 68. *vivere*, de quo Hymn. Petri Steph. XIII. v. 32. *anhelare*, de quo ad Apotheoſ. v. 547. *arietare*, Hamartig. *quem non amto machina roſtro arietat inſiliens*; *currere*, de quo Petri Steph. Hymno XII. v. 53. *flere* paſſione Romani, de ſangvine, *Quem plaga flerat roſcidis liquoribus*. *ſuſpirare* Cathem. II. *Mercator hinc ac ruſticus avara ſuſpirant lucra*, *fervere ambitum*, de quo Peri Steph. hymno II. 249. *credere*, de quo ad Apotheoſ. v. 574. *ſitire* paſſim in Prudentio. Quale illud Hamartig. *ſitit maritum fœmina*. *ſpirare* Cathem. XI. *hic ille natalis dies, quo te creator arduus ſpiravit, & limo indidit.* Alibi, *pluere*, *pru-*

Orator 10 catus instigat, ceu claſsica belli
Clangeret; exacuitque animos, & talia 11 jactat.
Si vobis vel parta, viri, Victoria cordi eſt,
Vel parienda dehinc; templum dea virgo ſacratum
Obtineat, vobis regnantibus. ecquis amicus
Hoſtibus, hanc veſtro 12 ſanctè negat eſſe colendam
Hæc ubi legatus; 13 reddunt placidiſsima fratrum
Ora Ducum: Scimus, quam ſit Victoria dulcis
Fortibus, 14 Auſoniæ 15 vir facundisſime linguæ:
Sed, quibus illa modis, quâ ſit ratione vocanda,

prurire, ludere, mendicare, glorificare vejulare, ruere, ſpumare ſufflare, ſuſurrare, ſapere, tumere, triumfare, ſtrepere, cogitare, & mille talia apud noſtrum. Nam *ardere* frequentisſimum occurrit. Atque ita infra v. 532. opinor ſcribendum.

Stirpis Juleæ ductorem exercitus ardens.
Prævaluit, Boreæ quem miſerat algidus axis.

Nam in ſcriptis compluribus *ductor*, non *ductore*. Et hæc quidem nunc ſuffècerint. *Eductos* in *edoctos* Weitzius mutaſſe non debuit obnitentibus membranis noſtris. Paulo ante maluerim etiam, ſi ſuper libros detur, *armorum dominos vernantis flore juventæ inter caſtra patris genitos*.

10. I. doctus. Symmachus. 11. ad ſenatum dicit. 12. religioſe. 13. reſpondent. 14. Romane. 15. Symmache.

Novimus. hac primum pueros 16 pater imbuit arte:
17 Hanc genitore ſuo didicit puer ipſe magiſtro,
Non 18 aris, non 19 farre mola Victoria felix
Exorata venit: labor impiger, aſpera virtus,
Vis animi, excellens ardor, 20 violentia, cura,
21 Hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.
Quæ ſi defuerint bellantibus, aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pinnas
Explicet, & multis ſurgat formata 22 talentis:
Non aderit, 23 verſiſque offenſa videbitur haſtis.
Quid, miles, propriis diffuſus viribus, 24 aptas
Inritus feminea tibimet ſolatia 25 formæ?
Numquam pinnigeram legio ferrata puellam
Vidit, 26 anhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris Dominam? *27 ſua cuique dextra eſt,*

16. Romulus. 17, artem, victoriam. 18. ſacris. 19. ſacrificio farris. 20. H. ita codices noſtri *vigilantia cura* nihilominus videtur caſtigandum. 21. I. victoriam. *explicet*) expandat. 22. metallis. 23, cum in fugam vertuntur homines. 24. H. *optas*) *aptas* codices noſtri præter alterum Rottendorphium, in quibus Cauchianus quoque & ex Weitzianis nonnulli, Nec abnuo. 25. I. victoriæ, deæ, quæ formam fœminæ habet. 26. ſudantium bello. 27. H. *ſua dextera cuique eſt*) *ſua dextera ſortis eſt* Egmondanus. Sed ſuperiora evincunt, hoc ipſum de-

Et Deus omnipotens: non 28 pexo crine 29 virago,
Nec nudo 30 ſuſpenſa pede, 31 ſtrophioque revincta,
Nec 32 tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.
Aut vos pictorum docuit manus, adſimulatis
1 *Jure poëtarum numen componere monſtris:*
Aut 2 lepida ex veſtro ſumſit pictura 3 ſacello,
Quod variis imitata 4 notis ceráque liquenti
Duceret in faciem, ſociique poëmatis arte
Aucta coloratis auderet 5 ludere 6 fucis.

de fortibus eſſe capiendum. Palatinus & Thuaneus, *ſua cuique dextra eſt*. Vere. Ut jam diximus Hamartig. v. 105. nec aliter Salmaſius, qui locum mox ſubſecuturum adſcripſerat, uti membranis legitur, *ſuus eſt mos cuique genti*. Poſt *adſimulatis componere monſtris* â Weitzio adverſus auctoritatem optimorum codicum haud invertendum fuit. Tum *ſtrophioque recincta* codices noſtri. Sed *revincta* in Cauchiano & Weitzianis pleriſque, quod præſtat. Nam aliud quid deſignat *recingi*. Stat & pro nobis Cauchius auctoritate fretus veterum nummorum, in quibus victoria ſtrophio *revincta* exprimatur. 28. I. ornato, 29. fortis fœmina, victoria. 30. elevata. 31. cingulo. 32. per tumidas, 1. quia hoc lex Poëtarum eſt. 2. aperta eloquens, pulchra. 3. templo. 4. figuris, coloribus. Farben. 5. pingere. Mahlen. 6. mendaciis.

Captans 3 flamina linteis,
Et transnare volens fretum:
Nox ventura movet obvium,
Fundo qui mare miſceat,
4 Jactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens atque ululans ferit,
Cum ſtridore rudentium:
Nec quidquam ſuberat ſpei,
Mergendis propè naufragis;
Cùm Chriſtum procul adſpicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
5 Ac ſi per ſolidam viam
Siccum litus 6 obambulet.
Hæc miracula ceteri
Vectores pavidi ſtupent.
Solus non trepidus Petrus
Agnoſcit Dominum poli,
Terræque, & maris invii:
Cujus 7 omnipotentiæ eſt,

codices noſtri. 3. ventos. 4. fatigatam. 5. quaſi. 6. circumambulet. 7. H. *cunctipotentiæ*) *omnipotentiæ* ſcripti apud me. Mox. v. 38. *Quod ſit non ſtabili fide* in iiſdem & Cauchiano, niſi quod in Egmondano. *Quid ſit* addito interpretamento, *cur.* *Quid* etiam Palatinus apud Weitzium.

Id

Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus,
Notum ſubſidium rogat.
Aſt ille placidè adnuens,
Puppi ut deſiliat, jubet
Juſſis obſequitur Petrus;
Sed veſtigia fluctibus
Summis tinguere cœperat,
Et labſante gradu pedes
8 *Peſſum mergere lubricos.*
Mortalem Deus increpat,
Quod ſi non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia,
9 *Nec Chriſtum valeat ſequi.*
Tum dextrâ famulum levat,
Siſtitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
10 *Sic me tuta ſilentia*
Egreſſum, dubiis loquax
Infert lingua periculis:
Non ut diſcipulum Petrum
Fidentem & merito & fide;

Id quod elegans omnino & Prudentianum. Mox itidem alter Rottendorphius cum Oxonio & Bongarſiano Weitzii, v. 48. *Fidentem & merito & fide.* 8. I. deorſum, perditioni, peſſimè vel malè. 9. ſc. ideo. 10. figura myſtica.

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. CL.

CONTRA SYCHOMACHI ORATIONEM LIBRI DUO.

Hactenus & veterum 1 cunabula prima deorum,
Et cauſas, quibus error 2 hebes conſtatus in orbe eſt,
Diximus, & noſtro Romam jam credere Chriſto:
Nunc 3 objecta 4 legam, nunc dictis dicta refellam.
Unde igitur 5 cœpiſſe ferunt, aut ex 6 quibus 7 orſum,
8 Quo mage ſancta Ducum corda 9 illice flecteret arte?

SYMMACHUS.

Quis ita familiaris eſt barbaris, ut aram Victoriæ non requirat? Cauti in poſterum ſumus, & talium rerum oſtenta vitamus. Reddatur ſaltem nomini honor, qui numini denegatus eſt. Multa Victoriæ debet æternitas veſtra, & adhuc plura debebit. Averſentur hanc poteſtatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumfis patrocinium nolite deſerere. Cunctis po-

1. I. initia. 2. ſtultus. 3. mihi à Symmacho. 4. colligam. 5. hanc hæreſin colere. 6. cauſis. 7. inceptum. 8. ut. 9. ſuaſoria arte, deceptibili,

Orator 10 *catus inſtigat, ceu claſſica belli*
Clangeret; exacuitque animos, & talia 11 *jactat.*
Si vobis vel parta, viri, Victoria cordi eſt,
Vel parienda dehinc; templum dea virgo ſacratum
Obtineat, vobis regnantibus. ecquis amicus
Hoſtibus, hanc veſtro 12 *ſanctè negat eſſe colendam*
Hæc ubi legatus; 13 *reddunt placidiſſima fratrum*
Ora Ducum; Scimus, quam ſit Victoria dulcis
Fortibus, 14 *Auſonia* 15 *vir facundiſſime lingua:*
Sed, quibus illa modis, quâ ſit ratione vocanda,

prurire, ludere, mendicare, glorificare reſultare, ruere, ſpumare ſufflare, ſuſurrare, ſapere, tumere, triumfare, ſtrepere, cogitare, & mille talia apud noſtrum. Nam *ardere* frequentiſſimum occurrit. Atque ita infra v. 532. opinor ſcribendum.

Stirpis Juleæ ductorem exercitus ardens.
Prævaluit, Boreæ quem miſerat algidus axis.

Nam in ſcriptis compluribus *ductor*, non *ductore*. Et hæc quidem nunc ſuffecerint. *Eductos* in *edoctos* Weitzius mutaſſe non debuit obnitentibus membranis noſtris. Paulo ante maluerim etiam, ſi ſuper libros detur, *armorum dominos vernantis flore juventæ inter caſtra patris genitos.*

10. I. doctus. Symmachus. 11. ad ſenatum dicit. 12. religioſe. 13. reſpondent. 14. Romane. 15. Symmache.

Novimus. hac primum pueros 16 pater imbuit arte:
17 Hanc genitore ſuo didicit puer ipſe magiſtro,
Non 18 aris, non 19 farre molæ Victoria felix
Exorata venit: labor impiger, aſpera virtus,
Vis animi, excellens ardor, 20 violentia, cura,
21 Hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.
Quæ ſi defuerint bellantibus, aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pinnas
Explicet, & multis ſurgat formata 22 talentis.
Non aderit, 23 verſiſque offenſa videbitur haſtis.
Quid, miles, propriis diffuſus viribus, 24 aptas
Irrita fæminea tibimet ſolatia 25 formæ?
Numquam pinnigeram legio ferrata puellam
Vidit, 26 anhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris Dominam? *27 ſua cuique dextra eſt,*

16. Romulus. 17. artem, victoriam. 18. ſacris. 19. ſacrificio farris. 20. H. ita codices noſtri *vigilantia cura* nihilominus videtur caſtigandum. 21. I. victoriam, *explicet*) expandat. 22. metallis. 23. cum in fugam vertuntur homines. 24. H. *optas*) *aptas* codices noſtri præter alterum Rottendorphium, in quibus Cauchianus quoque & ex Weitzianis nonnulli. Nec abnuo. 25. I. victoriæ, deæ, quæ formam fœminæ habet. 26. ſudantium bello. 27. H. *ſua dextera cuique eſt*) *ſua dextera forti eſt* Egmondanus. Sed ſuperiora evincunt, hoc ipſum de-

Et Deus omnipotens: non 28 pexo crine 29 virago,
Nec nudo 30 ſuſpenſa pede, 31 ſtrophioque revincta,
Nec 32 tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.
Aut vos pictorum docuit manus, adſimulatis
1 Jure poëtarum numen componere monſtris:
Aut 2 lepida ex veſtro ſumſit pictura 3 ſacello,
Quod variis imitata 4 notis ceraque liquenti
Duceret in faciem ſociique poëmatis arte
Aucta coloratis auderet 5 ludere 6 fucis.

de fortibus eſſe capiendum. Palatinus & Thuaneus, *ſua cuique dextra eſt.* Vere. Ut jam diximus Hamartig. v. 105. nec aliter Salmaſius, qui locum mox ſubſecuturum adſcripſerat, uti membranis legitur, *ſuus eſt mos cuique genti.* Poſt *adſimulatis componere monſtris* à Weitzio adverſus auctoritatem optimorum codicum haud invertendum fuit. Tum *ſtrophioque recincta* codices noſtri. Sed *revincta* in Cauchiano & Weitzianis pleriſque, quod præſtat. Nam aliud quid deſignat *recingi.* Stat & pro nobis Cauchius auctoritate fretus veterum nummorum, in quibus victoria ſtrophio *revincta* exprimatur. 28. I. ornato, 29. fortis fœmina, victoria. 30. elevata. 31. cingulo. 32. per tumidas, 1. quia hoc lex Poëtarum eſt. 2. aperta eloquens, pulchra. 3. templo. 4. figuris, coloribus. Farben. 5. pingere. Mahlen. 6. mendaciis.

Sic unum ſectantur iter, & ſic caſſa figuris 45

7. Et *inania rerum*) *ſic inania rerum*, obtinente lege metricâ Oxonius cum Thuaneo, Egmondano, & Aldo, quod & ex ſuorum nonnullis mordicus arripuit Weitzius, præeunte præſertim ad audendum Giphanio in Lucretium. Nobis tam confitentibus vix licet eſſe. Nam alter Rottendorphius diſertim, *ſic caſſa figuris* quod duos tresve Weitzianos etiam inſedit, & editiones nonnullas ex vetuſtioribus. Nec amovendum fuit. Sic paulo poſt *res incorporeas ſimulatis fingere membris*. *Res incorporea* ſunt, *caſſa figuris ſomnia*, quæ dicit. Mox denuo turbavit Weitzius, dum reponit, *cognatumque volunt figmenta Camena idola convaluit*. Corruptus etiam erat Thuaneus, & Boherius vetuſtior, in quibus *cognatumque volunt pigmenta Camena idola convaluit*. Et perperam illic ab interpolatore repoſitum *cognatumque vocant*. Quod Egmondanus in contextu quoque perperam exhibebat. De *pigmentis* diximus ad Harmartig. v. 273. Ceterum probe Oxon. alter Rottend. & Weitziani nonnulli, *Cognatumque malum pigmenta*. Eſt enim Epexegeſis. Sed ſcribendum præterea,

----- *Cognatumque malum pigmenta, Camenas*

Idola conflavit fallendi trina poteſtas,

De tribus impoſturis hoc loco agit Prudentius, de pictura, poëſi & ſuperſtitione. Nihil certius hâc conjecturâ. Giphanius indice ad Lucret. voce

fac

Somnia concipiunt & 8 Homerus, & 9 acer 10 Apelles,
Et 11 Numa: 12 cognatumque malum pigmentis, 13 Camenas,
14 Idola conſtavit fallendi trina poteſtas.
Hac ſi non ita ſunt; 15 edatur, 16 cur ſacra vobis
Ex 17 tabulis cerisque poëtica fabula 18 præſtat?

fac parum hic intellexit. *Trina poteſtas* ex ſcriptis apud me potioribus, proverbum omnino eſt, non *docta poteſtas*, quod hactenus circumferebatur. Niſi quod Oxonius utramque ſcripturam agnoſcit. 8. I. Poëta magiſter. 9. fortis, ſagax. 10. pictor. 11. Cultor idolorum & ædificator templorum. 12. cognatam vocat rem, ex his tribus ſc. pictore, poëta & mago coadunatum. 13. poëtarum. 14. i. magorum. *docta*) in pictura & poëmate. 15. dicatur, proferatur à nobis. 16. verba ſenatus. 17. imaginibus. ex pictura. 18. anteſtet, H *præſtet*) *præſtat* libri. Quod requirunt ſequentia, mox perperam editi, *cum pulcher ſeſe caſtraverit Atys.* Revoca ex membranis apud me fere omnibus, certe potioribus, *cum pulchrum poëſis caſtraverit Attin.* Eleganter profecto, & ex mente Prudentii, tanquam Attis à poëtis ſit caſtratus, quem poëtæ fuiſſe caſtratum ſint ementiti. Nec quem offendat ſecunda ſyllaba in *poëſi* correpta, cum idem ſibi in *matheſi* permiſerit Prudentius non ſemel. *Atys* & *Attis* differunt. In altero nomine corripitur prior ſyllaba, in altero producitur. Mox etiam vere codices vetuſti *cum Mu-*

Cur 19 *Berecynthiacus* 20 *perdit truncata ſacerdos*
21 Inguina? cùm pulchrum 22 *poëſis* 23 *caſtraverit Attin?*
Cur etiam templo 24 *Triviæ luciisque ſacratis*
Cornipedes arcentur equi, cùm Muſa pudicum
25 *Raptarit* 26 *juvenem volucri per litora curru,*
Idque etiam paries tibi verſicolorum 27 *adumbret?*
Deſine, 28 *ſi pudor eſt, gentilis* 29 *ineptia, tandem*
Res incorporeas 30 *ſimulatis fingere membris.*
Deſine, terga hominis 31 *plumis obducere: fruſtra*
Fertur 32 *avis mulier,* 33 *magnuſque eadem dea vultur.*

Muſa pudicum raptarit juvenem, non *Phædra*. De Muſa jam vidit Gronovius, quem ſvadeo adeundum Diatribe Statiana. Mox poſt τὸ *obducere* transferenda eſt diſtinctio. 19. I. à Berecyntho, opis monte. 20. adhuc. 21. virilia 22. fictio poëtica. Poeſis eſt materia uniuscujusque carminis. 23. caſtratum narraverit. 24 Dianæ vel Proſerpinæ. 25. raptatum dixerit. 26. Ypolitum. 27. figuret, imaginet. 28. pro ſiquidem. 29. ſtultitia. 30. in. 31. cum. 32. multos & viros & mulieres legimus in fabulis verſos in aves, unde commemorat. 33. H. opinabar *magicuſque vultur*. Nam id vocabulum ſæpe in τὸ *magnus* degenerare ob cognationem literarum ad

Vis decorare tuum, ditiſſima Roma, Senatum?
Suſpende 34 *exuvias,* 35 *armis & ſanguine captas:*
36 *Congere cæſorum* 37 *victrix* 38 *diademata Regum:*
Frange 39 *repulſorum* 40 *fœda ornamenta deorum.*
Tunc tibi non terris tantùm Victoria parta,
Sed ſuper aſtra etiam mediâ ſervabitur æde.
Talia Principibus dicta interfantibus, ille
42 *Perſequitur, magnùque* 43 *tubam concentibus inflat:*
44 *Adlegat morem veterem: nil* 45 *dulcius eſſe*
Adfirmat 46 *ſolitis; populoſque hominesque teneri*
Lege ſuâ. Sicut varia naſcentibus, inquit,
Contingunt pueris animæ: ſic urbibus adfert

ad Naſonem, compluribus exemplis jam pervici. Quanquam vel ſic verſus hic cum proxime præcedenti ſuſpectus eſt. 34. I. ſpolia. 35. cum. 36. collige tu. 37. Roma. 38. coronas. 39. abjectorum. 40. H. *vetera* malebat Cauchius. Obluctantnr membranæ omnes. Reſpexit haud dubie Juvenalis illa Cauchius, *Phæcaſianorum vetera ornamenta Deorum.* Sic *veteres Dei* initio libri hujus, & aliis compluribus locis apud noſtrum. 41. I. in cœlo. 42. *proſequitur*) Symmachus reſpondet. H. *proſequitur*) *perſequitur* Thuaneus. Et mox *morem veterem.* Ut infra. v. 272. & ſic eraſa vetus ſcriptura in Egmondano jam olim videbatur exhibuiſſe. Confirmat etiam Boherius antiquior. 43. I. guttur. vocem. 44. nunciat, ratiocinabatur vel inſtruebat. 45. beatius.

Hora dieſque 47 ſuis, cùm primùm mœnia ſurgunt,
Aut fatum, aut 1 Genium, cujus moderamine regnent,
2 Addit &, 3 Arcanum rerum variq; latêbras
Proſperitate aliquâ deprendi poſſe, 4 ſecundi
Per documenta boni; ſi ſint felicia, quæ quis
Experiendo probet: ceſſiſſe parentibus omne
5 Idolium ſemper feliciter, & pede 6 dextro.
Enumerat longi vim temporis: excitat ipſam
Crinibus albentem niveis & fronte 7 vietam,
Ore repoſcentem querulo ſua numina, Romam.
8 Libera ſum: liceat proprio mihi vivere more.
Ecquis erit, qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes ſub Sole 9 ſiti, vegetamur 10 eodem
Aër: 11 communis cunctis viventibus aura.

tius. 46. legibus. 47. H. *ſuum*) *ſuus* Weitziani plerique, & noſtri omnes, Thuaneo excepto, in quo *ſuis*. Quod mehercules amplectendum videtur. 1. I. naturalem loci genium. 2. ille, Symmachus, 3. ſenſus eſt: Archanum rerum & latebras varii boni poſſe deprehendi aliqua proſperitate. 4. proſperi. 5. gentilitatem. 6. ſecundo. 7. antiquam. 8. Roma dicit. Vox Romæ. 9. ſc. ſumus. 10. unus. 11. H. *communi aura* omnino ſcribendum, quicquid obnituntur membranæ ad præcedens proxime *vegetamur* referendum.

Sed, qui ſit qualiſque Deus, 12 diverſa ſecuti
Quærimus, atque viis longè 13 diſtantibus unum
Imus ad 14 occultum. 15 ſuus eſt mos cuique genti;
Per quod iter properans eat ad tam 16 grande profundum.
His tam magnificis, tantaque fluentibus arte,
17 Reſpondet 18 vel ſola 19 Fides, doctiſſima primum
Pandere veſtibulum veri ad 20 penetralia 21 ſecta,
Nam, cum divinis 22 agimus de rebus, & illum,
Qui vel principio caruit, vel fine carebit,
Quique 23 Chao anterior fuerit, mundumque crearit,
Conjectare animo contendimus, exigua eſt vis
Humani ingenii, tantoque anguſta labori:
Quippe minor 24 natura, aciem ſi intendere tentet
Acrius, ac penetrare Dei ſecreta 25 ſupremi.

12. I. idola. 13. diſſimilibus 14. Deum, omnipotentem. 15. proprius. H. *Proprius genti cuique eſt mos.*) Hæc fœde ſunt interpolata. Scripti apud me fere omnes *ſuus eſt mos cuique genti*. Recte ut ſupra monitum v. 35, Egmondanus tamen cum Giſelino vulgatum expreſſerunt. 16. I. quod Deus eſt ſummus. 17. fides Symmacho, 18. etiam. 19. fideles homines. 20. ſecreta. 21. doctrinæ, fidei. 22. diſputamus. 23. mundo, initio. 24. homines 25. altiſſimi. 26. *viſum*] mentem, acumen intellectus. H. *Viſum* Oxonius cum Aldo. Deinde *ſub tem-*

Quis dubitet, vitio fragilem laſſeſcere 26 *viſu*
Vimque fatigatæ mentis ſub pectore parvo
Turbari, invalidumque 27 *hebetem ſuccumbere curis?*
Sed facilis fidei via provocat, Omnipotentem
Credere; qui bona non tantùm præſentia donat;
Sed ventura etiam, longoque 28 *intermina ſæclo*
Promittit; ne totus 29 *eam reſolutus inane*
In nihilum, peream que brevem poſt 30 *luminis uſum,*
Muneris auctorem ipſo de munere 1 *pendas.*

pore parvo, non *pectore* Thuaneus. Et placebat Salmaſio, pro parvo tempore, *τὸ ſub* redundat. Sic & alibi noſter. Alcimus Avitus libro primo,

—— teneris radicibus arbor
Duravit vaſtas parvo ſub tempore ramos.

Apud eundem, *uno ſub tempore* lib. II. apud Dracontium in Hexamero,

Oſtentat ſub vere novo, ſub tempore primo

Noſter ſupera Lib. I.

Quantum præcipuus noſtræ ſub tempore Princeps

Et infra v. 337.

Jam tunc diluvii ſub tempore.

27 I. pigram. 28. interminabilia, infinabilia in æternitate. 29. rranſeam. 30. iſtius vitæ. 1. æſtimes. H. *penſa* prior Rottendorphius. *Auctorem* etiam cum Giphanio præſtantiores libri, non *auctores.*

2.I.

Æterna [2] æternus tribuit, mortalia confert
[3] Mortalis: divina Deus, peritura caducus.
Omnia quæ tempus peragit, quæque exitus aufert,
Vilia ſunt brevitate ſui, nec digna perenni
Largitore; cui [4] propria eſt opulentia, numquam
[5] Deſinere, idque homini dare, quod non deſinat umquam.
Nam ſi corruptum corrumpendumve Deus [6] quid
Præſtat, habetque nihil, quod ſit pretioſius [7] iſtis;
Pauper, & infirmus, [8] & ſummo indignus honore,
Et non omnipotens, ſed inanis Numinis umbra eſt.
Hac ratione Fides ſapienter [9] conjicit, immo
Non dubitat, verum eſſe Deum; qui, quod ſumus, & quod
Vivimus, inlæſum ſemper fore, ſi mereamur,
Nos ſperare jubet. Cæleſtia ſi placet [10] inquit,
Scandere, terrenas animo depellite curas.

2. I. Deus 3. mundus homo. 4. H. *proprium eſt* in altero Rottend. Tum *quod non deſinat umquam* ex potioribus ſcriptis. 5. I. finiri. 6. aliquid. 7. præſentibus bonis 8. H. *ſummoque indignus honore*) *& ſummo* cum iiſdem, 9. I. narrat. 10. Deus. 11. H. *polo*) *ſubjecta ſite*

Aldus

Nam, quantum ſubjecta 11 *ſitu tellus jacet infra,*
Dividiturque ab humo convexi regia cæli,
Tantùm veſtra meis diſtant mundana futuris!
Dira bonis, ſcelerata piis, tenebroſa ſerenis.
Quidquid 12 *obire poteſt, fugiatis* 13 *cenſeo: quidquid*
Naturæ ratione capit vitium, atque ſeneſcit;
*Pro nihilo, in nihilum quia ſunt reditura, *putetis.*
Cuncta 14 *equidem, quæ gignit humus, quæ continet ipſa,*
Principio inſtitui, nitidoque inſignia mundo
Ornamenta dedi, ſpecioſaque ſemina finxi.
Sed tamen eſſe modum volui 15 *parcèque fruenda*
Moribus indulſi, quantum moribundus & æger
Corporis ac vitæ 16 *volucris ſibi poſceret uſus:*
17 *Non ut captus homo ſtudiis, & inaniter ardens,*
18 *Duceret omne bonum poſitum in dulcedine rerum.*

Aldus & ſcripti noſtri excepto altero Rottendorphio. 12. I. tranſire vel finiri. verba Dei. 13. judico, præcipio. 14. H. *Cuncta quidem*] *equidem.* Et *continet ipſa* præſtantiores libri. 15. I. frugalitatibus. 16. quæ cito tranſit. 17. non ideo

Et ſpecie 19 tenui, quas currere tempore juſſi
Atque ævum ſtatui, ſub quo generoſa probarem
Pectora: ne torpens & non exercita virtus
1 *Robur* 2 *enervatum gereret ſine laude* 3 *palæſtræ.*
4 *Inlecebroſus enim ſapor eſt & peſtifer horum,*
Quæ, dum prætereunt, miro oblectamine mentes
Implicitas vinctasque tenent: vincenda voluptas,
Elaqueanda animi 6 *conſtantia: ne retinaclis*
Mollibus ac 7 *lentis nexa & captiva prematur,*
8 *Nitendum ſummis conatibus: inter* 9 *acerba*

eo diſtribuit. 18. æſtimaſet. 29. H. *Et ſpecies tenues*] *Et ſpecie tenui* Thuan. Egmond & Aldus cum Boherio & Rottend. prioribus. Quod & ex ſuis ſecutus eſt Weitzius. Paulo ante in Thuaneo *inaniter uſus*, non *ardens*. 1, Sic alter Rottendorphius. Prior omittit hunc verſum. Uterque cum Oxonio præterea, priore Boherio Egmondo, Aldo,

Enervare ſuum corrupta per otia robur
Poſſet, & in nullo luctamine pigra jaceret.

Thuaneus pro vulgata ſtat ſcriptura. Idem de Egmondano veterrimo teſtatur Weitzius. Sed immerito. Thuaneus *inervans*. Ut & Hymno Cathem VIII. v, 64. ubi pari prorſus modo prima ſyllaba in *enervare* corripitur. 2. I. infirmum. 3. certaminis, luctaminis. 4. illicitus. 5. delectamentorum. ligata à diabolo. 7. flexibilibus. 8 H. *luctandum*) *Nitendum* Oxonius, Egmond. & Aldus. 9. I. ſupplicia.

Sectandum virtutis iter; ne ſuavia fluxæ
Conditionis amet; nimium ne congerat aurum,
Nec varios lapidum cupidè ſpectare colores
Ambitioſa velit: nec ſe popularibus 10 *auris*
11 *Oſtentet,* 12 *pulchroque inflata tumeſcat honore:*
Ne natale ſolum, patrii ne jugera ruris
13 *Tendat, & externos animum diffundat in agros:*
Et ne corporeis 14 *addicat ſenſibus omne*
Quod vult, aut quod agit: ne præferat 15 *utile juſto.*
16 *Spemque in* 17 *me omnem ſtatuat; nunquam* 18 *peritura,*
Quæ dedero, longoque die mea dona 19 *trahenda.*
Hac igitur ſpondente Deo, quis fortis & 20 *acer,*

10. favoribus. 11. glorietur, jactet. 12. ſicut hominibus videtur. 13. dilatet, ad ſe trahat. 14. tribuat. 15. utilitatem juſtitiæ, vel terrenum. 16. H. *Spemque ſuam in me omnem ſtatuat*) *Spemque in me omnem ſtatuat* ſcripti cum Aldo, familiaris Prudentio hiatus. Alter tamen Rottendorphius,

Spemque in me ſtatuat omnem.

Mox pro *mea dona manebunt* iidem ad unum omnes, *mea dona trahenda*, cum Cauchii ſchedis. Etiam probe. Alii aliter. Sed perperam. 17. I. in Deum. 18. ſc. ſunt. 19. ſc. ſunt. 20. ingenioſus.

21. tran-

Virtutique capax, 21 breve quidque perennibus in ſe
Prætulerit? vel quis ſapiens potiora putarit
Gaudia membrorum, quam vivæ præmia 22 mentis?
23 Nonne hominem ac pecudem diſtantia ſeparat una;
Quòd bona quadrupedum ante 24 oculos ſita ſunt? ego contrà
Spero, quod extra 25 aciem longum 26 ſervatur in ævum.
Nam ſi tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit ſupereſſe 27 meum poſt 28 funus quidquam,
Quis mihi regnator cæli? quis conditor orbis?
Quis Deus, aut quæ jam meritò metuenda poteſtas?
Ibo per impuros fervente libidine luxus;
29 Inceſtabo 30 toros: ſacrum calcabo pudorem:
31 Infitiabor, habens aliquod ſine teſte propinqui
1 Depoſitum: 2 tenues avidus ſpoliabo 3 clientes:

21. tranſitorium aliquid. 22. acuminis animæ. 23. affirmando. 24. in præſentia. 25. viſum oculorum, inviſibiliter 26. mihi. 27. H. *mei* à manu ſecunda Thuaneus. Mox idem, *aut quo jam merito*. 28. l. mortem. 29. polluam. 30. legitimos. 31. negabo. 1. commendatum. 2. pauperes. 3. parentes, ſocios, ſervos, vel ſocios minores.

4 Longævam perimam 5 magico cantamine matrem.
6 Tardat 7 anus 8 dominum 9 dilatâ morte ſecundum.
Nec 10 *formido malum.* 11 *falluntur publica jura.*
Lex 12 *armata ſedet; ſed neſcit crimen opertum;*
Aut 13 *ſi res pateat, judex corrumpitur auro:*
Rara reos juſtâ 14 *percellit pœna ſecuri.*
Sed quid ego hæc 15 *meditor?* 16 *revocat Deus ecce* 17 *ſeverâ*
Majeſtate minax; negat interitum meorum
Per mortem 18 *momenta operum. Non occidet, inquit,*
Interior, qui ſpirat, homo: 19 *luet ille perenne*
Supplicium, 20 *quòd ſubjectos malè rexerit artus;*
Nec mihi difficile eſt, liquidam circumdare flammis

4. vetulam. 5. veneno. 6. quoniam. 7. vetula mater. 8. heredem, i. filium vel vitricum. 9. diu vivendo. 10. timeo facere. 11. mea fraude. 12. ad puniendum. 13. ſc. contigerit, ut. 14. interficit. 15. narro. 16. ab hoc facto; prohibet me. 17. aſpera. 18. *monimenta*) memorias. H. *monumenta*) *momenta* rurſum Thuaneus, & prior Boherius. Nec aliter Aldus cum Egmond. & Palatino ſcriptis apud Weitzium. Deinde *occidet* plerique veteres. 19. I. perſolvet. 20. eò quod.

21. ani-

21 Naturam, quamvis perſtabilis illa feratur
More 22 Noti: capiam tamen, & tormenta adhibebo
Ipſe incorporeus, ac 23 ſpirituum ſator unus.
Quin & corporibus parilis conſortia pœna
Decernam: poſſum quoniam renovare favillas
Antiquam in faciem, nec deſperanda poteſtas,
Qui potui formare novum, reparabo 24 peremtum.
Non deſunt exempla mea virtutis in ipſis
Seminibus. natura docet revireſcere cuncta
Poſt obitum: 25 ſiccantur enim pereunte 26 vigore,
27 Quo vixere prius. tunc ſicca & mortua ſulcis
Aut foveis mandata latent, & more ſepulcri
Obruta, de tumulis redivivo germine ſurgunt.
Numquid noſſe potes, vel conjectare, quis iſtud
Tam 28 ſollers opifex ſtruat? aut qua vi 29 agat intus?
30 Nil vos, ô miſeri, 31 Phyſicorum dogmata fallant.

21. animam. 22. venti. 23. H. *ſpirituus* in Thuaneo, quod eſt *ſpiritibus*. 24. I. mortuum. 25. ſemina. 26. humore. Feuchte. 27. vigore. 28. ſapiens. 29. vivat, ducat. 30. H. *Ad vos* Egmondus apud me cum Palatino Weitzii. Opinor, *Aut vos fallant*. Mox *arentia quæque*,

En, ego gignendi Dominus, ac reſtituendi,
Quid periit fluxitque, potens: arentia quæque
In veteres formas aut flore aut fronde reduco.
Idque ipſumquandoque homini facturus, inani
Surgat ut ex cinere ſtructuraque priſtina conſtet:
Quæ [32] *mihi pro meritis vel per tormenta* [33] *rependat,*
Crimina, vel ſumma virtutis in arce coruſcet.
Non periturum dehinc [1] *quacunque in ſorte manebit.*
Interea, dum mixta [2] *viget* [3] *ſubſtantia in unum,*
Sit memor auctoris proprii, veneretur & oret
Artificem ſummiſſa ſuum. non condidit alter
[4] *Halantis animæ figmentum, & corporis alter*
Nec bona præſentis vitæ [5] *numeroſa gubernant*
Numina. non alius ſegetes, & ſpicea farra
[6] *Suppeditat Deus: aut alius dat muſta racemis,*
Purpureumque [7] *gravi fundit de palmite ſuccum.*

non *ſiccisſima quæque* noſtri codices conſtanter. 31 I. naturas rerum tractantium. 32. à me. 33. perſolvat. 1. aut ad bonum, aut ad malum. 2. vivit. 3. corporis & animæ. 4 ſpirantis. 5. multa. 6. ſubminiſtrat. 7. onerato.

8. Græ

Ipſe ego ſum, virides oleas pingueſcere bacis
Qui facio; 8 *Graiâ quas* 9 *Pallade fingitis ortas,*
Et qui 10 *Lucinas tribuo naſcentibus horas.*
Duplex lege meâ per mutua fœdera ſexus
11 *Gignere amat* 12 *ſubolem, generiſque propagine gaudet:*
Quem vos laſcivis violatis amoribus 13 *ignem,*
Et ſtupra veſtris dea Veneris prætexitis 14 *umbrâ.*
Unus ego elementa rego, nec mole laboris,
Ut miſer infirmusve aliquis fragiliſve, fatigor.
Lux immenſa mihi eſt, 15 *& non reſolubilis ætas,*
Senſibus & veſtris haud intellecta 16 *vetuſtas.*
17 *Inde miniſteriis ad tot moderamina mundi*
Non egeo; nec participes ſocios ve requiro.
Porrò autem Angelicas legiones, quas mea fecit
Dextera, noſſe meum eſt, & 18 *quæ natura* 19 *creatis*

8. Græca. 9. Minerva. 10. natales, â luce, in lucem venientes. 11 H. ita noſtri. Weitzius *Gignere habet.* Mox *Unus ego elementa rego*, ſcripti apud me & Weitzium. quæ variis modis editores interpolatunt. Cauchius, *Unus ego hac.* Nihil frequentius apud noſtrum hâc licentiâ. 12. I. *ſobolem*) filios. 13. amorem. minna. 14. adumbratione. 15. H. *Nec morte ſolubilis ætas*) *& non reſolubilis ætas*, ſcripti apud me excepto altero Rottendorphio. Nec aliter Weitziani præſtantiores. 16. I. æternitas. 17. deinde. 18. H. quam natur-

Subſiſtat, qualesque mihi ſerventur ad uſus.
20 *Tu, me* 21 *præterito, meditaris* 22 *numina mile:*
Quæ ſimules 23 *parere meis virtutibus, ut me,*
Per varias partes minuas: 24 *cui nulla recidi*
Pars aut forma poteſt: quia ſum ſubſtantia ſimplex,
Nec pars eſſe queo, ſolis diviſio rebus
Compoſitis factiſque ſubeſt. me nemo creavit,
Ut ſcindi valeam, cunctorum conditor unus.
Crede quod ex nihilo formavi, pars mea non eſt.
Quare 25 *age, mortalis, ſoli mihi conſtrue templum,*
Meque unum venerare Deum. cæmenta remitto,
Et quæ ſaxa 26 *Paros ſecat, & quæ* 27 *Punica rupes*
Quæ viridis 1 *Lacedæmon habet, maculoſaque* 2 *Synnas.*

tura Oxonius. 19. I, rebus. 20. ô Symmache. 21. neglecto, prætermiſſo, derelicto. 22. Dicebant namque hæretici, Symmachus & alii, unum tantum eſſe ſummum Deum, ſed illi ſubjectos alios eſſe, qui imperant terræ, mari & ceteris elementis. 23 ſplendere. pareo, ex quo appareo. 24. mihi 25. adverb. ô homo. 26. *Paru*) inſula, ubi invenitur Parius lapis candidiſſimus. 27 Africana. 1. mons. 2. *Synna*) civitas ubi naſcitur mar-

Nativum nemo ſcopuli mihi dedicet 3 *oſtrum.*
Templum mentis amo, non marmoris. 4 *aurea in illo*
Fundamenta manent fidei: ſtructum nivali
5 *Conſurgit* 6 *pietate nitens: tegit ardua culmen*
Juſtitia interius: ſpargit 7 *ſola picta rubenti*
Flore pudicitiæ 8 *pudor almus & atria ſervat.*
Hæc domus apta mihi eſt: hæc me pulcherrima ſedes
Accipit, æterno cœleſtique hoſpite digna.
Nec novus hic locus eſt: fluxit mea 9 *gloria in artus,*
Et lux vera Dei Deus inluſtravit 10 *alumnam*
Materiem, corpusque 11 *parens habitabile fecit*
Ipſe ſibi, placito ut poſſit requieſcere templo.
Condideram perfectum hominem: ſpectare ſuperna
Mandaram: totis converſum 12 *ſenſibus in me*
Recto habitu, celſoque ſitu, & ſublime tuentem.

marmor varii coloris. H. *Synna*] Omnino *Synnas* ſcribendum. Et ſic cum Cauchio pro diverſa ſcriptura Thuaneus. Aldus hic mera mapalia facit, adverſus auctoritatem veterum librorum. 3. i. purpuram. 4. colorem auri habentia. 5. in illo. 6. ſanctitate. 7. pavimenta. 8. caſtitas. 9. divinitas, filius Mariæ virginis. 10. nutricem. 11. pater creator. 12. *viribus*) ſenſibus. H. *viribus*) *totis ſenſibus* codices noſtri cum Aldo.

Sed 13 *deſpexit humum, ſeque inclinavit ad orbis*
Divitias, pepulitque meum de pectore numen.
Reſtituendus erat mihimet: ſummiſſus in illum
Spiritus ipſe meus deſcendit, & edita limo
Viſcera divinis virtutibus 14 *informavit.*
Jamque hominem adſumtum ſummus Deus in Deitatem
Tranſtulit, ac noſtro docuit recaleſcere cultu.
Scire velim, præcepta Patris quibus auribus hæc 15 *tu*
Accipias, Itale 16 *Cenſor doctiſſime gentis.*
An veterem tantùm morem ratione relictâ
Eligis? & 17 *dici patitur ſapientis acumen,*
Ingeniumque viri? Potior mihi priſtinus eſt mos,
Quàm via juſtitiæ, 18 *pietas quàm* 19 *prodita cælo,*
Quamque vides veri, rectæ quàm regula ſectæ.

SYMMACHUS.

Suus cuique mos, ſuus cuique ritus eſt. Jam ſi longa ætas auctoritatem religionibus faciat, ſervanda eſt tot ſeculis fides, & ſe-

13. *diſpexit* Egmondanus cum Oxonio & Weitzii Palatino. de quo nos ad Maronem. 14. I. docuit. 15. Apoſtropha ad Symmachum. 16. judex. 17. H. *et dici id patitur*) τὸ *id* â Thuaneo abeſt. Et recte. 18. I. Deitas. 19. manifeſtata.

I. no-

quendi ſunt nobis parentes, qui feliciter ſecuti ſunt ſuos.

PRUDENTIUS.

Si, quidquid 1 *rudibus mundi naſcentis in annis*
Mos habuit, ſanctè colere ac ſervare neceſſe eſt;
Omne revolvamus ſua per 2 *veſtigia ſeclum,*
Uſque ad principium: placeat 3 *damnare* 4 *gradatim*
Quidquid 5 *poſteriùs ſucceſſor* 6 *repperit uſus.*
Orbe novo, nulli 7 *ſubigebant arva coloni.*
Quid ſibi artes volunt? quid cum ſuperflua noſtri?
8 *Ilignis melius ſaturatur glandibus alvus.*
Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum:
Decoquat in maſſam fervens 9 *ſtrictura ſecures*
Rurſus, & ad proprium 10 *reſtillet vena metallum.*
Induvias caſa pecudes, & frigida parvas
Præbebat ſpelunca domos: redeamus ad antra:
Pellibus inſutu hirtos ſumamus amictus.
13 *Inmanes quondam populi,* 14 *feritate* 15 *ſubactâ*

1. nobis. 2. per ſingula. 3. derelinquere. 4. per ordinem paulatim. 5. poſtea. 6. uſque huc. 7. fodiebant, arabant. 8. quernis. ab ilice. 9 maſſa ferri calidi. 10. reliquetur. 11. indumenta. 12. pel-

Edomiti, jam 16 triſte fremant, iterumque 17 ferinos
In mores redeant, atque ad ſua 18 priſca recurrant.
Præcipitet 19 Scythica juvenis pietate 20 victum
21 Votivo de ponte patrem: ſic mos fuit olim.
Cædibus infantum fument Saturnia ſacra,
Flebilibusque truces reſonent vagitibus aræ.
Ipſa caſas fragili 22 texat gens Romula culmo:
Sic: tradunt 23 habitaſſe Remum. regalia feno
24 Fulcra ſuperſternant, aut pelle 25 Libyſtidis urſa
Compoſitam chlamydem 26 villoſo corpore geſtent:

pelles. 13. feroces. 14. populi. 15. ſuperata. 16. adverb. 17. quia ſinguli ſicut feræ tunc habitabant. 18. opera. 19. Scythia regio eſt, in qua filii patres de collibus vel de pontibus altis in mare præcipitabant, præveniendo mortem illorum; puta, pietatem eſſe: vel etiam comedebant, præſtando eis tam pia ſepulchra. 20. ſenem unumquemque viribus privatum. 21. quia voluntas patris erat. 22. tegat. 23. H. *habuiſſe* prior Rottendorphius. *habere* pro *habitare*. Mox *vel Tuſcus habebant* Thuaneus & apud me ac Weitzium meliores reliqui, etiam Aldus. Deinde prior Rottend. *Roma ſibi antiqua.* Opinor, *Roma ſibi antiquum non conſtat verſa per ævum.* 24. I. ſedilia. 25. Africanæ. 26. intonſo.

27. ſe

27 Talia 28 Trinacrius ductor vel 29 Tuſcus habebat.
Roma antiqua ſibi non 30 conſtat, verſa per 31 ævum,
Et mutata 32 ſacris, ornatu, legibus, armis:
Multa colit, quæ non coluit ſub Rege 33 Quirino:
Inſtituit quædam melius, 34 nonnulla 35 refugit.
Et morem variare ſuum non deſtitit: &, quæ
Pridem condiderat jura, in contraria vertit.
Quid mihi tu 1 ritus ſolitos, Romane 2 Senator,
Objectas? cùm 3 ſcita Patrum populique frequenter
In tabulis placiti ſententia flexa novarit?
Nunc etiam, quotiens ſolitis decedere prodeſt,
Præteritosq; habitus cultu damnare recenti,
Gaudemus compertum aliquid, tandemque 4 retectum,
Quod latuit. tardis ſemper proceſſibus aucta
Creſcit vita hominis, & longo proficit uſu.
Sic ævi mortalis habet ſe mobilis ordo:
Sic variat natura vices. infantia 5 repit;
Infirmus titubat pueri greſſuſque animuſque:

27. ſ. indumenta. 28. Sicilienſis vel Sicilius Aceſtes. 29. Evander. 30. non ſtabilis eſt. 31. ætatem. 32. cum ſacris. 33. Romulo, à Quirino monte. 34. multa. 35. vitavit. 1. mores. 2. Symmache. 3. conſtituta vel conſtitutiones. 4. manifeſtum. 5. quia rectius non poteſt ambulare. 6. for-

Sanguine præcalido fervet 6 *nervoſa juventus:*
Mox ſtabilita venit 7 *maturi roboris ætas:*
Ultima 8 *conſiliis melior, ſed viribus ægra,*
Corpore ſuccumbit mentem 9 *purgata ſenectus.*
10 *His genus humanum per diſſona tempora duxit*
Curriculis, ævum mutabile ſic 11 *hebes inter*

6. fortis. 7. præfecti. 8. H. *conſilii melior* in priore Rottend eleganter. Quomodo Silius Italicus frequenter. Mox potiores ſcripti per *diſſona tempora duxit*, non *fluxit*, ævi videlicet. Tum paulo poſt Thuan. cum utroque Boherio. & etiam alij complures ex Weitzianis,

- - - - - ſic hebes inter
Primitias, merſumque, ſolo ceu quadrupes egit.

Ceteris reſectis, quæ omnino ſunt ſuperflua. Uterque Rottend. & Oxon.

- - - - - ſic hebes inter
Primitias, merſumque ſolo titubavit & inſtar
Quadrupedis pueri lactantia viſcera traxit.

Etiam Egmondanus pari modo. Ne quem forte Weitzius hic fallat. Nos vetuſtiores libros tutius ſectabimur. 9. I. purgatam habens mentem. 10. talibus. *Curriculis*] volutionibus. 11. imprudens.

12 Primitias, merſumque ſolo, ceu 13 quadrupes, 14 egit.
Mox tenerum docili ingenio 15 jamque artibus aptum
Noſcendis, variâ rerum novitate 16 politum eſt.
Inde tumens vitiis 17 calidos 18 adolevit in annos,
Donec 19 decocto ſolidaret 20 robore vires.
Tempus adeſt, ut jam ſapiat divina, ſerena
Mentis conſilio 21 vivacius abdita 22 ſollers
Quærere & æternæ tandem invigilare ſaluti.
Quamquam, ſi 23 tantus amor eſt & cura vetuſti
Moris, & a priſco placet haud diſcedere ritu,
Exſtat in antiquis exemplum nobile libris,
Jam tunc diluvii ſub tempore, vel priùs uni
Inſerviſſe Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, 24 vacuoque habitavit in orbe.
Unde genus ducit noſtra 25 porrecta propago
25 Stirpis, & indigenæ pietatis jura reformat.

12. initia, in infantia. 13. quando & manibus & pedibus repit, non rectus incedere valens. 14. ducit, vivit. 15. deinde. 16. nutritum 17. in juventute. 18. crevit. 19. perfecto. 20. fortitudine 21. perſpicacius. 22. ſagax. 23. ſi tantum ſtudium eſt. H. *ſi tantum ſtudium eſt*] *ſi tantus amor* ſcripti excepto Boherio principe, Egmondo ac priore Rottend. Deinde *ut à priſco placeat* Thuan. Aliud ſenſus poſtulat. 24. I. lato 25. extenta. 26. naturalis.

I. Re

Sed, quia Romanis loquimur de cultibus, ipſum
Sangvinis 1 Hectoreæ populum probo, tempore longo
Non multos coluiſſe Deos, rariſque 2 ſacellis
Contentum, paucas poſuiſſe in collibus aras.
Innumeros poſt deinde Deos, 3 virtute ſubactis
Urbibus, 4 & claris peperit ſibi Roma triumfis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulacra hoſtilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina vexit.
Hoc 5 ſignum rapuit 6 bimaris de 7 ſtrage Corinthi:
Illud ab incenſis in prædam ſumſit 8 Athenis.
Quaſdam victa dedit capitis Cleopatra 9 canini
Effigies: quaſdam, domitis 10 Hammonis harenis,
11 Syrtica 12 cornutas facies habere tropæa.
Roma triumfantis quotiens ducis inclita currum

1. Romani. 2. templis. 3. Romanorum. 4. H. *ex claris*) *& claris* potiores ſcripti. 5. l. ſimulacrum. 6. propter duo maria, quibus cingitur. 7. ſicut Numenius fecit. 8. Græcis. 9. Anubis, Mercurii. Mercurius capite canino depingitur propter prudentiam ſermonis; & cane nil eſt ſagacius. 10. Jovis. 11. harenoſa. 12. propter Jovem, qui cor-

nu-

Plauſibus excepit: totiens altaria divûm
Addidit, & ſpoliis ſibimet nova numina fecit:
Numina, quæ, patriis cum mœnibus eruta nullum
Præſidium potuere ſuis adferre ſacellis.
Cernis, 13 *ut antiqui ſemper veſtigia moris*
Greſſibus incertis variè titubaſſe probentur,
Adſciſcendo Deos 14 *majoribus* 15 *incompertos,*
Seque peregrinâ ſub religione dicaſſe,
Nec ritum ſervaſſe ſuos? quodcunque ſacrorum eſt,
Exulat, 16 *externumque inimicam venit in Urbem.*
Fruſtra igitur 17 *ſolitis, prava obſervatio, inhæres.*
Non eſt mos patrius, quem diligis, improba: non eſt.
Sed ſollers orator ait; fataliter urbem
18 *Sortitam, quonam Genio proprium exigat ævum,*
Cunctis nam populis ſeu mœnibus inditur, inquit,

hutus erat. 13. quomodo. 14. patribus. 15. ignotos. 16. H. *æternumque*) *externumque* cum ſcriptis. Prior tamen Rottend. cum Cauch. *externum migrans devenit in orbem.* Puto. *externamque migrans devenit in urbem.* Quamquam & alterum poteſt non incommode ferri. Cum *urbem* denuo paulo poſt habeamus. Poſſis & *emigrans venit.* Certe in Egmondano, *exulat externumque micam venit in urbem.* 18. I. accipientem.

Aut fatum, aut Genius, noſtrarum more animarum,
Quæ ſub diſparili ſubeunt nova corpora ſorte.

SYMMACHUS.

Varios cuſtodes urbibus mens divina diſtribuit. Ut animæ naſcentibus, ita populis fatales Genii dividuntur.

PRUDENTIUS.

Jam primum, qui ſit Genius, vel qui ſtatus illi
1 *Competat, ignoro;* 2 *quid poſſit, & unde oriatur*
3 *Spiritus informis, ſine corpore; formave, & ulla*
Sit ſpecies, & quid ſapiat, quæ 4 *munera curet.*
Contrà animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfuſas intelligo ſanguis ut ex 5 *his*
Accipiat motumque levem tenerumque vaporem.
Unde pererratis 6 *vegetet præcordia membris,*
Frigida 7 *ſuccendat,* 8 *riget arida, dum* 9 *relaxet.*
Sic hominis vitam ſibi temperat atque gubernat
Vivida mens: quam tu ficto 10 *componere temptas*

1. congruat. 2. H. *& quid*) tolle τὸ *&* cum ſcriptis. Deinde ex iiſdem *& ulla ſit ſpecies.* 3. utrum ſit, an ſit. 4. officia. 5. animabus. 6. confirmet, ſuſtentet, roboret. 7. calore, calefaciat. 8. mobilitate infundat. 9. molliat. 10. regere, comparare. 11. H. *membrorum*) *murorum* Thuan. & alter Rottend. ex noſtris cum Cauch.

&u-

Murorum Genio, qui nuſquam eſt, nec fuit umquam.
Quin & corporibus verſat mens viva regendis
Summum conſilium, fida ut 12 *tutacula* 13 *nudis*
Invalidisque paret, metuenda pericula vitet,
Utile proſpiciat, varias 14 *agitetur ad artes;*
15 *Conſultet, cui ſe domino ſummittat, & orbis*
Quem putet auctorem. quem rerum ſumma 16 *ſequatur.*
At tuus hic Urbis Genius, dicas volo, quando
Cepit adhuc parva primùm ſe infundere Romæ,
Fluxit ab uberibus nemoroſâ in valle lupinis,
Infantesque aluit, dum naſcitur ipſe, 17 *gemellos?*

& utroque Boherio. Quod genuinum Prudentii noſtri 12. I. defenſacula. 13. membris. nudam rem dicimus, quæ omni parte conſilio indiget 14. commoveatur. 15. provideat. 16. H. in Thuano *quæ rerum ſumma ſequantur.* Et emendatum *quem ſequatur.* 17. I. notata fabula de vulturibus, quos illi duo fratres [Rem & Romul.] in initio, cum regnare cœpiſſent, de monte Aventino volare viderunt. Et fingit Poëta ſimul cum ipſis venire genium. Deridendo dicit, puto, nunc primum genium ſe parvæ Romæ infundere, cum Remum & Romulum lupa nutrivit in valle nemoroſa; Tunc etiam ſimul genium nutrivit cum illis.

An cum vulturibus volitans ignota per auras
Umbra, 18 repentinam traxit de nube figuram?
Culminibus ſummis ſedet, an 19 penetralia ſervat?
Inſtituit mores, & jura 20 forenſia condit?
An caſtrorum etiam foſſis intervenit? 21 acres
Cogit ad arma viros, lituis ciet, urguet in hoſtem?
Quæ quis non videat ſapientum, 22 digna cachinno?
23 Fingamus tamen eſſe aliquam, quæ talia curet,
Umbram ſive animam; per quam res publica fatum
1 Hauſerit, & calidis 2 animetur tota 3 medullis.
Cur non hæc eadem 4 de religione colendâ
5 Conſultat? cur non ſuſpectat libera cælum?
Cur ſibi præſcriptum non commutabile fatum,

18. H. *repentina de nube* Thuan. prior Boherianus & alter Rottend. *repentini*. Egmondanus. Deinde *penetralia ſervat* potiores. Et *lituo ſciet* cum Cauchiano prior Rottend. Oxonius & Ægmondanus *lituos*. 19. I. interiora habitacula. 20. civilia, publica 21. fortes. *urget*) compellit Romanos. 22. eſſe. 23. fingamus. 1. ſumſerit, acceperit. 2. firmetur, vel vivificetur. 3. in interioribus. 4. H. ita noſtri. Mox iidem *ſuſpectat libera cælum*, non *proſpectat*. 5. I. providet, inter-

Ut captiva, putas? geneſis cur vincula 6 fingit?
Cui jam nolle 7 licet, quod tunc voluiſſe licebat,
Erroresque abolere ſuos, ac flectere ſenſus?
Sic ſeptingentis 8 erravit circiter annis,
9 *Lubricaque, & ſemper dubitans, quæ forma placeret*
Imperii, 10 *quæ regnandi foret* 11 *æqua poteſtas.*
Regius exortam jam tunc habuit ſtatus Urbem,
Non ſine 12 *grandævis curarum in parte locatis.*
Mox 13 *proceres de ſtirpe ſenum emeaſſe videmus*
14 *Clavum conſilii: plebejas inde catervas*
15 *Conlatas Patribus mixtim dicionibus æquis,*
Imperitaſſe diu, belloque & pace regendis.
16 *Conſule nobilitas viguit: plebs fiſa tribuno eſt.*
Diſplicet hic ſubitò ſtatus, & bis quina 17 *creantur*

interrogat. 6. componit. 7. licitum eſt. 8. pene. 9. inſtabilis. 10. H. & (*quæ*) aufer τὸ & ex auctoritate codicum ſcriptorum. 11. I. juſta. 12. ſenatoribus, conſulibus. 13. juniores & nepotes. 14. regimen, dignitatem. 15. conjunctas. 16. ſub Conſule. H. Egmondanus. Oxon. & Rottend. prior rejiciunt hunc verſum poſt illa, *publica res & conſulibus*. 17. I. conſtituuntur.

Summorum 18 *procerum faſtigia: quos duodeni*
Circumſtant 19 *faſces, ſimul &* 20 *ſua quemque* 21 *ſecuris.*
Rurſus ſe geminis reddit ductoribus omnis
Publica res, & Conſulibus dat condere 22 *faſtos.*
Ultima ſanguineus turbavit ſecla Triumvir.
23 *Fluctibus bis olim fatum, Geniusve animusve*
Publicus erravit: tandem 24 *deprendere rectum*
Doctus iter, caput 25 *Auguſtum* 26 *diademate cinxit,*
Apellans Patrem patriæ populi, atque ſenatûs
Rectorem, qui militiæ ſit ductor, & idem
27 *Dictator,* 28 *cenſorque bonus, morumque magiſter,*
29 *Tutor opum vindex ſcelerum,* 30 *largitor bonorum.*
Quòd ſi tot rerum gradibus totiens variatis
Conſiliis, 31 *ægre tandem pervenit ad illud*
Quòd 32 *probet, ac ſancto reverentia publica ſervet*
Fœdere: quid dubitat divina agnoſcere jura,

18. dictatorum. 19 honores. 20. propria 21. poteſtas vindicta. Gewalt. 22 libros Jahrbuch. 23. erroribus, inſtabilitatibus. 24. H. *reprendere.* prior Rottendorph 25 I. nobile. 26. corona. 27 imperator. 28. judex 29. qui rem publicam tuebatur. 30. retributor dignitatum 31. diffi-

Ignorata prius ſibimet, tandemque retecta?
Gratemur: jam non dubitat: nam ſubdita Chriſto
Servit Roma Deo, cultus exoſa priores.
Romam dico viros, quos mentem credimus Urbis
Non Genium; cujus fruſtra ſimulatur imago.
Quamquam cur Genium Roma mihi fingitis unum?
Cum portis, domibus, 2 thermis, 3 ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios? perque omnia 4 membra
Urbis, perque locos, Geniorum milia multa
Fingere, ne propriâ vacet angulus ullus ab Umbrâ?
Reſtat, ut & fatum ſimilis dementia cunctis
Ædibus imponat: partes ut quiſque ſub aſtro
Fundatus ſtructuſque ſuo, qua ſorte maneret,
Quando autem rueret, primis 5 acceperit horis.
Adſcribunt ſaxis 6 Lacheſis male fortia fila,
Tectorumque trabes fuſis perdêre rotatis
Credunt, atque ipſis tribuunt decreta 7 ſigillis:

diffieulter, vix. 32. laudet. 1. pro, gratulemur. 2. balneis. 3. *tabulis*) tabernis, loca tabularia. 4. mœnia. 5. quando natus fuit. 6. Lacheſis, Cloto, Atropos, nomina ſunt Fatorum. Una colum tenet, alia trahit, tertia rumpit. 7. Spar-

 ren.

Ceu diſtet, cujus ſtella ſit fraxinus ortu
8 *Eruta, quæ ſummum conſcenderet ardua culmen.*
Denique nulla hominum res eſt, nulla actio mundi,
Cui non fatalem memorent incumbere ſortem.
Quæ quia 9 *conſtituunt; dicant, cur condita ſit lex*
Bis ſex in tabulis: aut cur 10 *rubrica minetur,*
Quæ prohibet peccare reos, quos 11 *ferrea fata*
12 *Cogunt ad facinus, &* 13 *inevitabile mergunt.*
Quin & velle 14 *adigunt, pravum* 15 *inſinuantia votum,*
Ne liceat miſeris vetitum committere nolle.
Cedite, ſi pudor eſt, gladiumque 16 *retundite veſtrum,*
Aſpera nil meritos pœnis 17 *plectentia jura:*
Antrum carcereum diſſolvite; corpora ſub quo

ren. 8. diruta. 9. docent. 10. nomen legis. Lex. Linea cœmentariorum, quibus aſpiciunt, an ſit recta ipſa maceries, an non. Sed pro lege ponitur aut judicio. 11. dura. 12. H. *ad facinus cogunt*) *cogunt ad facinus* ex ſcriptis. 13. I. ſc. ſupplicium. 14. cogunt, compelluut. 15. oſtendentia. 16. H. malim *recondite*. Etſi membranæ obluctantur. 17. I. punientia.

Agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens, ſi fata regunt, quod vivitur ac fit:
Immo nocens, quicunque volens, quod non licet, audet.
18. *Alterutrum quia velle* 19 *ſuum eſt, nec fata reatum*
Imponunt homini: ſed fit reus ipſe ſuopte
1 *Arbitrio, placitumque nefas, & facta rependit*

18. bonnm vel malum. 19. proprium i.H. *ſuopte ingenio* Thuan. cum utroque Boheriano. Oxonius *ſuapte arbitrio.* Et ſic etiam Egmondanus à ſecundâ manu: veteri, ſctiptura prorſus eraſa. Aldus quoque id ipſum eſt ſecutus. *Suapte ingenio* prior Rottendorphius. Alter, *ſuopte ingenium,* Weitzius ex nonnullis ſuorum, *per amplum ingenium.* Nec aliter in Cauchiano. Nimirum ſcribi oportet,

------ ſed fit reus ipſe ſuapte
Ingenitum placitumque nefas & facta rependit.

Impia ſupplicia. —— *ſuapte,* ſua ſponte. Ingenium nefas, refer ad peccatum originale. Hamartig. v. 265. *contenta decore ingenito.* Apotheoſi appoſite,

Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas.

Poteſt tamen ſe tueri τὸ *ſuopte ingenio.* ſic *ingenium* pro ingenita animi vi, aut pro natura ponit

Impia ſuppliciis, merito, non ſorte peremtus.
Quisque putat fato eſſe locum, 2 ſciat, omniparentem
3 Eſſe Deum, nulli 4 vetitum fatalibus aſtris,
Nec 5 matheſis 6 præſcripto, aliquo pia vota 7 repelli.
Spirat enim majora animus, ſeque altius 8 efferre
Sideribus, tranſitque vias & nubila fati,
Et 9 monumenta 10 premit pedibus, quæcunque putantur
11 Figere propoſitam natali tempore 12 ſortem.
Huc ades, omne hominum genus, huc concurrite & urbes:
13 Lux immenſa vocat, factorem noſcite veſtrum:

Apulejus nonnunquam, ut libello de Mundo *Sola Philoſophia ſuum non deſpexit ingenium.* Ubi videndus Vulcanius, qui ex Græcis illuſtrat ſcriptoribus. 2. I. quin tantummodo in dominum credat, & nulla fata nocent. 3. H. *Noſſe Deum* Thuan. duo Boher. Egmond. & Oxonius cum Aldo ac duobus Weitzianis. In priore Rottendorphio, *Poſſe.* Alter pro vulgata ſtat. Deinde *fatalibus aſtris* noſtri omnes. 4. I. ſc. eſſe. 5. ſiderum curſu. 6. conſtituto, impedimento. 7. ſc. poſſe. 8. exerit, elevat. 9. recordationes. 10. ſpernit cogitationibus. 11. H. *fingere* Thuan. & uterque Rottendorphius, cum Weitzianis nonnullis. Sed *figere* verbum mathematicum. 12. I. fatum. 13. Chriſtus.

15. do

Libera 14 ſecta patet. nil ſunt fatalia: vel ſi
Sunt aliqua, oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto.

SYMMACHUS.

Accedit utilitas, quæ maximè homini Deus adſerit. Nam cùm ratio omnis in operto ſit: unde rectius, quam de memoria, atque documentis rerum ſecundarum, cognitio venit numinum?

PRUDENTIUS.

Sed multi duxere Dei per proſpera Romam:
Quos colit ob meritum magnis 15 donata triumfis.
Ergo 16 age, 17 bellatrix, quæ vis ſubjeceris, 18 ede,
Europam Lybiamque tibi: dic nomina divûm.
Juppiter, ut 19 Creta domineris, 20 Pallas, ut 21 Argis,
22 Cynthius, ut 23 Delphis, tribuerunt omine dextro.
24 Iſis 25 Nilicolas, 26 Rhodios 27 Cytherea reliquit.
28 Venatrix 29 Epheſum virgo, Mars 30 dedidit 31 Hebrum;

14. doctrina. 15 ornata. 16. vox orantis. 17. Roma. 18. dic, ſicut alibi: Ede Martialem, i. dic vel canta. 19 inſulæ. 20. Minerva. 21. Græcis. 22. Apollo, à Cynthomonte, ubi nutritus eſt. 23. Delfos locus, ubi ara Apollinis fuit. 24. Dea Ægypti. 25. Ægyptios. 26. populos. 27. Venus. 28. Diana. 29. civitatem. 30. ſponte dedit. 31. fluv. Traciæ.

32. de-

32 Deſtituit 33 Thebas 34 Bromius, conceſſit & ipſa
Juno ſuos 35 Phrygiis ſervire nepotibus Afros.
Et quam ſubjectis 36 dominam dea gentibus eſſe,
Si qua fata ſinant, jam tum tenditque 37 fovetque;
Juſſit 38 Romuleis 39 addictam vivere 40 frenis.
Perfidiane Deûm *1 indigenûm cecidêre tot urbes?*
Deſtructaque jacent ipſis 2 prodentibus aræ?
O pietas, ô ſancta fides! traduxit 3 alumnos
Majeſtas infida locos: & creditur iſtis
Numinibus, 4 qui 5 transfugio meruere ſecuri?
An voluit ſervare ſuos, luctataque multum
Religio 6 infeſtas tentavit pellere turmas,
Romanis 7 obnixa 8 globis? ſed fortior 9 illam
10 *Virtus luctifico camporum in pulvere fregit.*
11 *Immo ita* 12 *eſt: armis & viribus* 13 *indiga* 14 *veri*

32. dereliquit. 33. populos. 34. Bacchus. 35. *Frigiis*) Trojanis, Romanis. 36. Africam; civitatem Carthaginem. 37. animo. 38. ſub Romuleis. 39. gentem. 40. legibus. 1. H. *indigetum* vel ſine auctoritate codicum præſtabit, etiam Cauchio ſic cenſente. 2. I. concedentibus, tradentibus. 3. nutritios, miniſteriales, famulos. 4. H. *qua*) *qui* ex ſcriptis. Nec aliter Giphanius. 5. I. fuga. 6. inquietas. 7. contra poſita, reſiſtens. reluctans. 8. exercitibus. 9. religionem. 10. Romana. 11. H. *immo ita id eſt*] Tolle τὸ *id*, & hiatum relinque, auctoribus optimis

Victa 15 *ſuperſtitio eſt, & inanem gloria fugit.*
Sed nec difficilis fuit, aut ſatis ardua 16 *genti*
17 *Nata ad procinctum victoria frangere inertes:*
Molliaque omnigenûm colla inclinare deorum.
19 *Nunc cum* 20 *Dictæis bellum* 21 *Corybantibus aſper*
22 *Samnitis, Marſusque levi ſudore gerebat.*
Nunc 23 *maſtigophoris, oleoque &* 24 *gymnadis arte*

mis membranis, jam millies id monitum. 12. I. ut prædixi. 13. indigens. 14. veritatis. 15. religio, inanis cultus. 16. Romanorum. 17. H. *Nata procinctus*] *Late procinctus* alter Rottendorphius. *Nata ad procinctus* in Thuano, utroque Boherio, Egmondo, Aldo, & Oxonio. In priore Rottend. & Cauch. *Nata ad procinctum*, quod concinnius. Ne τὸ *procinctus* ad *inertes* referatur. 18. ad præparationes bellicas, ad expeditionem bellicam. 19. aliquando vel tunc fuit hoc. 20. Creticis. 21. illis populis. 22. Dux de Samnia provincia. Samnitis & Marſus populi fuerunt Beneventani. 23. populis Aſiæ. H. de Laconibus ſermo eſt, Euſtathius in Homerum Iliad. B. μάςιγες Λακωνικαὶ καὶ σιδήρεον χαλκω-νικόν. At in altero Rottendorphio & duobus Weitzianis *Marrucophoris*, h.e. *Maſtrucophoris*. Quod alii in ſuis exemplaribus invenerunt, & in margine unius Weitziani pro diverſa occurrebat ſcriptura. Ut per *Maſtrucas* cæſtus innuat. Vide Turnebum in adverſariis. Infra noſter, diverſa ſignificatione tamen,

Ma-

Unctis 25 pugilibus, miles pugnabat 26 Etruſcus
27 Nec petaſo inſignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſervare ſuas de clade 28 palæſtras.
29 Apenninicolam 30 peditem 31 Cybeleius hoſtis
32 Congreſſu excipiens, Aſiam defendere & Idam
33 Qui potuit, 34 cogente acies in prœlia 35 Gallo
36 Idalias niſi forte roſas, laurum 37 citharœdi
Vatis, ſilvicolæ 38 calamos arcumque 39 puellæ
Dedere ſervitio, 40 calcataque ſacra domare
41 Difficilis operis fuit immenſique laboris.
Fluctibus 42 Actiacis ſignum 43 ſymphonia belli

Maſtrucis proceres veſtire togatos.

24. I. exercitii. 25 gladiis, brevibus armis. 26. latinus, Italicus. 27, Petaſum calciamentum Mercurii, quo volare ſolebat: & Petaſum volatile dicimus. Petaſum à petendo ſurſum dictum eſt, videlicet talaria, calcaria Mercurii. 28. luctationes, vel ludos ſuos. 29. Appennini montes ſunt. 30. exexcitum. 31 Aſiaticus 32. cum pugna, bello. H. *congreſſum*] *congreſſu* membranæ veteres. Conſtanter prorſus. 33. I. quomodo. 34. congregante. 35 duce. 36. ab Ida 37 Apollinis 38. ſagittas, Strate. 39 Dianæ. 40. ſuperata. 41. H *difficiluque*] *difficilis operis* ſcripti. 42. I. Acteis. 43. tuba.

44. Ro-

Ægypto dederat: clangebat 44 *bucina contra.*
45 *Inſtiterant tenues cumbæ fragileſque* 46 *faſeli*
Inter turritas 47 *Memphitica roſtra* 48 *Liburnas:*
Nil 49 *potuit* 50 *Serapis Deus, & latrator Anubis.*
Scirpis ſulcâ 51 *Ductore exercitus ardens*
Prævaluit, Boreæ quem miſerat algidus axis.
Non armata Venus, non tunc clipeata Minerva
Venêre auxilio: non Divûm degener ordo

44. Romanorum 45. H. *inſtar erant tenuis cumba*] *inſtiterant tenues*. Egmond. Oxon & prior Rottend. ex noſtris, ex Weitzianis totidem, quod verum eſt: per Ironiam cum liburnis Romanis cumbas & faſelos Ægyptias componit. 46. I, naviculæ. 47. Ægyptiaca. 48. hæ ſunt maximæ naves. 49. defendere. 50. Dii Ægyptiorum, 51. Octaviano. H. *ductor* in codicibus nonnullis. Fortaſſe *ductorem ardens*, uti initio libri hujus jam monitum. Vide notas Hamartig. v. 162. proximo verſu adfirmat Cauchius, repertum ſibi in veteribus libris, *gelido quem miſerat arctos ab axe*. Et de Maximo tyranno capis, qui ex occidente adverſus Theodoſium Orienti præpoſitum expeditionem infeliciter ſuſcepit. Bongarſianus. Weitzii, *gelidum quem miſerat algidus axis*. Codices noſtri pro vulgata ſtant ſcriptura, niſi quod alte-

Et 1 patria 2 exterris, Romanis 3 adfuit armis,
Victus & ipſe prius; inimica nec agmina juvit:
Si tamen antiquum notat retinere dolorem.
Sed 4 dicis, legiſſe Deos, ubi ſanctior uſus
Templorum, cultu 5 celebri, ſine fine maneret;
Æneadumque ultro victricia ſigna virorum
Regis amore 6 Numæ, nullo cogente, ſecutos.
Num 7 Diomedis item tentoria, & acris Ulixi
Caſtra volens Pallas, ceſſis cuſtodibus 8 arcis,

altero Rottend. *Boreæ quem miſerat algidus axis.* Quod ſequor. Nam de Algido monte nugæ ſunt. *Gelido quam miſerat Alcidus axe*, Aldus: Mox *venere auxilio*, non *vexere auxilium*, noſtri conſtanter. 1. I. â patria. 2. exul 3. ad auxilium fuit. 4. ô Symmache. 5. venerabili. 6. imp. fuit Rom. qui primus culturam Deorum invenit, ut populum revocaret ab amore belli. 7. fabula nota eſt in Virgilio. Cum Diomedes & Ulyxes rapuerunt palladium, aſcendentes murum per funiculos, & detulerunt id in caſtris ſuis, ubi gutta ſangvinis ſudabat, quod erat ſignum triſtitiæ 8. H. *ultro*] *arcis* noſtri excepto altero Rottend. Boherioque. Etiam Aldus & Palatinus Weitzii, cum Cauchiano. Ex Marone, *ceſis ſummæ cuſtodibus arcis.* Deinde *ubi humenti* Thuaneus cum reliquis vetuſtioribus. Et *ductor Macetum* iidem cum Oxonio & priore Rottendorphio. Probe omnia. De *Amyclis*, quod ſubjungit, non ſatis capio. Pro quo *ab Indis* Weiizіani duo & Cau-

9 Legit, ubi humenti ſudaret mœſta 10 ſigillo?
Aut quotiens 11 ductor 12 Macetum fortiſſimus altos
Templorum cineres victis cumulavit Amyclis:
13 Opturunt prædæ Domini ſe numina captæ
Miſceri, Aſſyriæque vehi Babylonis ad arcem?
Non 14 fero, Romanum nomen, 15 ſudataque bella,
Et 16 titulos tanto quæſitos ſanguine 17 carpi.
18 Detrahit invictis 19 legionibus, & ſua Romæ
Præmia 20 deminuit; qui, quidquid fortiter actum eſt,
Adſcribit Veneri; palmam victoribus aufert.

Cauchianus. Nihilo melius, ſi quid video. Putabam tamen hinc aliquando *victis Aphidnis*, quæ Lacedæmoniæ ditionis. Agit enim de bello, quod Alexander M. cum Lacedæmoniis geſſit, & ſic *Amyclis* quoque hic ſit ſuus locus. 9. l. elegit. 10. ſimulacro. 11. Alexander. 12. *Macedum*) pro Macedonum. 13. obtulerunt, elegerunt 14. non ſuſtineo, patior. 15. elaborata. 16. honores. 17. vituperari. 18. ô Symmache. 19. Romanorum. 20. ſc. qui talia dicit, 21. H. *ſumma minimur in arce*] *ſummo in arcu* noſtri cum Aldo præter alterum Rottendorphium. Quod & editiones nonnullas inſedit, ut arcus triumphales deſignet. Alterum de Capitolio intelligen-

Fruſtra igitur currus 21 ſummo mirantur in 22 arcu
Quadrijugos, ſtantesque duces in curribus altis
23 Fabricios, Curios, & hinc Druſos, inde Camillos:
Sub pedibusque ducum captivos poplite flexo
Ad juga depreſſos, manibusque in terga retortis,
Et ſuſpenſa gravi telorum fragmina trunco:
Si 24 Brennum, 25 Antiochum, 26 Perſen, 27 Pyrrhum, 28 Mithridatem,
29 Flora, Matuta, Ceres, & 30 Larentina ſubegit.
31 His tamen auſpicibus 32 ſucceſſus dextra dederunt
Omina 33 lætificos, & felix adfuit 34 ales.
Quid ſibi vult virtus, quid gloria? 35 ſi 36 Corvinum

dum. 22. I. in fornice, in cujus ſummitate quadrijugos currus ſculpebant. 23. Duces Romanorum nobiliſſimos commemorat hîc. 24. ducem Gallorum. 25. Regem Syriæ. 26. regem Macedonum. 27. regem Epiri. 28. regem Ponti. 29. Dea. 30. H. *Laurentina*) rectius in Egmondano *Larentina*, uti ad Faſtos Naſonis diximus. Deinde reponantur *dextra omina* cum melioribus ſcriptis. 31. I. ô Symmache. 32. proſperitates, 33. jucundos. 34. aquila, quia in auſpicio felix erat. 35. pro, non. 36. Dux Romanorum fuit; qui cum hoſtibus premeretur; Apollo miſit ei corvum in adjutorium, quo liberatus eſt.

Corvus 37 Apollineus 38 pennâ vel 39 gutture 40 juvit?
Sed tamen hic corvus cur defuit exitiali
Fortè die, infauſtas regerent cùm funera 41 Cannas,
42 Oppeteretque ſuper congeſta 43 cadavera 44 Conſul?
Cur 45 Cremera in campis cornice vel 46 oſcine 47 parrhâ,
Nemo Deum monuit perituros Marte 1 ſiniſtro
Tercentum 2 Fabios, vix ſtirpe 3 ſuperſtite in uno?
Nullane triſtificis 4 Tritonia 5 noctua 6 Charris
Advolitans, præſto eſſe deam prænuntia 7 Craſſo
Prodidit? aut 8 Paphiam niveæ vexere 9 columbæ,

37. qui Apollini conſecratus eſt. 38. volatu. 39. voce. 40. in bello. 41. ignobilis vicus Apuliæ, ſed magnitudine cladis famoſus emerſit ubi famoſiſſimum bellum illud fuit, quando Hannibal nobilitatem Romanorum interfecit. 42. moreretur, 43. corpora 44. Paulus. 45. civitas Italiæ. 46. augurio, ab ore & cano. Avis augurium quærebat, quando cum Hannibale pugnavit. 47. avis malo omine. 1. adverſo. 2. qui omnes interfecti ſunt, uno tantummodo ſuperſtite, qui poſtea Magnus Fabius dictus eſt. 3. remanente. 4. quia Minervæ eſt conſecrata. 5. ideo Palladi eſt conſecrata, quia nocte videt; Et Pallas, quæ ſapientia dicitur, nullis tenebris obfuſcatur 6. populis. 7. Duci. Conſuli. 8. Venerem. 9. ſub tutela Veneris erant.

Cujus inauratum 10 *tremeret gens Perſica* 11 *limbum.*
Sed video, quæ te moveant exempla vetuſta
Virtutis. dicis 12 *domitum terrâque marique*
Orbem: res lætas, & proſpera quæque retexis:
Mille triumforum memorans ex ordine pompas,
Ductaque per mediam ſpoliorum 13 *fercula Romam.*
Vis dicam, quæ cauſa tuos, 14 *Romane labores*
In tantum extulerit? quis gloria 15 *fotibus aucta*
Sic cluat impoſitis ut mundum frenet 16 *habenis?*
Diſcordes linguis populos, & diſſona cultu
Regna volens ſociare Deus, ſubjungier uni
Imperio, quidquid tractabile moribus eſſet,
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Conſtituit, 17 *quo corda hominum conjuncta teneret*
Religionis amor. nec enim fit 18 *copula Chriſto*
Digna, niſi implicitas ſociet mens unica gentes.

10. timeret. 11. ora veſtimenti. H. ſic vetuſtiores. Cauchius de Veneris cæſto capiebat: cujus membranæ *libum*. 12. l. ſubjugatum. 13. menſas, ſuſtentacula. 14. ô Symmache. 15. nutrimentis. Fortibus principibus nutrimentis vel auxilijs. H. *fortibus*) imo *fotibus* quod Widdemannianus Weitzij, & ex noſtris alter Rottend. cum duobus Bohemianis exhibebant. 16. l. legibus. 17. ut. 18. ami-

Sola Deum novit concordia, ſola benignum
Rite colit tranquilla Patrem: placidiſſimus illam
Fœderis humani conſenſus 19 *proſperat orbi,*
Seditione fugat, ſævis exaſperat armis,
Munere pacis 20 *alit retinet pietate quietâ.*
Omnibus in terris, quas 21 *diſtinet occidualis*
Oceanus, roſeoque Aurora illuminat ortu,
Miſcebat 22 *Bellona furens mortalia cuncta,*
Armaratque feras in vulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem Deus, undique gentes
Inclinare caput docuit, ſub legibus 23 *iſdem,*
Romanosque omnes fieri, quos Rhenus & 24 Hiſter,
Quos 25 *Tagus* 26 *auriſluus, quos magnus inundat* 27 *Hiberus,*
28 *Corniger Heſperidum quos interlabitur, & quos*

amicitia. 19. placat. 20. nutrit. 21. H. *continet*) vel *diſtinet* in Oxonio. Et ſic Thuan. cum priore Boherio. Ita mox *diviſa ponto litora.* Sed paulo poſt habes, *Unus & Oceanus, noſtrum qui continet orbem.* 22. I. Dea belli. 23. *iisdem*) unis ſc. Romanorum. 24. *Iſter*) Danubius. 25. fluvius Traciæ, in quo aurum ſumitur. 26. aureas harenas habens. 27. fluvius Hiſpaniæ. 28. Eridanus vel Pa-

1 Gangis alit, tepidique lavant ſeptem oſtia Nili.
Jus fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Vivitur omnigenis in partibus, 2 haud ſecus, ac 3 ſi
Cives 4 congenitos concludat mœnibus unis
Urbs patria, atque omnes 5 lare 6 conciliemur 7 avito.
Diſtantes regione plaga, diviſaque ponto
Littora conveniunt nunc per 8 vadimonia ad unum
Et commune forum, nunc per commercia & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per 9 genialia 10 fulcra
Externi ad jus connubii: nam ſanguine mixto
Texitur alternis ex gentibus una propago.
Hoc actum eſt tantis ſucceſſibus atque triumfis
Romani imperii: Criſto jam tunc venienti,

Padus. 1. H. *Ganges*) *Gangis* ſcribendum Prudentiano more, quod & Salmaſius vidit. Deinde *tepidi oſtia Nili* probè in ſcriptis. Et mox *lare conciliemur avito. Conciliamur* Egmondanus. In verbis Symmachi alter Rottendorphius, *reveremini canos meos*, pro quo vulgati *annos meos*. 2. I. non aliter. 3. quam ſimul genitos. 5. Igne vel domo 6. congregemur. 7. patrio, antiquo. 8. mercimonia. 9. voluptuoſa vel nuptialia. 10. lectos.

11. Ro

Crede, parata via eſt; quam dudum publica noſtra
Pacis amicitia ſtruxit 11 *moderamine Romæ.*
Nam locus eſſe Deo quis poſſit in orbe feroci,
Pectoribusque hominum diſcordibus, & ſua jura
Diſſimili ratione tuentibus, 12 *ut fuit olim?*
Sic 13 *incompoſitos humano in pectore ſenſus,*
Disjunctasque animi turbato fœdere partes,
Nec liquida inviſit ſapientia, nec Deus intrat.
At ſi 14 *mentis apex, regnandi jure potitus,*
Pugnacis ſtomachi pulſus fibrasque rebelles
Frenet, & omne jecur ratione coërceat una:
Fit ſtabilis vitæ ſtatus, & ſententia certa
15 *Haurit corde Deum, domino & ſubjungitur uni.*
16 *En ades Omnipotens concordibus influe terris:*
Jam mundus te, Chriſte, capit; quem 17 *congrege nexu*
Pax & Roma tenent: 18 *capita hæc & culmina rerum*
Eſſe jubes: nec Roma tibi ſine pace 19 *probatur.*
Et pax ut placeat, facit excellentia Romæ;
Quæ motus varios ſimul & ditione coërcet,

11. Roma hoc moderante. 12. præterito tempore. Nam ante feroces homines erant. 13. turbatos. 14. nus græc. 15. ſumit. 16 invocat Chriſtum. 17. conjuncto. 18. principatum. 19. placet.

Et terrore premit: nec enim ſpoliata prioris
Robore virtutis ſenuit, nec ſæcula ſenſit,
Nec tremulis, cum bella vocant, capit arma lacertis,
Nec tam degeneri venerandis [1] *ſupplicat ore*
Principibus, quàm vult prænobilis ille Senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitumque gravis perſonæ [2] *inducere pondus:*
Ut [3] *tragicus cantor* [4] *ligno tegit ora cavato,*
Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet.

SYMMACHUS.

Romam nunc putemus adſiſtere, atque his vobiſcum agere ſermonibus. Optimi Principes, Patres patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit. Utar cæremoniis avitis: neque enim pœnitet. Vivam more meo: quia libera ſum. Hic cultus in leges meas orbem redegit: hæc ſacra Hannibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt. (Ad hoc ego ſervata ſum, ut longæva reprehendar? videam quod inſtituendum putatur? Sera tamen, & contumelioſa eſt emendatio ſenectutis.

1. adulat. 2. ſc. ſibi. 3. quando enim aliquid blaſphemiæ dicebant, largius ora tegebant, ne agnoſcerentur. 4. quod vulgo ſchema dicitur.

5. pro-

Ergo Diis patriis, Diis indigetibus pacem rogamus.)

PRUDENTIUS.

Si vocem ſimulare licet: nempe aptior iſta
Vox Romæ eſt, quam nunc ejus ſub nomine 5 promam.
Quæ, quia turpe putet templorum flere 6 repulſam,
Ægidaque in dubiis pro ſe pugnaſſe periclis
Dicere, ſeque gravem ſenio inclinante fateri,
Ductores complexa ſuos, ſic læta 8 profatur.
O clari ſalvete Duces, 9 generoſa propago
10 *Principis invicti, ſub quo ſenium omne* 11 *renaſcens*
Depoſui, vidique meam 12 flaveſcere rurſus
Canitiem: nam cum mortalia cuncta vetuſtas
Imminuat, mihi longa dies aliud parit ævum,
Quæ vivendo diu, didici contemnere 13 finem.
Nunc nunc juſta meis reverẽtia competit annis:
Nunc meritò dicor venerabilis, & caput orbis,
Cùm galeam ſub fronde 14 oleæ criſtaſque rubentes
Concutio, viridi velans 1 fera 2 cingula 3 ferto;

5. proferam. 6. repulſionem. 7. Capra nutrix Jovis, cujus pellem poſtea pro ſcuto habuit brevi. 8. H. *profetur* in Cauchiano. 9. I. nobilis. 10. Conſtantini. 11. per baptiſmum. 12. juveneſcere, albeſcere. 13. mortem. 14. ſub pace. 1. bellica. 2. arma. 3. corona. 4. ſigno crucis.

Atque 4 armatum Deum, ſine crimine cædis, adoro.
Crimen enim, piget heu, crimen perſuaſerat atrox
Juppiter, ut ſacro juſtorum ſanguine 5 tincta,
Adſuetum bellis 6 ſcelerarem 7 funere ferrum.
8 Illius 9 inſtinctu primus Nero, matre peremtâ,
Sanguinem 10 Apoſtolicum bibit, ac me ſtrage piorum
Polluit, & proprium facinus mihi ſævus 11 inuſſit.
Poſt 12 hunc & Decius, 13 jugulis bacchatus apertis,
Inſanam pavit rabiem: mox & ſitis arſit
Multorum ſimilis, per vulnera triſtia flagrans,
Exſorbere inſignes animas, ac 14 ludere 15 pœnis,
Undanteſque meum in gremium 16 defundere mortes;
Et, ſub 17 jure fori, 18 non noxia colla 19 ſecare.
Hanc me labe ream modò tempora veſtra 20 piarunt.
Vivo piè vobis auctoribus, impia pridem,

5. maculata. 6. polluerem. 7. morte. 8. Jovis. 9. ſvaſione. 10. Petri & Pauli. 11. in me convertit. inurere, eſt culpam propriam in alium transferre. 12. Neronem. 13. interfectionibus martyrum. 14. l. bant. 15. Chriſtianorum. 16. H. *diffundere*) *defundere* in Thuaneo & Weitzianis nonnullis. 17. l. lege publicâ. 18. innoxia. 19. bant. 20. purgabant. 21. docuit. 22. creſcere

Arte Jovis, fateor quid enim non ille cruentum
21 Tradidit? aut quid mite ſibi placidumve popoſcit?
Qui, dum præmetuit cultus 22 inoleſcere Chriſti,
Sævit, ac miſerum fœdavit ſanguine ſæclum.
Et ſunt qui nobis bella exbrobrare ſiniſtra
Non dubitent, poſtquam templorum ſprevim' aras?
Adfirmentque 23 Libyn Collina á cardine portæ
Hannibalem Jovis imperio Martisque repulſum;
Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
Cùm ſuper 24 è celſo pugnarent numina 25 ſaxo.
Qui mihi præteritam cladem, veteresque dolores.
26 Inculcant iterum; videant, me tempore veſtro
Jam nil tale pati nullus mea barbarus hoſtis
Cuſpide clauſtra quatit: non armis, veſte, comisque
Ignotus captæ paſſim vagus errat in Urbe,
Tranſalpina meam rapiens in vincula pubem.
Temptavit 27 Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab 28 Hiſtro
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Solvere, 29 maſtrucis proceres veſtire togatos.
Jamque ruens 1 Venetos turmis protriverat agros,
Et 2 Ligurum vaſtarat opes, & amœna profundi

ſcere dies feſtos. 23. Africanum. 24. H. *excelſo*] *è celſo* ſcripti. 25. I. in capitolio. 26. imputant. 27. Radagiſus vel Alaricus. 28. Danubio. 29. Maſtruga, q. monſtruoſa veſtis, de pellibus facta. Vocamus etiam maſtrugas renones, quæ ruſtice

Cro-

Rum Padi, Tuſcumque ſolum 3 victo amne premebat.
Depulit hos nimbos equitum non pervigil anſer,
Proditor occulti tenebroſa nocte pericli:
Sed vis 4 cruda virûm, 5 perfractaque 6 congredientum
Pectora, nec trepidans animus ſuccumbere leto
Pro patriâ & pulchrum per vulnera quærere laudem.
Numquid & ille dies Jove contulit auſpice nomen
Virtutis pretium? 7 dux agminis imperiique
8 Chriſtipotens nobis 9 juvenis fuit, & comes ejus
Atque parens Stilicho. Deus unus Chriſtus 10 utrique.
Hujus adoratis altaribus, & Cruce fronti
Inſcripta cecinere tubæ. prima haſta 11 dracones
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior 12 effert.

Crotina vocatur. 1. Venetiæ. 2. *Liguria*, regio maritima & amœna. 3. tranſito Tyberi. 4. fortis. 5. H. *præfractaque*) *perfractaque* ex iisdem. Et deinde *prima haſta dracones*, tum *ſublimior effert*. 6. I. pugnantium. 7. Conſtantinus. 8. Theodoſius, Arcadii filius, conſul & ſocer Honorii. 9. qui juvenis erat adhuc. 10. Conſtantino & Stiliconi. 11. crucis. Vox illa Romana, caput draconis habens. 12. elevat. 13. perſolvit. 14. Apo-

Illic, terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniæ, pœnas tandem deleta 13 pependit.
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta jacent. 14 mirabere ſeris,
Poſteritas, ſeclis 15 inhumata cadavera latè,
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros.
Si potui 16 manibus Gallorum 17 excisa levare
De cinerum ſqualore caput, 18 redeunte Camillo
Signa renidenti 19 fumans ſi fronte recepi,
Si potui miſeras ferris 20 redimire ruinas,
Et malè pendentes 21 auro præcingere turres:
Quo te ſuſpiciam gremio, fortiſſime 22 Princeps?

Apoſtropha. 15. diſperſa. 16. de manibus. 17. peremta. 18. Romam. 19. adhuc. 20. ornare. 21. victoria. H. *tauru* Thuaneus. Mox idem cum reliquis præſtantioribus & Aldo *aure tenus*, non *Alpe tenus*. Tum *ſpoliis receptis* ſcripti. Et, *date, vincula demam*. Quod Maronianum eſt, *date, vulnera lymphis abluam*. Monuit jam ad Lucretium Giphanius. Noſter Apotheoſ.

Promite ſecretos fatus, date pandite librum,
Evomuit, ſpirante Deo, quem ſanctus Eſaias.

22. I. Theodoſi, vel Stilicho, vel Conſtantine.

23. ori

Quos ſpargam flores? quibus 23 inſertabo coronis
Atria? quæ feſtis ſuſpendam pallia portis,
24 Immunis tanti belli, ac te ſtante ſub armis
Libera, & aure tenus Geticos experta tumultus?
Scande triumfalem currum, ſpoliisque receptis
Huc Chriſto comitante veni: 25 date, vincula 26 demam
Captivis gregibus. 1 manicas deponite longo
Tritas ſervitio, matrum juvenumque 2 catervæ.
Dediſcat ſervire ſenex 3 laris exſul aviti,
Diſcat & ad patrium limen genetrice reverſâ
Ingenuum ſe noſſe puer. timor omnis abeſto.
Vicimus: exſultare libet. quid tale, repulſo
4 Pœnorum quondam 5 duce contigit? ille peritæ
Poſtquam perculerat tremefacta 6 repagula portæ,
7 Bajanis reſolutus aquis duriſſima 8 luxu
Robora deſtituit, ferrumque libidine fregit.

23. ornabo. 24. ſecura. 25. permitte. 26. ut tollam ego Roma. 1. ligamina manuum 2. H. *baderva* in Egmondano à manu priore. 3. I. domus. 4 Africanorum. 5. Hannibale. 6. vectes, peſſulos. 7. Campanis. 8. riâ. 9. longe

poſt-

9 At noſter 10 Stilicho 11 congreſſus 12 cominus ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coëgit.
Hic Chriſtus nobis Deus adfuit, & mea virtus:
Illic laſcivum, Campania fertilis, 13 hoſtem
Deliciæ vicere tuæ. non Juppiter 14 acrem
Protexit 15 Fabium; ſed juvit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis, quæ præmia digna rependam,
Non habeo. membra 16 ſtatuis effingere vile eſt.
Virtutem nil vile decet: nam vile quod ætas
Eripit. æra cadunt, aut fulvum defluit aurum;
Aut candor perit argenti, ſi defuit uſus;
Et fuſcata 17 ſitu corrumpit vena colorem.
Viva tibi, Princeps, debetur gloria, vivum
Virtutis pretium, decus immortale ſecuro.
18 *Regnator mundi Chriſto ſociabere in ævum;*
19 *Quo ductore meum trahis ad cæleſtia regnum.*

poſtea, 10. ſocius Conſtantini. 11. H. *congreſſum*) *congreſſus* ex ſcriptis. Et *mea virtus*. Et mox *eripit*, non *eruit*. 12. I. ſtatim. 13. Hannibal. 14. fortem. 15. unus ex CCC. 16. imaginibus. 17. negligentiâ vel vetuſtate. 18. Conſtantine. 19. illo.

20. Sym.

Nil 20 te permoveat magni vox rhetoris oro:
Qui ſub legati ſpecie ſacra mortua plorans,
Ingenii telis & fandi viribus audet,
Heu, noſtram temptare fidem: nec te videt, ac me
Devotos, Auguſte, Deo: cui ſordida templa
Clauſimus & madidas ſanie dejecimus aras.
Unus noſtra regit ſervetque palatia Chriſtus,
Ne quis Romuleas dæmon jam noverit arces:
Sed ſoli pacis Domino mea ſerviat aula.
Sic 1 adfata pios Roma exoravit alumnos,
Sperne relegatum non 2 admittenda petentem
Legatum Jovis ex adytis ab 3 haruſpice miſſum,
At non à 4 patria: patria 5 nam gloria Chriſtus.
Perſiſtit tamen adfirmans, iter eſſe 6 viandi
Multifidum variumque, Deus cùm quæritur unus.
Hinc alios, aſt inde alios properare ſeorſim
Quemque per anfractus proprios, ſed competo 8 eodem

20. Symmache. 1. H. *effata*) *adfata* in noſtris, quod præſtat. 2. I. non recipienda. 3. ab Apolline, à magis. 4 Roma. 5. H. *ſua gloria* in Oxonio. 6. I, ad veritatem. 7: competum dicitur, ubi multæ viæ competuntur, i. junguntur. 8. uno.

Fine coartari, ſimul & concurrere in unum.
Quin etiam cœlum atque ſolum, ventos, mare, nubes
Omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
Chriſte, vel exta 9 litant ſculptis qui rubida ſaxis.

SYMMACHUS.

Æquum eſt, quidquid omnes colunt, unum putari. Eadem ſpectamus aſtra: commune cœlum eſt: idem nos mundus involvit. Quid intereſt, qua quiſque prudentiâ verum requirat? Uno itinere non poteſt perveniri ad tam grande ſecretum.

PRUDENTIUS.

Non nego communem 10 cunctis viventibus uſum
Aëris, aſtrorum, pelagi, telluris, & imbris.
Imo etiam injuſtus pariter, juſtuſque ſub uno
11 Axe habitant. unas capit impius & pius auras:
Caſtus, & 12 inceſtus; meretrix, & nupta. nec alter
13 Ore ſacerdotis, quàm 14 myrmillonis anhelat
Spiritus: aërio vitam qui temperat hauſtu.
Nubes 15 verna pluit Zephyro impellente: ſed aquas
Furis & innocui fecundat rura coloni.
Gurgitis æſtivi ſic pura fluenta viator,

9. ſacrificant. 10. eſſe. 11. cœlo. 12. pollutus. 13. de. 14. ſcurræ. Mirmillo gladiator fuit, & ponitur pro omni homicida. 15. vernalis. 16. marinis latronibus.

Ut latro feſſus, adit: ſic 16 *piratis mare ſervit,*
Ut mercatori: nec fluctus ſecius hoſti
Obſequitur, quam cùm 17 *licita fert tranſtra carina.*
Ergo capax 18 *utriuſque rei natura creandis*
Se præbet populis, nec habet diſcernere diſpar
Viventum meritum, quos tantum paſcere juſſa eſt.
Servit enim mundus, non judicat: hoc ſibi ſummus
Naturæ Dominus præſcripta in tempora 1 *ſervat.*
Nunc adſunt homini data munera legibus iiſdem,
Quis conceſſa ſemel, fons liquitur, amnis inundat,
Velivolum ratibus mare finditur 2 *influit imber,*
Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aër,
Et res naturæ fit publica, 3 *promtaque cunctis,*
Dum ſervant elementa ſuum famulantia curſum:
Sic probus atque reus 4 *capitalis criminis iiſdem*
Sideribus, faciliſque poli bonitate fruuntur.
Vivere commune eſt: ſed non commune mereri.
Denique Romanus, Daha, *Sarmata, Vandalus Hunnus,*
Getulus, 5 *Garamas,* 6 *Alamannus, Saxo,* 7 *Galaulas,*
Unà omnes gradiuntur humo, cælum omnibus unum eſt,

17. H. *domina fert*) *licita* noſtri. 18. I. boni & mali. 1. in die judicii: 2. H. malim *impluit*. 3. I. quia ſervit omnibus. 4. quo reus capite plecti debet. 5. pop. Siciliæ. H. *Garamans* ſcripti, & *Alamannus*. Tum *Galaula* non *Galaulas* Thuan. 6. I. Schwab. 7. pop. in oriente.

8 quos

Unus & Oceanus, noſtrum qui continet orbem.
Addo aliud: 8 noſtros potant animalia fontes.
Ipſo rore mihi ſeges eſt, quo gramen 9 onagris,
Spurca 10 ſues 11 noſtro amne natat: noſtra intrat & ipſos
Aura canes, animatque levi 12 fera corpora flatu.
Sed tantùm diſtant 13 Romana, & barbara, quantùm
Quadrupes 14 abjuncta eſt 15 bipedi, vel muta loquenti:

8. quos nos potamus. 9. onos, aſinos; inde onager, agreſtis. 10 nominativ. H. *ſus*) *ſues* Thuan. in uno Weitzii & Boheriis duobus, *Spurca ſuis*. *Sus* & *ſues*, ut *plebs* & *plebes*. *Sus* & *ſuis*, ut *grus* & *gruis* apud Phædrum. In Egmondano *ſordida ſus*. Deinde *ipſas aura canes*, non *ipſos*, Thuaneus. *Canes* fœminino genere paſſim Poëtis, de quo ad Naſonem. 11. I. quo nos natamus. 12. fortia. 14. Chriſtiana & gentilia. 14. H. *adjuncta* imo *abjuncta* cum ſcriptis. Sic *abjuncta plaga* ex membranis Peri Steph. Hymn. II. v. 437. Et paulo poſt *quantum etiam*, & *religione tuenda*, iidem ſcripti. In Egmondano & Oxonio.

Quadrupides bipedi abjunctæ, mutaque loquenti.

Et ſic Aldus. *Abjunctæ partes* apud Alcimum Avitum lib. 3. poëmat.

Et chaos objectum lato diſtinguit hiatu,
Nec ſinit abjunctas miſcere fœdere partes.

Quantum etiam, qui rite Dei præcepta ſequuntur,
Cultibus á ſtolidis, & eorum erroribus abſunt.
Non facit ergo pares in relligione 16 *tuendâ*
Aëris & cæli communio: corpora tantùm
Gignit, alit, reparat, 17 *recidivaque ſemina ſervat.*
Nec 18 *refert, cujus generis, cujusve figura,*
Aut cujus meriti: modò ſint, ut corpora 19 *terrâ*
Edita terrenis quibus eſt vigor ex elementis.
Artificis quia Patris opus 20 *diſcrimine nullo*
Influit in 1 *medium, nec avaro munere currit:*
Antè datum, quam primus homo 2 *ſordeſceret ada.*

Abjuncta elementa apud eundem lib. 4.

Et tamen abjunctis quæ conſtant ex elementis
Sic diverſa putes, ut concordantia cernas.

Henricus Altiſſiodorenſis lib. 4. de vita S. Germani,

Se quoque virginei ſemper manſiſſe pudoris,
Abjuncto quamquam ſecretum corpore teſtem.

15. I. homini. 16. quæ eſt ſervanda. 17. H. *redivivaque*) *recidivaque* membranæ apud me. Et recte. De quo ad Claudianum pluribus. Monuit jam indice Lucretiano Giphanius. *Recidiva prælia* ſupra ibamus reſtitutum Pſychom. v. 390. 18. I. diſtat vel intereſt. Nulla diſtantia eſt. 19. de terra. 20. diſcretione. 1. in commune. 2. peccaret.

Nec vitio utentum reſtrictum deſicit, aut ſe
Subtrahit indignis, nec fœda & turpia vitat.
Haud aliter Solis radius conluminat omnes
Diffuſo ſplendore locos, ferit aurea tecta:
Sed ferit & nigro ſordentia culmina fumo.
Intrat marmoribus Capitolia clara: ſed intrat
Carceris & rimas, & tetra foramina clauſi
Stercoris, & ſpurcam redolent 3 *in fornice cellam,*
Sed non illud erunt obſcura ergaſtula, quod ſunt
Regia gemmato laquearia fulva metallo.
Nempe 4 *magis non illud* 5 *erunt, qui numen in urnis*
Quærunt ac tumulis, & larvas ſanguine placant:
Quod ſunt, qui ſummum cæli Dominum venerantur,
Juſtitiamque litant & templum pectoris ornant.
Secretum ſed grande 6 *nequit rationis operta*
Quæri aliter, quàm ſi 7 *ſparſis via multiplicetur*
Tramitibus, 8 *& centenos terat orbita calles,*
Quæſitura Deum variatâ 9 *indage latentem.*
10 *Longè aliud verum eſt. nam multâ ambage viarum,*
11 *Anfractus dubios habet, & perplexius errat*
Sola errore caret ſimplex via, neſcia flecti
In deverticulum, biviis nec pluribus anceps.

3. H. *redolenti fornice*) *in fornice* potiores. 4. I. dicam. 5. vana res. 6. non valet. 7. diviſis. 8. H. *ſi centenis*) *& centenis* iidem. Et mox *diverticulum*. 9. I. inveſtigatione. Utrumque facit; indago, indaginis; & indago, indagis, indagatione. 10. valde, pro, verius eſt, quam tu di-

Non tamen 12 *inſicior, duplex occurrere nobis*
Semper iter, 13 *geminis mortalia partibus ire;*
Cùm 14 *dubitant, quonam ferat ignorantia greſſum.*
Altera multifida eſt; at ſimplex altera, & 15 *unum.*
Una Deum ſequitur; divos colit altera plures,
Et tot ſunt ejus divortia, quot templorum
Signa quod aëriis velitant phantaſmata monſtris.
Aut hos 16 *thyrſigeri* 17 *rapit ad* 18 *Dionyſia Bachi:*
19 *Inlicit aut alios ad* 20 *Saturnalia feſta:*
Aut docet, occultus quà ſacris 21 *Dieſpiter infans*
Inter tinnitus ſolvi ſibi poſcat aënos.
Jamque 1 *Lupercales ferulæ, nudique petuntur*
Diſcurſus juvenum: 2 *Megaleſius hinc ſpado, diris*
Incenſus furiis, 3 *cæca ad reſponſa vocatur.*

---

dicis. 11. circuitus. 12. nego. inſiteus, negator rationis meæ. 13. in bonum & malum. 14. ipſi mali. 15. H. *altera & una*) & *unum* concinnius alter Rottendorphius; & ex ſuis Weitzius. 16. I. thyrſum gerentis. 17. via. 18. ad ſervitia. ſacrificia vel feſta. Nam Dionyſius eſt Bacchus. 19. ſeducit. 20. Saturni. 21 Jupiter ideo vocabatur, quia Deorum pater apud eos credebatur, Pater Diei, 1. feſta Panis, quæ ita celebrabantur, ut nudi per plateas cucurriſſent homines. 2. ſacerdos Opis à Megala civitate, in quâ colebatur Berecinthia. 3. occulta. 4. H. *Semper* melio-

res

Sunt, qui, quadriviis brevioribus ire parati,
Vilia Niliacis venerantur holuſcula in hortis:
Porrum & cepe deos imponere nubibus auſi,
Alliaque & 4 *Serapin cæli ſuper aſtra locare.*
5 *Iſis enim, &* 6 *Serapis, & grandi ſimia* 7 *caudâ,*
Et 8 *crocodilus idem, quod Juno,* 9 *Laverna,* 10 *Priapus.*
11 *Hos tu, Nile, colis, illos tu, Tybris, adoras.*
Una ſuperſtitio eſt, quamvis nõ concolor error.
12 *Hinc alia exoritur, tenebroſis ſecta* 13 *frutectis,*
Semita; quam pecudes & muta animalia 14 *carpunt,*
Quæque latens ſilvis operitur, neſcia 15 *cæli*
Mens hominum, 16 *ſævo vivens captiva tyranno!*

res. Deinde *Crocodilus idem eſt*, non *id eſt*, in Oxonio. *Idem* Thuaneus & alii fere omnes cum Aldo ſine verbo ſubſtantivo. 5. L quæ & Inachis filia. 6. Deus Ægyptiorum maritus. 7 quia genus ſimiarum eſt, qui magnas habent caudas, & ipſi Cercopitheci dicuntur, & aliud genus ſpina dicitur, quod eſt villoſum: & tertium genus eſt ſine cauda. 8. monſtrum Ægypti. 9. à lavando. 10. Deus hortorum. 11. H *Hos tu Nile Deus colis & tu Tybris adoras*) ſcripti, *Hos tu, Nile, colis, illos tu, Tybris, adoras*. 12. L poſt hæc. 13. erroribus. 14. incedunt. 15. veritatis. 16. ſub dia-

Hac putat eſſe Deum nullum: namque omnia verti
Caſibus, & nullo ſub præſide ſæcla rotari.
Hoc iter haudquaquam magno 17 *diſcrimine diſtat*
Hiſce viis, quas vos teritis, qui numina multa,
Et portenta, Deum ſummum, numeroſa putatis.
Simplicis ergo viæ dux eſt Deus. ille per 18 *unam*
Ire jubet mortale genus: quam dirigit ipſe
Sublimem dextro celſa ad faſtigia 19 *clivo.*
20 *Prima via* 21 *facies inculta, ſubhorrida,* 22 *triſtis,*
Difficilis: ſed fine ſui pulcherrima, & amplis
Prædita divitiis, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos poſſit 23 *penſare labores.*
24 *Multiplici dux dæmon adeſt, qui parte ſiniſtrâ*
Centifidum confundit iter, trahit inde ſophiſtas
25 *Barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes:*
26 *Illicit & volucrum linguis, & haruſpice fauſto:*
Inſtigat bacchantis anûs 27 *ambage Sibyllæ.*

diabolo. 17. diſcretione. 18. viam. 19. veritate. 20. quæ ducit ad vitam. 21. qualitas. 22. in præſenti. 23. recompenſare. 24. *multiplici*) ſc. viæ. de viâ ſiniſtra dicit. H. *multiplicis*) alii aliter. Ego *multiplici* malo cum Egmondo Oxon. priore Rottend. & Weitzianis nonnullis. Quomodo & Giphanius. Sed perperam, idem mox *illiciat* reponi vult, pro *illicit &*. Parum Latine profecto. Nam *illectat* dicendum eſſet. 25. i. fortes. 26. ſc. illos decipit. 27. circuitu.

i. I.

Involvit matheſi, magicas impellit in artes,
Omine ſolicitat, capit augure, territat extis,
Cernis, ut una via eſt, multis anfractibus errans,
[1]Talem paſſa ducem, qui non ſinat ire ſalutis
At Dominum, ſed mortis iter per devia monſtret?
Devia, picta bonis brevibus: ſed fine ſub ipſo
Triſtia, & in ſubitam præceps immerſa [2]Charybdem.
Ite procul, gentes: conſortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei, diſcedite longè,
Et veſtrum penetrate Chaos, quò vos vocat ille
Prævius inferna & perplexa per avia noctis.
At nobis vitæ Dominum quærentibus, unum
Lux iter eſt, & clara dies, & gratia ſimplex.
Spe ſequimur, gradimurque fide, fruimurque futuris:
Ad quæ non veniunt, præſentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda voluptas.

SYMMACHUS.

Quanto commodo ſacri ærarii veſtri Veſtalium virginum prærogativa detracta eſt? Sub largiſſimis Imperatoribus denegatur, quod parciſſimi præſtiterunt. Honor ſolus eſt, in illo velut ſtipendio caſtitatis. Ut

1. l. diabolum vel Symmachum. 2. *caribdim*) voraginem. H. *Charybdin*] *Charybdem* Thuan.

vittæ earum capiti decus faciunt: ita inſigne ducitur ſacerdotii, vacare muneribus. Nemo me putet tueri ſolam cauſam religionum. Ex hujuſmodi facinoribus orta ſunt cuncta Romani generis incommoda. Honoraverat lex parentum Veſtales virgines, ac miniſtros Deorum victu modico, juſtiſque privilegiis. Stetit muneris hujus integritas uſque ad degeneres trapezitas: qui ad mercedem vilium bajulorum ſacræ caſtitatis alimenta verterunt. Secuta eſt hoc fames publica, & ſpem provinciarum omnium meſſis ægra decepit. Non ſunt hæc vitia terrarum: nihil imputemus aſtris. Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec avena fruges necavit. Sacrilegio annus exaruit. Neceſſe enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Quid tale provinciæ pertulerunt cùm religionum miniſtros honor publicus paſceret? (commendabat enim terrarum proventus, victus Antiſtitum, & remedium magis quàm largitas erat. An dubium eſt, pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?)

PRUDENTIUS.

4 Ultima legati defleta dolore querella eſt,
5 Palladiis quòd farre focis, vel quòd 6 ſtipis ipſis
Virginibus, caſtiſque choris alimenta negentur:
Veſtales ſolitis fraudentur ſumtibus ignes.
Hinc 7 ait & ſteriles frugeſcere 8 varius agros,
Et triſtem ſævire famem, totumque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta exſtiterit præſenti tempore, tamque
Invidioſa fames, quam 9 Triptolemi 10 Cereriſque
Moverit ira 11 penu pro virginis ulciſcendo,
Non memini: nec tale aliquid vel fama ſuſurrat.

Egmond. & Oxonius. In verbis Symmachi codices vetuſtos videas deficere poſt illa verba, *honor publicus paſceret.* Præterea Egmond. & Rottend. prior cum Aldo in iiſdem Symmachi verbis, *Quid tale proavi pertulerunt?* non, *Quid tale provinciæ.* Sed id ipſum tamen in vetuſtioribus comparet. 3. I. difficilia. 4. in noviſſ. 5. ſacrificiis Minervæ. 6. H. *ſtipes*) *ſtipis* denuo vetuſti codices Prudentiano ritu. Iidem mox *caſtiuque choris* cum Giphanio. Deinde *frugeſcere parius* noſtri excepto altero Rottend. denique codices noſtri ad unum omnes *ſævire famem.* 7. I. legatus. *parcius*] minus. 9. inventor frugum. 10. Dea frumenti. 11. ſtipem. H. *peno* Thuaneus.

12. In

vitta earum capiti decus faciunt: ita inſigne ducitur ſacerdotii, vacare muneribus. Nemo me putet tueri ſolam cauſam religionum. Ex hujusmodi facinoribus orta ſunt cuncta Romani generis incommoda. Honoraverat lex parentum Veſtales virgines, ac miniſtros Deorum victu modico juſtisque privilegiis. Stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres trapezitas: qui ad mercedem vilium bajulorum ſacræ caſtitatis alimenta verterunt. Secuta eſt hoc fames publica, & ſpem provinciarum omnium meſſis ægra decepit. Non ſunt hæc vitia terrarum: nihil imputemus aſtris. Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec avena fruges necavit. Sacrilegio annus exaruit. Neceſſe enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Quid tale provinciæ pertulerunt cùm religionum miniſtros honor publicus paſceret? (commendabat enim terrarum proventus, victus Antiſtitum, & remedium magis quàm largitas erat. An dubium eſt, pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?).

[4] *Ultima legati deſleta dolore querella eſt,*
[5] *Palladiis quòd farra focis, vel quod* [6] *ſtipis ipſis*
Virginibus, caſtiſque choris alimenta negentur:
Veſtales ſolitis fraudentur ſumtibus ignes.
Hinc [7] *ait & ſteriles frugeſcere* [8] *rarius agros,*
Et triſtem ſævire famem, totumque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta exſtiterit præſenti tempore, tamque
Invidioſa fames, quam [9] *Triptolemi* [10] *Cereriſque*
Moverit ira [11] *penu pro virginis ulciſcendo,*
Non memini: nec tale aliquid vel fama ſuſurrat.

Egmond. & Oxonius. In verbis Symmachi codices vetuſtos videas deficere poſt illa verba, *honor publicus paſceret.* Præterea Egmond. & Rottend. prior cum Aldo in iiſdem Symmachi verbis, *Quid tale proavi pertulerunt?* non, *Quid tale provincia.* Sed id ipſum tamen in vetuſtioribus comparet. 3. I. difficilia. 4. in noviſſ. 5. ſacrificiis Minervæ. 6. H. *ſtipes*) *ſtipis* denuo vetuſti codices Prudentiano ritu. Iidem mox *caſtiſque choris* cum Giphanio. Deinde *frugeſcere rarius* noſtri excepto altero Rottend. denique codices noſtri ad unum omnes *ſævire famem.* 7. I. legatus. *parcius*] minus. 9. inventor frugum. 10. Dea frumenti. 11. ſtipem. H. *peno* Thuaneus.

12. I.

Audio per 12 *Pharios Nilum diſcurrere campos*
More ſuo, viridesque ſata 13 *ſtagnare* 14 *Canopi.*
Haud venit à ſicco qui flumine nuntius 15 *adfert*
Jejunam ſqualere ſiti ſub pulvere 16 *Memphim,*
Nec 17 *Peluſiaca limum ſudare paludis.*
Num 18 *fons arcano naturæ tectus operto*
Aruit, & tenuem vix ſtillat vena liquorem?
Num refugus 19 *noſtras odit* 20 *præſtringere ripas*
Amnis, & exuſtos ſurſum deflectit ad Indos?
Num tractu in medio bibulus vorat alveus undam
Fluminis, & ſubito ſtagna abſorbentur hiatu?
Ne ſulcos operire vadis, neve arida poſſint
Ægypti per plana trahi, glebasque rigentes
Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis:
Unde ſeges latè crinitis fluctuet agris,
Denſius & gravidis ſe veſtiat 21 *æquor ariſtis?*
Reſpice, num 22 *Libyci deſiſtat ruris arator*
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Thybris
Mittere triticeos, in paſtum plebis, 1 *acervos?*
Numne 2 *Leontini* 3 *ſulcator ſolvere campi*

12. I. Ægyptios. 13. irrigare. 14. oppidum Ægypti. 15. nunciat. 16. Ægyptum. civit. Ægypti. 17. Peluſium promontorium Ægypti. 18. Nilus. 19. proprias 20. H. *perſtringere*] *præſtringere* ſcripti potiores, quod paſſim Prudentio ex membranis reddidimus. 21. I. campos. 22. Africani. 1. cumulos. 2. Siculi. 3. arator.

4. Sici-

Ceſſet frugiferas 4 Lilybeo ex litore cumbas?
Nec det vela fretis, Romana nec horrea 5 rumpat
6 Sardorum congeſta vehens granaria claſſis?
7 Ergo piris menſas ſilveſtribus implet arator
8 Pœnus, & avulſas Siculus depaſcitur herbas?
Jamq; 9 Remi populo quernas Sardinia glandes
10 Suppeditat, jam corna 11 cibos lapidoſa Quiritum?
Quis venit eſuriens magni ad ſpectacula 12 Circi?
Quæ 13 regio 14 gradibus vacuis jejunia dira
15 Suſtinet: aut quæ 16 Janiculi mola 17 muta quieſcit?
Quantos quaque ferat fructus provincia, quamque
Ubere ſecundo largè fluat orbis opimus;

4. Siciliæ promunctorium, ubi abundat plurima annona. 5. diſſipet pro multitudine frugum. 6. pop. 7. ironice. 8. Africanus. 9. Romano. 10. ſumminiſtrat. 11. H. *cibus*) cibos prior Rottend. ut à ſuperioribus hæc dependeant. Mox pro *janiculo mola nota*, plerique, *janiculi mola mota*. Sed Thuan. & prior Rottend. cum utroque Boherio, *janiculi mola mutæ*. Vere. Deinde *mutaque manus longa otia paſcunt*, Thuan. quod & Weitziani plerique agnoſcunt, & alter Rottend. At Aldus cum ceteris noſtris ac editis pleriſq; *tantaq; manus longa otia paſcit*. 12. I. theatri. 13. pars. 14. ſcenæ. 15. patitur. 16. Janiculus, mons eſt, ubi templum Jani erat, & multæ molæ conſtructæ. 17 *mota*) prius. 18. mul-

Indicio eſt annona: ſua quæ publica plebi,
Roma datur, tantaque 18 *manus longa otia paſcit.*
19 *Sit fortaſſe aliquis paulò infecundior annus:*
Nil mirum, nec in orbe novum didicere priores,
Perpeſſi plerumque famem: ſi 20 *tabidus aër*
Siccavit tenues ardenti 21 *ſidere nubes,*
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge novâ & 22 *viridi: ſi meſſis* 23 *adulta prius quam*
Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas,
Adflatum calido ſuccum contraxit ab Euro,
24 *Jejunoſque tulit calamos, atque irrita vota*
Agricolæ ſterilis ſtipularum ſilva feſellit:
Hic, ni fallor, ager vitiis corruptus, & antè
Subjacuit, quàm Palladium, quàm Veſta, Penates
Sub 25 *Lare Pergameo ſervarent igne repoſito,*

18. multitudines. 19. H, puto *ſi fortaſſe*. Quod ſequentia confirmant. Aliter ſcripti. Mox rectius ijdem, *nil mirum, nec in orbe novum*, quam *in orbe novo*. 20. I. corruptus. 21. ſole. 22. H. *& viridis*) *& viridi* Thuan. recte: ſi diſtinctione locus adjuvetur. *Viridis meſſis* in Egmondano, omiſſo τὸ. *ſi* Quo etiam ad veram ſcripturam tenditur. 23. I. nata. 24. ſteriles. 25. domo Pergamea, Trojano.

26. La

Quam Priami 26 genitor conductis 27 mœnia 28 fabris
Exſtrueret, quam virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas: in his quoniam Veſtalis origo favillæ
Urbibus, ut memorant, primo de fomite ſumta eſt,
Sacraruntque focos aut 29 Phryx aut 30 Grajus alumnos.
Antiquis elementa 31 labant 32 erroribus, ac de
1 Legitimo 2 diſcuſſa modo plerumque feruntur
In caſus alios, quam lex habet, aut iter anni.
Nunc conſumit edax ſegetem rubigo 3 maligni
Aëris ex vitio, nunc 4 culpam vere 5 tepenti
Poſt Zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
6 Ambuſtumque 7 caput culmi 8 fuligine tingunt.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
Continuis nimiisque perit conſtricta pruinis,
Nec potis eſt tenuem telluri adfigere 9 fibram:

26. Laomedon, Pater Priapi, conduxit Neptunum, & ei primum promiſit, ut ei Trojam ædificaret, ſed non dato pretio, illius inſtinctu, iterum Græcis deſtruxit. 27. Trojæ. 28. Apolline & Neptuno. 29. Trojanus. 30. Græcus. 31. vacillant. 32. de peccatis. 1. â recto. 2. acta. compulſa. 3. corrupti. 4. corruptionem. 5. ſi poſt ver tepens & poſt Zephyros, glacies aquilonis venit, tunc ſterilitas venit. 6. exuſtum. 7. ſpicam, pro initio ponitur. 8. nigro-

Mox 10 ejecta ſolo glacie 11 ſidente ſuperſit,
Nudaque ſubducto radix avellitur arvo.
12 Ancipites tribuli 13 ſubeunt, & carduus horrens.
Hos fert ſicca ſitis: hunc 14 ebrius educat humor.
16 Temperies effuſa minus, vel plus, agit iſtos
Terrarum morbos, & mundum vulnerat agrum.

Non aliter noſtri corruptus corporis uſus
In vitium plerumque cadit, nec in ordine recto
Perſtat, & 17 exceſſu moderaminis adſicit artus:
Unus enim ſtatus eſt mundique & corporis hujus,
Quod gerimus: natura eadem ſuſtentat utrumque.
18 Edita de nihilo creſcunt, nihilumque 19 futura
Aut titubant morbis, aut tempore victa ſeneſcunt.
Nec natura caret vitio, cui terminus inſtat.
Semper 20 crede, polus variis 21 proventibus annos
22 Texuit. nos multâ dicavit fruge 23 fluentes:
Quoſdam infelices 24 aſtris 25 damnavit iniquis,

8. nigredine. 9 radicem. 10. H. ita ſcripti conſtanter, non *erecta*. 11. I. remanente. 12. acuti. 13 creſcunt 14 H *crebrior humor* in priore Rottend. 15 I. nutrit. 16. ſc. aëris. 17. prævaricatione. 18. prolata. 19. ſunt. 20. H *credo* Egmondanus. 21. I. utilitibus, fructibus. 22 ordinavit. 23. abundantes venientes. 24. auris nequis. 25. claudit 26. inuti-

Spe 26 caſſâ & ſterili cumm 27 fruſtratus agreſtem.
Sed, ſi Veſtales ulciſcitur iſta puellas
Peſtis, ab 29 inſido quæ gignitur improba mundo,
Cur non Chriſticolûm tantùm populatur agellos,
Per quos Virginibus veſtris ſtata dona negantur?
Utimur & ruris 30 reditu, & ratione colendi;
Exercere manus non pænitet: &, lapis illic
Si ſtetit, antiquus quem cingere ſueverat error
Faſciolis, vel gallinæ pulmone 31 rogare,
Frangitur, & nullis violatur 1 Terminus extis:
Et, quæ fumificas arbor vittata lucernas
Servabat, cadit ulirici ſuccisa 3 bipenni.
Nec tamen idcirco minor eſt aut fructus agelli,
Aut 4 tempeſtatis clementia læta 5 ſerena,
6 Temperet aut pluvius qui culta novalia ventus.

inutili. 27. decipiens, ſc. polus. 28. quia nunquam in uno ſtatu permanet. 29. H. *Chriſticolum agros)* *Chriſticolos agros* alter Rottend. quod omnino concinnius videtur. Mox *faſceolis* Thuan. & Oxon. Tum *rogare* ſcripti conſtanter; pro ſquo Giphenius *rigare*. 30. I. fructu; quia labor poſt laborem venit. 31. *rigare*] placare. 1. lemes, Marckſtein. 2. in ſacrificando. 3. dolatura. 4. auræ. 5. puræ. 6. H. *temperet aut pluvius)* *temperet* ſcripti. Aldus etiam probe, *pluvius ventus*. Deinde *amplo in gaudia cenſu* cum Cauchio & Gro-

Sed nec 7 magno opus eſt 8 frugi viventibus, & tam
Maxima proveniunt, non amplo in gaudia cenſu
Solvimur, inque lucrum ſtudio exſultamus avaro,
Nam quibus æternum ſpes informatur in ævum,
Omne bonum tenue eſt, quod præſens ingerit ætas.
O felix nimium ſapiens & ruſticus idem,
Qui terras animumque colens, impendit 9 utrumque
Curam pervigilem: quales, quos imbuit auctor
Chriſtus, & 10 adſumtis dedit hæc præcepta 11 colonis.
Semina cùm ſulcis committitis, arva 12 cavete
Dura lapillorum macie, ne decidat illic,
Quod ſeritur: primò quoniam præfertile germen
13 *Luxuriat: ſuco mox deficiente, ſub æſtu*
14 *Sideris igniferi ſitiens torretur & aret.*
Neve in ſpinoſos incurrant ſemina vepres;
Aſpera nam ſegetem 15 ſurgentem vincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus artat acutis.
Et ne jacta via ſpargantur in 16 aggere grana:
17 *Hæc avibus quia nuda patent, paſſimque vorantur,*

Gronovio. Etſi obnituntur codices antiqui pene omnes. Nam prior Boherius etiam *amplo cenſu*. 7. I. alimento. re. 8. abſtinenter vel parce. 9. terrenis & cœleſtibus. 10. electis. 11. Apoſtolis. 12. vitate. 13. abundat. 14. ſolis. 15. creſcentem. 16. itinere.

17. præ-

Immundique jacent fœda ad ludibria corvis.
Hic Deus agricolam confirmat legibus. ille
Jus cæleſte Patris non 18 *ſumma intelligit aure;*
Sed ſimul & 19 *cordis ſegetem* 20 *diſponit & agri,*
Ne minùs interno niteant præcordia cultu,
Quàm cùm læta ſuas oſtentant jugera meſſes.
21 *Exſtirpamus enim ſentos de pectore vepres,*
Ne vitioſa necent germen vitale flagella,
Ne frugem ſegetemque animæ ſpinoſa malorum
Impediat ſentis ſcelerum peccamine crebro,
1 *Glarea ne tenuis jejunis ſiccet harenis*
Marcentem ſub corde fidem, ne pectoris æſtus
Flagret, & 2 *effetis urat* 3 *charismata venis.*
Denique, ne jecoris 4 *detritâ in parte relinquat*
Vilis cura Deum: ne ſpem, qua veſcimur 5 *intus,*
6 *Deſerat, obſcœniſque avibus permittat edendam,*

17. præcepta dedit. 18. H. *non ſurda* pro diverſa ſcriptura Thuaneus. Mox *exſtirpemus*, alter Rottendorphius. Deinde *ſentis*, non *ſentix* in Thuan. & priore Rottend. 19. I. verbum prædicationis. 20. ſtatuit. 21. evellimus. 1. terra petroſa vel harenoſa 2 infœcundis. vacuatis. 3 dona DEI. 4. conculcata à dæmonibus. 5. q. ſemine. 6. in via,

Et projecta fides hoſti ſit præda volucri.
Talis noſtrorum 7 *ſollertia centuplicatos*
Agrorum 8 *redigit fructus: quibus* 9 *acrius inſtat,*
Nec 10 *metuit, ne congeſtum populetur acervum*
11 *Curculio, vel nigra cavis formica recondat.*
Sunt & Virginibus pulcherrima præmia noſtris,
Et 12 *pudor, & ſancto tectus velamine vultus,*
Et privatus honos, nec nota & publica forma,
Et raræ 13 *tenuesque epulæ, & mens ſobria ſemper,*
Lexque pudicitiæ, vita cum fine, peracta.
14 *Hinc* 15 *decies deni rediguntur in horrea fructus,*
16 *Horrea nocturno non umquam obnoxia furi.*
Nam cælum fur nullus adit: cæleſtia numquam
Fraude reſignantur: fraus terris volvitur imis.

Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,
Diſcutiam; qua lege regat decus omne 17 *pudoris.*
Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis;

ſed in bona terra. 7. ſtudium, ſi ita ſtudioſe hæc facta fuerint. 8. reſtituit. H. *reddit*) *redigit* ex ſcriptis. 9. I. fortius vel fortiter. 10. noſtra fides. 11. Hamſter. Vermis pro diabolo. 12. caſtitas. 13. viles vel parvæ. 14. poſt hæc. 15. de viduis dicit modo. Decies ſeni, ſexaginta faciunt, & ſex ſexagenarius viduis pertinet. 16. ſc. dico, 17. caſtitatis. 18. continu-

Ante voluntatis propriæ quàm libera ſecta,
Laude pudicitiæ fervens & amore Deorum,
Captivus pudor ingratis addicitur aris,
Nec 19 contemta 20 perit miſeris, ſed ademta voluptas
Corporis intacti: non mens intacta tenetur:
Nec requies datur ulla toris; quibus innuba 21 cæcum
Vulnus, & amiſſas ſuſpirat femina tædas:
Tum, quia non totum ſpes ſalva interficit 22 ignem:
Nam 23 reſides quandoque 24 faces 25 adolere licebit,
Feſtaque decrepitis 26 obtendere 27 flammea canis,
Tempore 28 præſcripto membra intemerata 29 requirens,
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
1 *Dum thalamis habilis tumuit vigor, inrita nullus*
Fecundavit amor materno viſcera partu.
Nubit anus veterana, ſacro perfuncta labore,
Deſertiſque focis, quibus eſt famulata juventas.

nubia. 19. deſpecta. 20. ſponte. 21. occultum. 22. amorem. minna. 23. pigras, erloſchen. 24. amoris. 25. incendere. 26. operire. 27. libidinoſa. 28. in L. anno. In LXXX. anno 29 veſta (H. *Tum*) *dum* ex ijsdem. Mox cum Aldo & priore Rottend *juventas*. Quo Thuaneus cum priore Rottend.* alludunt. In quibus *juvenus*. *Juventas* pro *juven-*

 tute.

Transfert 2 emeritas ad fulcra jugalia rugas,
Diſcit in gelido nova nupta tepeſcere lecto.
Interea, dum torta vagos ligat infula crines,
Fatalesque 3 adolet prunas innupta ſacerdos,
Fertur per medias, ut publica pompa, plateâs,
4 Pilento reſidens molli, ſeque ore retecto
Imputat 5 attonitæ virgo 6 ſpectabilis Urbi.
Inde ad conſeſſum 7 caveæ pudor almus, & expers
8 Sanguinis it pietas hominum viſura cruentos
9 Congreſſus; mortesque & vulnera 10 vendita paſtu
Spectatum ſacris oculis. ſedet illa verendis
Vittarum inſignis 11 faleris, fruiturque 12 laniſtis.
13 O tenerum mitemque animum! conſurgit ad ictus:
Et, quotiens victor ferrum jugulo inſerit, illa
Delicias 14 ait eſſe ſuas, pectusque jacentis
Virgo modeſta jubet converſo pollice rumpi:
Ne lateat pars ulla animæ 15 vitalibus imis,

rute. De quo ad Maronem & Claudianum. 2. I. veteranas, ſenio plenas. Emeriti dicuntur milites, quia ceſſant mereri, i. militare. 3. incendit. 4. pilentum & eſſeda & petorritum genus vehiculi ſunt, & una eademque. 5. ſtupenti. 6. deſiderabilis. 7. theatri. 8. generationis. 9. certamina. 10. emta, quia ad hoc viſebantur, ut in theatro ludis interficerentur. 11. muliebribus ornamentis. Falera propriè ornamenta equorum, & faleratum ſermonem vocamus valde ornatum. 12. gladiatoribus. 13. Ironi-

Altius impreſſo dum palpitat enſe 16 ſecutor.
Hoc illud meritum eſt, quod continuare feruntur
Excubias, 17 Latii pro majeſtate Palati;
Quod redimunt vitam populi, procerumque ſalutem?
Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora 19 tæniolis, & licia crinibus addunt?
Et quia ſubter humum 20 luſtrales teſtibus Umbris
In flammam jugulant pecudes, & murmura miſcent?
An quoniam 21 podii meliore in parte ſedentes
Spectant, æratam 22 faciem quàm crebra 23 tridenti
24 Inpacto quatiant haſtilia, ſaucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat harena,
Cum fugit & quanto veſtigia ſanguine ſignet?
1 *Quod genus ut ſceleris jam neſciat aurea Roma,*
Te precor, Auſonii 2 Dux auguſtiſſime regni;
Et tam triſte ſacrum jubeas, ut cetera, tolli.

tonice. 14. dicit. 15. præcordijs. 16. gladiator. 17. Italici. 18. male vel bene, dicit; quia aliquando turpiter. 19. ſummitas vittæ, ſed hic pro tota tunica. 20. quæ luſtrant, i. purgant. 21 Circi val theatri. 22. gladiatoris. 23. H. *tridente*) *tridenti* codices. Et 1122. *patri ſuperſt* & v. 1131. *ducem bellis* Oxonius & prior Rottend. cum Weitzianis nonnullis. 24. I. immiſſo. 1. hoc. 2. ô Theodoſi, ad Conſtantinum loquitur, filium Conſtantini,

Perſpice, nonne 3 vacat meritis locus iſte 4 paterni:
Quem tibi ſupplendum Deus, & genitoris amica
Servavit pietas? ſolus ne præmia tanta
Virtutis caperet, Patrem tibi, nate, reſervo,
Dixit, & intêgrum decus intactumque reliquit.
Arripe dilatam tua, 5 Dux, in tempora famam,
Quodque patri ſupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
Ille Urbem vetuit taurorum ſanguine 6 tingui:
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto 7 litari.
Nullus in Ube cadat, cujus ſit pœna 8 voluptas:
Nec ſua virginitas oblectet 9 cædibus ora.
Jam ſolis contenta feris infamis 10 harena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit devota Deo, ſit tanto Principe digna,
Et virtute potens, & criminis inſcia Roma,
Quemque ducem bellis ſequitur, pietate ſequatur.

ni, Theodoſius. 3. reſiduus eſt. 4. Arcadij. 5. ô Theodoſi. 6. maculari, immolari. 7. ſacrificari. 8. delectatio aliorum. 9. miſerorum. 10. theatrum.

AU-

AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. CL.

DIPTYCHON,1

Sive Titulus utriusque TESTAMENTI.

TESTAMENTUM VETUS.

De Adam, & Eva. I.

EVa columba fuit tunc candida; nigra deinde
Facta, per anguinum maleſuadâ fraude vene-
num,
Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

De Abel & Cain. II.

Fratrum ſacra Deus nutu distante duorum
Æſtimat, accipiens viva, & terrena refutans,
Ruſticus invidiâ paſtorem ſternit. in Abel
Forma animæ exprimitur: caro noſtra in munere
Cain.

---

1. H. Hoc ex conjectura Giphanij. In Gloſſa Oxonienſi, *Iſte liber proprie Dirocheum vocatur.* Alter codex Oxonius, *Incipiunt tituli hiſtoriarum Aurelij Prudentij Hiſpanienſis, quod Dirocheum de utroque teſtamento vocatur.* In Thuaneo liber hîc ſolummodo ſub *Titulo hiſtoriarum* citatur initio operis, ubi index poëmatum Prudentianorum exhibetur. Et ſub finem hujus poëmatij, *Explicit tituli hiſtoriarum.* Membranæ Cauchij, *Tetra-*

Arca Noë. III.

Nuntia diluvii jam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis olivæ:
Corvus enim ingluvie per fœda cadavera captus
Heſerat: illa datæ revehit nova gaudia pacis.

Ilex Mambre. IV.

Hoſpitium hoc Domini eſt, ilex ubi frondea Mambre
Armentale ſenis protexit culmen: in iſtâ

ſticha de veteri & novo Teſtamento inſcribunt. *Diraecheum* pro *Diptycho* etiam in Gennadij vetuſtis codicibus occurrit. Non defuere, qui hoc poëmatium Prudentio neſcio cui Amœno aſſertum voluerint. Quia nimirum Sichardus Amœni nomen huic poëmatio præfixum in membranis Wernheri Wolffini Argentoratenſis reperiſſet, id ſequendum eſſe ſit arbitratus Georgius Fabritius, eamque in rem verſus nonnullos ſic ſatis putidos Weitzianæ editioni hujus poëmatij præmiſſos eſt videre. Sichardus ipſe Sedulio Diptychon adjudicabat. § De auctore hujus opuſculi ut temere nil asſeverave-rim ipſe, ſic Prudentij noſtri illius fœtum hic minime agnoſco. Quod & ipſum jam ante me cenſuerunt quoqu præter Sichardum & Fabricium, Aldus Manutes, Poſſevinus in Apparatu ſacro, alij. Quanqium inficias haud iverim, occurrere in hoc opuſcuua modos loquendi complures ad Prudentianulo genium plane compoſitos. In bibliotheca patrum hæc interpolata utcunque exhibentur. Lemmata tetraſtichorum ex Thuano codice expresſimuam, quod in vetuſtius horum exemplar inci-

Riſit Sarra caſâ, ſubolis ſibi gaudia ſera
2 *Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.*

Monumentum Sarræ. V.

Abraham 3 mercatus agrum, qui conderet oſſa
Conjugis: in terris quoniam peregrina moratur
Juſtitia atque fides. hoc illud millibus emtum
Speleum, ſanctæ requies ubi parta favillæ eſt.

Somnium Pharaonis. VI.

Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per ſomnum viſæ portendunt, diſpare formâ,
Uberis atque famis duo per ſeptennia tempus
Inſtare: hoc ſolvit Patriarcha, interprete Chriſto.

Joſeph à fratribus agnitus. VII.

Venditus inſidiis fratrum puer: ipſe viciſſim
4 *Cratem in fratris ſacco clàm præcipit abdi:*
Utque reos furti Joſeph tenet; 5 auctio fallax
Proditur: agnoſcunt fratrem, veniâque pudeſcunt.

Ignis in rubo. VII.

Sentibus involitans Deus igneus ore coruſco
Compellat juvenem, pecoris tunc fortè magiſtrum.
Ille capit juſſus, virgam: fit vipera virga
Solvit vincla pedum: properat Pharaonis ad arcem.

Iter per mare. IX.

Tutus agit vir juſtus iter, vel per mare magnum,

incidere haudquaquam datum ſic nobis. 2. I. dari. 3. H. *mercatur*] *mercatus* in ſcriptis. Deinde *cui conderet* Thuan. Egmond. & alij nonnulli. Ad annotata Pſychom. v. 105. 4. I. *cratemm*) ſcyfum.

actio)

Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt,
Cùm peccatores rabidos eadem freta mergant.
Obruitur Pharao: patuit via libera Moyſi.

Moyſes accipit legem. X.

Fumat montis apex divinis ignibus: in quo
Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moyſi
Traditur. ille ſuos ſuceptâ lege reviſit:
Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum.

Manna & coturnices. XI.

Panibus Angelicis albent tentoria patrum.
Certa fides facti: tenet arcus aureus exin
Servatum Manna. ingratis venit altera nubes,
Atque avidos carnis ſaturat congeſta coturnix.

Serpens æneus in eremo. XII.

Fervebat via ſicca eremi ſerpentibus atris,
Jamque venenati per livida vulnera morſus
Carpebant populum: ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, anguem.

Lacus myrrhæ in eremo. XIII.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna
Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat.
Moyſes ſanctus ait: Lignum date, gurgitem in iſtum
Conjicite: in dulcem vertentur amara ſaporem.

Helim lucus in eremo. XIV.

Devenere viri Moyſe duce, ſex ubi fontes,
Et ſex fortè alii 6 vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas: qui myſticus Helim
Lucus Apoſtolicum numerum libris quoque 7 pinxit.

---

actio) *auctio.* Et *venia pudeſcunt* ſcripti. 6. l. lucido. 7. figuravit.

Duodecim lapides in Jordane. XV.

In fontem reſtuo Jordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit.
Teſtes bis ſeni lapides quos flumine in ipſo
Conſtituere patres, in formam diſcipulorum.

Raab meretrix. XVI.

Procubuit Hiericho: ſola ſtant atria Raab.
Hoſpitæ ſanctorum meretrix (tanta eſt fidei vis)
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
8 *Ignibus adverſis in ſignum ſanguinis offert.*

Samſon leonem necat. XVII.

Invictum virtute comæ leo frangere Samſon
Adgreditur. necat ille feram: ſed ab ore leonis
Mella fluunt: maxilla aſinæ fontem vomit ultro.
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

Samſon vulpes capit. XVIII.

Ter centum vulpes Samſon capit, ignibus armat,
9 *Pone faces caudis circumligat, in ſata mittit*
Allophylûm, ſegeteſque cremat. ſic callida vulpis
Nunc hereſis flammas vitiorum ſpargit 10 *in agros.*

David Goliam ſternit. XIX.

David parvus erat, fratrum ultimus, & modò
Ieſſe
Cura gregis, citharam formans ad ovile paternum:
Inde ad delicias Regis. mox horrida bella
Conſerit, & fundâ ſternit ſtridente Goliam.

De Regno David. XX.

Regia 11 *mitifici fulgent inſignia David:*

8. gentibus. 9. Iuxta. 10. Ecclesiæ, 11, H. *mirifici*) *mitifici* ex ijsdem. Monitum

Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara.

Omnia conveniunt Chriſto: chalamys, atque corona;

Virga poteſtatis, cornu crucis, altar olivum.

Ædificatio templi. XXI.

Ædificat templum ſapientia per Solomonis
Obſequium: Regina Auſtri grave congerit aurum.
Tempus adeſt, quo templum hominis ſub pectore Chriſtus
Ædificet, quod 12 Graja colant, quod 13 barbara dicent.

Filii Prophetarum. XXII.

Fortè Prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripâ, cecidit diſcuſſa bipennis.
Gurgite ſummerſum eſt ferrum: ſed mox leve lignum
Injectum ſtagnis, ferrum revocabile fecit.

Captivitas Iſraël. XXIII.

Gens Ebraeorum peccamine capta frequenti,
Fleverat exſilium dira Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos, praecepta recuſat,
Organaque in ramis ſalicis ſuſpendit amara.

De Rege Ezechia. XXIV.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
Praeſcriptum proferre diem, legemque obeundi

---

tum jam Peri Steph. Hymno VII. v. 42. 12. (gaza) bona operatio. 13, inculti mores, 14, lineis; fc

cum

Tendere: 14 *tot gradibus, quot veſpera texerat umbram,*
Lumine perfuſis, docuit Sol verſus in ortum.

TESTAMENTUM NOVUM.

Annuntiatio Dominica. XXV.

Adventante Deo deſcendit nuntius alto
Gabriel Patris ex ſolio ſedemque repentè
Intrat virgineam. Sanctus te Spiritus, inquit,
15 *Inplevit Maria: Chriſtum paries, ſacra virgo.*

Civitas Bethlehem. XXVI.

Sancta Bethlem caput eſt orbis: quæ protulit Jeſum.
Orbis principium, caput ipſum principiorum.
Urbs hominem Chriſtum genuit: qui Chriſtus agebat
Ante Deus, *quàm Sol fieret, quàm Lucifer eſſet.*

Magorum munera. XXVII.

Hic pretioſa Magi, ſub virginis ubere, Chriſto
Dona ferunt puero myrrhaque & turis & auri.
Miratur genetrix tot caſti ventris honores,
Seque Deum *genuiſſe hominem,* 16 *Regem quoque ſummum.*

Ab Angelis paſtores admoniti. XXVIII

Pervigiles paſtorum oculos vis numinis implet

cum veſpere. H. *quod gradibus, quos veſpera texerat umbra*] *tot gradibus, quod veſpera texerat umbram* ex ijsdem. Cum vulgatis ſentit Egmondanus. 15. *implebit*) *implevit* Thuan. Oxon. Egmond & Aldus. 16. *Regemque ſupremum*) *Regem quoque ſum-*

Angelici, natum celebrans de virgine Chriſtum.
Inveniunt tectum pannis: præſepe jacenti
Cuna erat: exſultant alacres, & Numen adorant.

Occiduntur Infantes in Bethlehem. XXIX

Impius innumeris infantum cædibus 17 *hoſtis.*
Perfurit Herodes, dum Chriſtum quærit in illis.
Fumant lacteolo parvorum ſanguine cunæ
Vulneribusque madent calidis pia pectora matrum.

Chriſtus baptizatur. XXX.

18 *Perfundit, fluvio paſtus Baptiſta locuſtis,*
Silvarumque favis, & amictus veſte cameli,
Tinxerat & Chriſtum: ſed ſpiritus æthere miſſus
Teſtatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

Pinna templi. XXXI.

Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, usque
In ſæclum ſacli, quem ſpreverunt ædificantes;
Nunc caput eſt templi, & 19 *lapidum conpago duorum.*

Ex aqua vinum. XXXII.

Fœdera conjugii celebrabant auſpice cœtu
Forte Galilæi: jam deerant vina miniſtris:
Chriſtus vaſa jubet properanter aquaria lymphis
Impleri: inde meri veteris defunditur unda.

Piſcina Siloa. XXXIII.

Morborum medicina 20 *latex, quem ſpiritus horis*
Eructat variis: fuſum ratione latenti,

ſummum ſcripti. 17. *noctis* Thuan. & emendatum *actis*. 18. *perfudit* in Thuaneo. 19. *laterum*) *lapidum* noſtri. 20. *latet* in ſcriptis. & *ſpiritus* horis.

21. *ma-*

Siloam vocitant: ſputis ubi condita cæci
Lumina Salvator juſſit de fonte lavari.

Paſſio Joannis. XXXIV.

Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo
Joannis caput, abſciſum quod lance reportet
Inceſta ad gremium matris. fert regia donum
Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine juſto.

Per mare ambulat Chriſtus. XXXV.

It mare per medium Dominus, fluctuſque liquentes
Calce terens, jubet inſtabili deſcendere cumbâ
Diſcipulum: ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit: at ille 21 manum regit, & veſtigia firmat.

Dæmon miſſus in porcos. XXXVI

Vincla ſepulcrali ſub carcere ferrea dæmon
Fregerat: erumpit, pedibuſque advolvitur Jeſu.
Aſt hominem Dominus ſibi vindicat, & jubet hoſtem
Porcorum 22 rapere greges ac per freta mergi.

Quinque panes, & duo piſces. XXXVII.

Quinque Deus panes fregit, piſceſque gemellos:
His hominum largè ſaturavit millia quinque.

---

21. *manu* Rottend. nec damnare auſim, eſt enim manifeſta Maroniani illius imitatio ex 3. Æneid.

Truncâ manum pinus regit & veſtigia firmat.

Ubi pari à me modo inventum in pervetuſtis exemplaribus non paucis, *manu*. Præterea *plantas mergitur* in Egmond. & Nomſio, eleganti Græciſmo, *Plantis mergitur* in Oxonio. 22. *furiare*

Implentur 23 nimio micarum fragmine corbes
Bis ſeni: æternæ tanta eſt opulentia menſæ.

Lazarus ſuſcitatus à mortuis. XXXVIII.

Conſcius inſignis facti locus in Bethania
Vidit ab infernâ te, Lazare, ſede reverſum.
Apparet ſciſſum fractis foribus monumentum,
Unde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

Ager ſanguinis. XXXIX.

Campus Acheldemah ſceleris mercede nefandi
Venditus, exſequias recipit tumuloſus humandas.
Sanguinis hoc pretium eſt Chriſti 24 Juda eminus arat
Infelix collum laqueo, pro crimine tanto.

Domus Caiphæ. XL.

Impia blaſphemi cecidit domus ecce Caiphæ:
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.
25 Hic peccatores manet exitus: obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine jacebit.

Columna, ad quam flagellatus eſt Chriſtus. XLI.

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atque columnæ

---

aptare cum noſtris. Apud Theodulphum tamen de eâdem re:

Das pecorum furiare greges, juſtiſſime judex.

23. *minima*) *nimia* ijdem codices. 24. Aldus, *Jude minus arat in Coll. laqueum*. In Nomſio, *Juda minus a. I. C. laqueum*. Egmond. Thuan. prior Boher. *Jude eminus a. I. C. laqueo*. In Oxonio, *Jude eminus ar. Inf. collaqueum*. Forte, *Juda manus arat Infelix collum laqueo*. 25. I. talis. 26. H. Abeſt ab omni.

Adnexus tergum dedit, ut ſervile, flagellis.
Perſtat adhuc, templumque gerit veneranda columna,
Noſque docet cunctis immunes vivere flagris.

Paſſio Salvatoris. XLII.

Trajectus per utrumque latus, laticem atque cruorem
Chriſtus agit. ſanguis, victoria: lympha, lavacrum eſt.
Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis: negat ille Deum, fert iſte coronam.

Sepulcrum Chriſti. XLIII.

26 *Chriſtum non tenuit ſaxum, non clauſtra ſepulcri:*
Mors illi devicta jacet: calcavit abyſſum.
Sanctorum populus ſuperans ſimul exit ad oras,
Seque dedit multis tactuque oculiſque probandum.

Mons oliveti. XLIV.

Montis oliviferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad Patrem rediit, ſignans veſtigia pacis
Frondibus æternis: præpinguis liquitur humor;
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

Paſſio Stephani. XLV.

Primus init Stephanus mercedem ſanguinis, imbri
Adflictus lapidum: Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat, ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus. ô prima pietas miranda corona!

mnibus membranis noſtris hoc tetraſtichon, & abeſſe debet. Nam cum Veteri Teſtamento tetraſticha viginti quatuor, Teſtamento Novo totidem videatur aſſignaſſe Prudentius, ut æqualis u-

Porta ſpecioſa. XLVI.

Porta manet templi, Specioſam quam vocitarunt.
Egregium Solomonis opus: ſed majus in illâ
Chriſti opus emicuit: nam claudus, ſurgere juſſus
Ore Petri, ſtupuit 27 damnatos currere greſſus.

Viſio Petri. XLVII

Somniat inlapſum Petrus alto ex æthere diſcum,
Confertum omnigenis animalibus. ille recuſat
Mandere: ſed Dominus jubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad myſteria gentes.

Vas electionis. XLVIII.

Hic lupus antè rapax veſtitur vellere molli:
Saulus qui fuerat, fit ademto lumine Paulus.
Mox recipit viſum, fit Apoſtolus, ac populorum
Doctor, & ore potens corvos mutare columbis.

Apocalypſis Joannis. XLIX.

Bis duodena ſenum ſedes, pateris citharisque,
Totque coronarum fulgens inſignibus, agnum
Cæde cruentatum laudat: qui 28 evolvere librum,
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

trimque tetraſtichorum numerus conſtituatur, hos verſus tollendos eſſe facile apparet. 27. I. ablatos: H. *laxatos*) *damnatos* Thuan. & alij nonnulli. In Egmondio *laxatus*. Opinor *luxatos*. Sic Cathem. hymno II. Weitzius dabat *luxante claudus poplite*. Sed ſcripti illic conſtanter *lapſante*. Hic facilis fuit mutatio. Quamquam *damnati greſſus* eleganter & poëticè omnino dicti poſſunt videri. Sic Hamartig. v.62.

Damna aures, pater alme, meas, & claude meatus.

28: *volvere* Thuan & alij nonnulli.

FINIS POEMATUM PRUDENTII.

NOTIS HEINSII ADDENDA
& in ijſdem mutanda nonnulla.

PErductis à Typographo jam propemodum ad finem animadverſis in Prudentium noſtris, opportunè admodum evênit, ut Juvenis Clariſſimus Nicolaus Witzen, patre conſulari filius omnino dignus, ex Gallicana redux peregrinatione, Amſtelædamo perferendas ad me perquam officioſe curarit Prudentii membranas oppido vetuſtas ac notæ perquàm præſtantis, quas ex Abbatia Egmondana nactus olim vir in litteraturâ hac noſtrâ celeberrimus Janus Gruterus non uno in ſcriptis ſuis collaudavit loco. Depromſit quidem ex eodem exemplari diſcrepantem ſcripturam ante nos in Prudentii editione abs ſe procuratâ Weitzius, ſed non ea, qua opportuiſſet, diligentiâ; cum non ſit uſus, uti teſtatur ipſe, hoc exemplari, ſed oculis Gruterianis opellam ſuam omnem crediderit, à quo varias, ut vocant, lectiones Egmondani codicis ſibi comparaſſet. Atque hinc contigiſſe opinor, ut frequenter à ſcopo Weitzius in collectione veteris ſcripturæ, quantum ad has ipſas membranas, quæ Prudentii omnia, quotquot quidem ad nos pervenerunt, opuſcula complectebantur, aberrarit; ſive Gruteri conjecturas nonnumquam pro ſchedis Egmondanis, ut fit, amplexus, ſive quod Gruterus, Palatinum quoque aut alium quemcunque codicem antiquum Prudentii adhibuiſſet, quem ab Egmondano noſter ille non ſatis valuerit diſcernere. Percurri igitur id ipſum exemplar denuo totum, etſi alibi occupatiſſimus, nec lucubrationis pœnitet: præ-

ſertim cum ſubſidia ex Galliis nova huic codici acceſſiſſent. Emericus quippe Bigotius, jam ſæpenumero laudatus nobis, edoctus per amicos, Divione in bibliothecâ Ampliſſimi Præſidis Johannis Boherii membranis antiquis egregie inſtructâ, aſſervari duos manu exaratos Prudentii codices, quorum unus magnæ eſſet vetuſtatis, facile perſuaſit Johanni Baptiſtæ Lantino Senatori terſiſſimæ eruditionis, quicum uſus neceſſitudinis jam mihi longus intercedebat, & Jacobo Auguſto Chevaneo JCto itidem inſigniter litterato, ut eſt uterque ſingulari præditus comitate, ne laborem excutiendi codicis alterni meæ in ſpem gratiæ, ac publicæ utilitatis ergo, ſubterfugerent. Illis igitur, ut & Ampliſſimo Boherio, ad quem codices ipſi ſpectant, acceptum abs te referendum eſt, Lector, quicquid inde commodi ac ſalutis ad Prudentium, nævis non paucis hactenus fœde inquinatum, redundavit; & redundavit ſane non parum. Quod tamen nos operoſius profitendum curis ſecundis reſervamus. Nunc videamus, quid addi ac mutari in Notis conveniat.

Pag. 1. lin. 23 deleantur iſta, *Ceteri etiam codices initio Cathemerinon erant mutilati, ipſam de qua agimus, præfationem Prudentius.* pro quibus repone, Nonnulli codices operis initio ac capite erant truncati; cum omnes, quos adhibui, à Cathemerinis ordirentur. Exſtabat autem Cathemerinon præfatio in Oxoniis ac Thuaneis membranis, etiam in Boherio codice utroque. Egmondanus præfationem dabat cum hac inſcriptione,

ne, INCIPIT PROHEMIUM AURELII PRUDENTI. Non igitur prohœmium eſt Cathemerinon hæc præfatio, ſed omnium Clementis noſtri poëmatum, quod ipſum, ni fallor, Egmondani libri titulus liquide ſatis deſignat. Ceterum uti præfatio hæc operis univerſi exordium complectitur in plerisque membranis, ſic vetuſti quoque codices plerique epilogum voluminis faciunt præfationem illam, quæ nunc ante librum περὶ στεφάνων legitur. eſt autem ejus inſcriptio talis in membranis Egmondiis, INCIPIT DE OPUSCULIS SUIS PRUDENTIUS. Unde illam quoque ad univerſum Clementis noſtri poëticum opus epilogi loco referri oportere non difficulter, puto, agnoſcas. Sed & in Thuaneo ac priore Boherio, DE OPUSCULIS SUIS PRUDENTIUS. In Rottendorphio. INCIPIT DE OPUSCULIS SUIS. Quapropter redeat poſtliminii jure in priſtinum locum, unde exulabat immerito, ea ode; quod tamen in editione hac noſtra neglectum eſt ſequi. Ipſam autem Cathemerinon inſcriptionem noſter Clemens videtur mutuatus ex illo, &c.

pag. 5. lin. 28. poſt *Silium Italicum* XI, v. 445, adde, Nec aliter à manu prima in Egmondano fuerat exaratum.

pag 6. lin. 12. poſt, *vocem ſecutus ſpiritus*, adde Tertullianus libro III contra Marcionem de Chriſto, *volens populi vim paſſus iniqui.* Victorinus Pictavienſis, vel quicumqne alius, de fratribus Machabæis, in exordio opuſculi,

—— ſic namque volentes

De populo meliore Dei ſua jura tenebant.

quem locum temere Rivinus ſollicitabat] refingendo, *ſacra namque colentes.*

lin. 13. poſt. *Altinius.* adde, cum Egmondano & Bohetio priore.

pag. 9. lin. 17. lege, Put. Thuan. & alii. etiam Egmondanus.

pag. 10. lin. 8. lege cum Thuano, Egmond. & Altinio, *Ægros, ſoporos, deſides*, quod & in Palatino Weitzii comparet. recte.

pag. 16. lin. 16. poſt *eſſe.* adde, in Egmondano legebatur *Hieſum*, etiam aliis compluribus locis.

lin. 21. poſt *alibi*, adde, Apud Damaſum Papam in poëmatiis id nomen eſt triſyllabum:

Verbum, homo, rete, lapis, domus, omnia, Chriſtus

Jēſus. ſic & non ſemel apud Henricum Altiſſiodorenſem de vita S. Germani.

p. 17. lin. 30. poſt *conſtanter*, adde, in Egmondano gloſſa erat margini adſcripta, *disſice*, id eſt, *disperge, effuga vel diſcute.* unde apparet, τὸ *diſcute* alterius verbi, quod huc revocavimus interpretamentum eſſe.

p. 23. lin. 10. poſt Egmondanus codex, dele *quomodo* & adde, apud Weitzium. ſed alium codicem is voluit deſignare. Nam Egmondanus ipſe à me inſpectus *fucis* diſertim, *fuſcis* tamen.

pag. 24. poſt lin. 12. adde, v. 75. *Eousque dum lux ſurgeret.*) *Quousque* in Oxonio pro diverſa ſcriptura. Putabam aliquando, *Eoa dum lux ſurgerea.*

geret. ſic *Eoa munera* magorum habes Hymno Epiphaniæ.

pag. 32. lin. 28. adde v. 66. *ſpumea multum gerunt) gerit* Egmondanus pro diverſa ſcriptura. & ſane feminino genere apud Maronem id vocabulum non ſemel occurrit, quem æmulari paſſim noſter amat.

p. 37. lin. 17 adde, quod tamen in Egmondano ab interpolatrice manu erat prælatum.

pag. 48. lin. 8. poſt *invenit*, adde, nec aliter pro diverſa ſcriptura Egmondanus.

p. 49. lin. 18. adde, v. 22. *taurum ſtagnis) fangnis* in altero Boherio.

p. 55. lin. 18. poſt *Weitzianis*, adde, quod à Prudentii manu opinor eſſe. nam Græcis hic proheta dicitur Ἀμβακοὺμ ſic *Solomon* pro *Salomon*, *Sarra*, Σάῤῥα pro Sara. *Moyſes*. Μωυσῆς *Maccabei*, Μακκαβαῖοι. *Emmanuel*, *Leuvi*, *Symeon*, *Nebrobt*, aliaque complura ex nominibus Veteris Teſtamenti Græcum in morem extulit noſter, unde poſſit colligi, uſum Clementem Sacræ Scripturæ non Latina illa, quam nunc habemus, ſed verſione Græca, aut ex Græcis, non Hebraïcis, expreſſa. Niſi volumus contendere ex duplici editione horum poëmatum, quæ liquido evinci poteſt, priorem Græcos interpretes in his talibus ſecutam, poſteriorem Hebraïco contexui adhæſiſſe. Tertulliano tamen eſt *Habacuc* lib. 3. contra Marcionem: *Atque Naum, Habacuc.* in priore Boherio *Ambacuc.*

pag. 56 lin. 24. poſt *ſcripti*, ade, in quibus *ac tu & regu* conſtanter.

lin. 26. poſt *ſubjungit*, adde, aut certe *actum*, pro eó quod agunt homines B. Paulinus epiſtola ad Romanianum,

Corporeis jam nunc movere actibus.

Alcimus Avitus apposite lib. IV.

------ --- Ut juſto quondam ſub tempore Noe
Diluvium varios mundi cum repperit actus.

Occurrit apud eundem id vocabulum frequenter. Theodulphus carmine Bibliis præfixo:

Adde, quod exemplis mundanos inſtruit actus.

Pag. 57. poſt lin. 12. adde, Pſychomachia,

Sic quidquid gerimus mentisque & corporis actu.

pag. 60. lin. 21. poſt *lucet*, adde, Exſtat carmen inter poemata Chriſtiana Drepanii Flori de Cereo Paſchali, ſed ille poſteriorum temporum opera fuit, Theodulpho & Agobordo coævus, ut mirer, hunc ab illuſtriſſimo Baronio animadverſis ad diem VIII. Maii menſis in Martyrologium Romanum, atque etiam in Annalibus Eccleſiaſticis, appellari poëtarum Chriſtianorum vetuſtiſſimum.

pag. 61. lin. 20. poſt *ibi vulgo.* adde. In catalectis veterum poëtarum carmine de menſibus, menſe Majo,

Cereus è dextrâ flammas diffundit odoras.

Cera nimirum grati eſt odoris.

lin. 24. poſt *papyris.* adde, apud noſtrum Apotheoſios v. 197. *olida acerra* ex ſcriptis. & *olidus cultus* ex iisdem libro primo adverſus Symmachum v. 499.

v. 499. quod ad tus & acerram ture olentem referri oportet.

p. 64. lin. 31. poſt *beremi ſitis?* adde nihil frequentius occurrit apud poëtas Chriſtianos, quam prima ſyllaba correpta hujus vocabuli.

Pag. 66. lin. 19. poſt *calmque*. adde, ſic libro II. contra Symmachum v. 681. Egmondanus codex pervetuſtus exhibebant, *caltum inoleſcere Chriſti*, pro *cultus*.

lin. 28. poſt *prælambit*. adde. Alcimus Avitus libro primo poëmatum de Gange,

Motus odorifero quoties qui vertice crevit,
Deciduas pulchro quas ſpargunt flumina luco
Prælambens ſumtur opes. Auctor Geneſios quatuor priorum capitum, quem alii Tertullianum, Cyprianum alii volunt, *Perſpicuumque vadis terram prælambit*.

Poſt lin. 30. adde, in Thuaneo & Egmondano à manu prima, *pariles ſuaviſonantibus*. & recte; apud Lucretium *verſus ſuaviloqui*, & *ſuaviloquens carmen*, & *ſuavidica verba*. noſter *pueros flavicomantes* dixit adverſus Symmachum. infra Hymno IX. *peſtis milliformis dæmonum* Hymno VII. *multimode germen*.

p. 67. Poſt lin. 25 adde. & priore Boherio. nec in contraria Egmondanus diſcedit, niſi quod is in margine alteram quoque ſcripturam agnoſcit. pro qua ſtat & Puteaneus.

pag. 73. poſt lin. 27. adde, Alcimus Avitus poëmatum libro IV. de Jona.

Deglutire virum, fauceſque implere capaces
Arden-

Ardenti monſtro cum ſit permiſſa poteſtas.

p. 75. poſt lin. 22. adde, præterea *praſtrigiator*, non *praſtigiator*, in Egmondano & duobus Weitzii codicibus, de quo nos Periſteph. Hymno II. v. 86. ubi idem quoque Egmondanus cum Puteaneo, *ſuadendo quos praſtigiis exaggeratos obtinet.* apud Apulejum de Mundo *praſtigia* apellantur meteora, quæ in aëre nonnunquam cernuntur. *Nunc de nubium praſtigiis videamus.* & mox, quæ Ariſtoteles dixerat *πεταλίας φαντάσματα* idem Apulejus *praſtigias* vertit, ſive *praſtigia*, ut in vetuſtis Bonavonturæ Vulcanii membranis legebatur. ſed & illic *praſtrigia* reponenda. quod ejusmodi phasmata oculos ludant ac fallant. ſic eidem Apuleio. *Fallunt imagine iris & arcus, & alia.*

Pag. 85. lin. 4. poſt *Torrentii* : adde, in Egmondano minus bene *Ventris receſſus torcitis.*

pag. 86. poſt lin. 15. adde, v. 126. *tertia noctis vice*) *vicem* in Altinio, nec aliter à manu prima Egmondanus. uti & paullo poſt *Monſtri evomentis.*

pag. 91. poſt lin 12. adde, plura diximus Pſychom. v. 479. præterea *menſas omnes* Egmondanus, haud male. quod & Weitzius ex ſuis eſt ſecutus.

Pag. 107. poſt lin. 16. adde. In carmine Merobaudis de Chriſto:

——— *quem miſit ab aſtris*
Æquævus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis artas
Juſſit inire vias.

Pag. 115 lin. 21. poſt *Eutrop. v. 34.* adde, apud Alci-

Alcimum Avitum quoque in poëmatijs *obex* fæminino genere ter quaterve occurrit.

pap. 117. poſt lin. 24. adde, v. 97. *Tunc patres ſanctique multi conditorem pravium*) in Egmondano.

Tunc Patres ſancti quem ultima virorum condidit.

Latet aliquid reconditi ſub illa depravata lectione, quam ex Palatinis membranis quoque profert Weitzius. In Altinio.

Hunc patres ſancti quos ultima ſors virorum condidit.

pag. 121. lin. 26. poſt *profluxiſſe*, adde, in Egmondano ſecundus horum verſuum & tres reliqui ſequentes pro diverſa ſcriptura in margine erant annotati.

pag. 123. poſt lin. 14. adde, nec diſſentit Egmondanus: niſi quod primum verſum ſic exhibet, ut ſupra jam deſignavimus.

pag. 153. lin. 19. poſt *codicibus*, adde, in Egmondano una littera omiſſa, *Satelles ferrum rape.* In altero Boherio, *Ferrum ſatelles arripe.* perperam.

pag. 156. poſt lin. 17. adde, & Boheriano priore, Egmondanus *Qui proficit?* ſic idem paullo poſt, *Qui non liceret moribus.* vid Apotheoſ. v. 265.

pag. 160. poſt lin. 23. adde, etiam Boherianus prior. at in Egmondo *Chriſto figuram finxerint.* qui & *fracta*, non *facta*, proxime præcedenti verſu.

pag. 161. lin. 11. poſt *tertius omnium eſt*, adde, Paſſione, SS. Tarachi, Probi & Andronici, *Omnium beſtiarum ferocior es.*

pag. 166. lin. 19. poſt *Hemiterij &c.* adde, in Egmondano, *incipit liber Periſtephanon. Hymnus San-*

Sanctorum Martyrum Hemeteri & Cheledoni Calagoritanorum.

pag. 173. poſt lin. 23. adde, v, 51. *Dulce nunc juſtis cremari*) *juſſit* in Thuaneo & Boherio priore vetuſtisſimis codicibus. Forte *jus ſit*.

pag. 176. poſt lin. 19. adde, v. 72. *Et chalybe attrita colla*) ita ſcripti conſtanter. Valeat igitur Weitzius cum illo Gruteriano *artita*.

pag. 181. poſt lin. 17 adde, apud Apuleium de Mundo in ſcriptis exemplaribus, *Iris multicolora eſt*, non *multicolor*, ut vulgati.

poſt lin. 30. adde, Sic *ignire* pro candefacere in Paſſione SS. Tarachi, Probi & Andronici, *ignite ferrum fortiter*, & *ignite obeliſcos*, quod & apud Henricum Altisſiodorenſem de vita S. Germani, & apud alios occurrit. *odire opera Nicolaitarum* apud Victorinum Pictavienſem commentario in Apocalypſin. expreſſit Græcum verbum Prudentius, nec præter morem id ſuum. *hymnite*, ὑμνεῖτε

pag. 189. poſt lin. 19. adde, Cathemerinon Hymno VI, v. 140 etiam in nonnullis ſcriptis, ut ſuo loco monuimus.

Procul eſto pervicaci
Praſtrigiator aſtu!

pag. 190. lin. 25 poſt *adhaſerat*, adde, ſic Apotheoſi,

Sed cadit in faciem plebs non viſura, profunda
Legis in effigie ſcriptum per enigmata Chriſtum.

ubi *enigma typum* deſignat vel *figuram*. unde & apparet id vocabulum ſine diphthongo exarandum eſſe: *figuram* dixit præfatione Pſychomachiæ,

Hac ad figuram prænotata eſt linea,

Quam

Quam noſtra recto vita reſculpat pede,
Vigilandum in armis pectorum fidelium.

ad figuram myſticam intellige, ut mox ibidem eſt locuturus In codice Egmondano *ænigmatum nummorum* interpretamenti loco eſt ſuperſcriptum.

pag. 195. poſt l. 28. adde, Apud Henricum quoque Altisſiodorenſem libro V. de vita S. Germani, Diaconus jubetur per S. Germanum itineris ducem erogare in mendicantium manum obviam quicquid nummorum habebat reliquum. Deinde idem recipit Diaconus ducentos ſolidos, à Leporij miniſtris S. Germano oblatos. Diaconorum præterea partes erant, captivis inſervire, ſeu miniſtrorum vicem & officium præſtare, qua de re videndus Lucas Holſtenius animadverſis ad Paſſionem B. Perpetuæ pag. 111. editionis Gallicanæ. Tò *pronus* Putanei codicis hoc loco etiam confirmatur à membranis Bohetianis pervetuſtis.

pag. 246. poſt l. 22. adde, v. 19. *Corduba Aciſclum) Acliſclum* vel *Acliſdum* vetuſtiores libri, niſi quod Puteaneus *Aciſcum*. In Oxonio, *Aſciſdum*, pro *Aſciſclum*. quomodo Adonis in Martyrologio. ſed *Aciſclus* genuinum Martyri eſt nomen. *Aciſculi* in gente Valeria nonnulli dicti ab inſtrumeeto latomico. Vide Familias Romanas Fulvij Urſini à Carolo Patino viro induſtrio & de antiquitate Romana pulchre merenti adauctas nuper admodum.

pag. 252. poſt lin. 31. adde, v. 107. *Laureis doctus*] *doctas* Egmondanus & Oxonius, quod & in nonnullis ſuorum videbatur Weitzius inveniſſe, & Aldus expreſſit, nec auſim damnare, *laureas currere*. Adi infra annotata noſtra ad Hymnum XII. v. 53.

p. 257

P. 257. lin. 30. poſt *Evôti*, adde: quod omnino verum eſt. Vides caſtigatiora exemplaria eo manifeſte contendere, ut *Evotius* Martyr hic Cæſar-Auguſtanus omnino ſit nuncupandus, non *Eventius*. Nam Puteaneus codex hoc ſolum peccavit, quod ſyllabam in eo nomine unam perperam geminatam nobis proponit. *Eventius* tamen dicitur in Martyrologio quoque Baronii Romano, ut & in Hiſpaniæ Martyrologio, cujus Eventii feſtum celebretur a. d. xvi. Kal. Majas. ita, inquam, illa Martyrologia: ſive quod revera in nonnullis vetuſtis exemplaribus pari modo id nomen exaretur, ſive quod interpretes hunc Prudentii locum reſpicientes, quem in rem ſuam illic producunt, iſta pro libitu interpolarint ac refinxerint. Neque aliter Uſuardi & Adonis Martyrologia, ut quidem vulgò circumferuntur. At vero Emericus Bigotius noſter, vir numquam laudandus ſatis, ſeu raram hominis comitatem, ſive eruditionem exquiſitam juvet ſpectare, conſultus ſuper ambiguo hoc nomine, monuit me opportune admodum, in Martyrologii Uſuardi libro pervetuſto, & ad ipſius Uſuardi ætatem propius accedente, quod Lutetiæ Pariſiorum ad D. Germani adſervetur, ita prorſus exſtare ſcriptum: xvi *Kal. Maj. apud Corinthum natalis ſanctorum Caliſti & Chariſii, cum aliis ſeptem, omnium in mare merſorum. Cæſar-Auguſtæ Sanctorum decem & octo martyrum: Quintiliani, Caſſiani, Matutini, Publii, Urbani, Martialis, Fauſti, Succeſſi, Felicis, Januarii, Primitivi, Evoti, Cæciliani. Optati, Frontonis, Luperci, Apodemi & Julii. Hi omnes ſimul ſub* Datiano *Hiſpaniarum*

præ-

fide pœnis adfecti atque interempti ſunt. In Martyrologio Adonis itidem vetuſto ejusdem bibliothecæ, prorſus litterarum ductu eodem Eventii nomen exaratum occurrit, teſte hoc ipſo Bigotio: ut dubitationi locus ſupereſſe haudquaquam videatur. Verum enim vero Adonis Martyrologium à Rosvveydo editum convenit quidem cum aliis de die, quo paſſi ſunt Martyres Corinthii, ſed paſſionem Martyrum Cæſar-Auguſtanorum transfert in diem proxime præcedentem, hoc eſt in diem XVII Kal. Majas. Sed bonum factum eſt, quod *Evoti* nomen illuc Rosvveidus revocavit, haud dubie ex membranis. In Bibliotheca Bigotiana eſt videre Uſuardi quoque Martyrologium manu pervetuſta exaratum, & quód codice S. Germani nihilo ſit recentius, in quo itidem *Evoti* nomen non *Eventii* diſertim exhibeatur. In vetuſta denique editione ejusdem Uſuardi, Lutetiæ per Johannem Capellam Collegii Navarræi concentorem Anno CIↃCCCCXC procurata, *Evoti* exhibetur, teſte jam toties laudato Bigotio. *Eventius* igitur è Martyrologiis exſulare poſthac jubeatur.

v. 169. *artis modus annotatur*) *adnotator* in Egmondano.

pag. 274. poſt lin. 26. adde, Paſſione B. Perpetuæ, *Et cœperunt mei oleo defrigere.* ubi agit de gymnicis. ſed apud Prudentium his non eſt locus.

pag. 297. lin. 17. poſt *Aucorii*, adde, In Martyrologiis XII Kal. Sept. natalis SS. Julii, Juliani. Vincentii, Auguri, & Eulodi celebratur. ita enim codex longe vetuſtisſimus teſte Holſtenio in annotatis ad eum locum.

lin. 28. poſt *ſuperba*, adde, Pſychomachia noſter,

> *Hæc ubi dicta dedit, gradibus Regina ſuperbis*
> *Deſiliit.*

Pag. 302 poſt lin. 22. adde, libro II. contra Marcionem,

> *Saxa ſiunt, & ſemper erunt, niſi magna poteſtas*
> *Solverit inducto molli ſpirante rigore.*

ac apud Alcimum Avitum de laude virginitatis prima in *fieret* producitur.

> *Cum ſtipante choro ſanctorum fieret Abbas.*

p. 307. poſt lin. 27: adde *Siſcia* Pannoniæ civitas in Martyrologiis antiquis non ſemel occurrit. in Notitia imperii, *præpoſitus theſaurorum Siſcianorum Saviæ.* & *procurator monetæ Siſcianæ.* In hac civitate Tiberius cum Meſſalino expeditione Dalmatica hibernarunt, teſte Dione Caſſio, quem locum vir longe doctiſſimus immerito nuper ſollicitavit. huc & trahendus nummus aureus Conſtantini junioris, F L. CL. CONSTANTINUS P. F. AUG. ab altera parte, SIS. ad idem oppidum victus à Theodoſio Auguſto Maximus tyrannus, ac poſtea Aquilejæ obſeſſus capitis ſupplicio adfectus eſt.

pag. 327. poſt lin. 21. adde, v. 88. *impiati & ſeculi*] τὸ & non exhibetur in Egmondio nec in aliis quatuor noſtris. nec in Palatino Weitzii. tres tamen vetuſtiores apud me in contraria videntur ire.

Pag. 341. lin. 27. poſt *intellige*, adde, apud Silium Italicum libro XVII. ubi agit de magna Matre Romam advecta,

Cir-

Circum argutum cavis tinnitibus æra, ſimulque
Cernebant rauco reſonantia tympana pulſu.

pag. 353 lin. 12. poſt *frigentibus*, adde, Ceterum hujus Prudentiani verſus loco in Egmondano, Altinio, Nomſio, & duobus aut tribus Weitzianis,

Quos verum latet, qui ſidunt in ſtipite.

Pag. 369. poſt lin. 16. adde, v. 499. *Vivum ſecatur*] *exſecatur* in Boherio priore.

pag. 387 lin. 28 poſt *Nomſius*, adde, cum vetuſtiore Boherio & Egmondano. probe omnino, ſi diſtinguis,

Quem torva mater eminus triſte intuens,
Vultu & ſeveris vocibus ſic increpat.

Vultu torvo & vocibus increpat. ſic Hamartig.

Vultuque & voce minaci Terribilis.

Pſychomach. —— *vultuque & voce minatur*
Adverſum ſpectans cuneum. Adi annotata ad Pſychomach. v. 555. Claudian. *vultuque & murmure torvus.*

p. 390. poſt lin. 30. adde, v. 776 *Machabaeos*] in Egmondano ac aliis nonnullis, *Maccabaeos*, recte. Μακκαβαῖοι ſunt Græcis.

p. 402, lin. 29. poſt *Torrentiani*, adde cum vetuſtiore Boherio, etiam Egmondanus à ſecunda manu. in quo primitus legebatur *oblatraret* cum vulgatis, quod & Giphanius amplectebatur, hiatu relicto. quod ſolemne noſtro Aldus *oblatteraret.*

pag. 422. lin. 12 adde, Manifeſta alluſio ad locum Matthæi cap xx v. In antiquis Chriſtianorum ſaxis ac monumentis Chriſtus habitu paſtoris exprimebatur, cujus rei fidem facit abunde locis plurimis

Roma ſubterranea Boſii, jam typis deſcripta. Adeundus doctiſſimus Holſtenius ad paſſionem B. Perpetuæ & Felicitatis pag. 126. Nec abludunt ab hoc Clementis loco illa Alcimi Aviti poëmatum libro III, de ſupremo judicio,

Tunc cum ſinceros paſtor diſcreverit agnos,
Hœdis diſparibus diverſa in ſede locatis,

Idem laude Virginitatis de eadem re,

—— ubi ſede ſuperna
Humanum in partes dirimit genus arbiter orbis,
Agnos dextra lavans levos contemnet ut hados.

Tertullianus libro IV. adverſus Marcionem:

Quos in Evangelio Dominus quoque dixit, & hados
Abs ovibus cerni ſtantes in parte ſiniſtra.

cerni pro *diſcerni*. ſimplex pro compoſito. quomodo *cernere ferro* pro *decernere* apud Ennium & Maronem.

lin. 16. dele iſta, *rectius, ut puto.* & adde. Sed aliter, qui reſpexit manifeſte hæc Prudentiana, Henricus Aitisſiodorenſis ſub finem poëmatis de S. Germano, ubi inter alia,

Hunc hadum niveos quam primum transfer in annos.
Agnus eat dexter: decoretur vellere pulchro.

plura illic videantur, nam omnia deſcribere nimis operoſum foret.

pag. 440. poſt lin. 19. adde, mox Egmondanus, *Et crucis & gladij teſtes*, non *teſtis*. ut ad *herbas*, non *ad imbrem ſangvinis* referatur.

pag. 444. lin. 24. adde, mihi ſcriptura codicum vetuſtorum magis arridet, & jure idquidem,

ni-

fallor. ad Principem, hæc quoque referenda ſunt, cujus modo meminerat, & qui in ſequentibus deſignatur. *currere* autem cum caſu quarto elegan-ter jungitur, & Prudentiano more. de quo adverſus Symmachum libro ſecundo v. 9. S. Damaſus de S. Agatha Martyre,

Lætior inde, magiſque flagrans
Cuncta flagella cucurrit ovans.

hoc eſt, per flagella cucurrit. noſter ſupra hymno IV.

Noverat templo celebres in iſto
Octies partas, deciesque palmas:
Laureis doctas patriis eadem
Laude cucurrit.

Sic enim in membranis quibusdam exhiberi ſuo loco monuimus. Tertullianus libro II. adverſus Marcionem:

Denique ſi celeri primordia mente recurras,
Invenies funeſta nimis. pro ſi percurras primordia.

pag. 446. poſt lin. 29. adde. *Qui liquor Ambroſius.* Paullo ante *Illa ſuperſtes agit,* non *Sola* Egmondius, uterque Boherianus, Altinus, & Weitziani nonnulli.

pag. 450. poſt lin. 26. adde, v. 51. *abditis repoſta).* *altius* in Egmondano & Rottendorphio. quod ex pleriſque ſuorum etiam Weitzius profert.

p. 451. poſt lin. 27. adde, niſi quod in Egmondano *Chriſti decus* à manu prima. quod nonullis ſuorum Weitzius teſtatur ſe inveniſſe & Aldus expreſſit. *Chriſti decet* in Nomſio. an *Chriſti Deo*? ut ſub finem Amartigeniæ.

O Dee cunctiparens, anima dator, ô Dee Chriſte

poſt lin. 30 adde, v. 86. *candor vehit ad ſuperna mentes*) *ardor vehit* à manu ſecunda Egmondanus.

pag 455. poſt lin 23. adde, ſi B. Ambroſius in hymnis,

Agnes beatæ virginis natalis eſt.

& Damaſus Papa,

Sacravit templum victricis virginis Agnes.

Fruſtra igitur Stephanus Claverius *Agnis* in ſecundo caſu malebat legi. Ἀγνὴ, Ἀγνῆς. *Agnen ſepulcbrum* id Egmondano à manu ſecunda. mendoſe.

pag. 464. poſt lin. 22. adde. Egmondanus hanc præfationem inſcribit HYMNUM DE TRINITATE.

p. 468. lin. 38. poſt *Cauchiano*, adde, nec aliter pro diverſa ſcriptura Egmondanus in margine.

lin 18 poſt *annotavit*. adde, Egmondanus *doloſa* quidem in contextu expreſſit, ſed alterum allitum margini habet.

poſt lin. 24. adde, IN APOTHEOSIN NOTÆ.

pag 470. lin. 22. poſt Thuaneo, adde, & Boherio vetuſtiore. in Egmondano, *Sed tamen & patris & ſpecimen.* non inconcinno repetitione.

pag. 485. lin. 21. poſt *hic vidit*, adde, Apud Plutarchum in Parallelis minoribus *Epona* vocatur Ἱππῶνα. tanquam alludat πρὸς τὰς ἵππους quorum præſes habebatur. Minutius Felix Octavio, *Vos & totos aſinos in ſtabulis cum veſtra Epona conſecratis.* Tertullianus Apologetico, *Vos tamen non negabitis & jumenta omnia & totos cantheлюсь*

thorios cum ſua Epona coli a vobis. Ex quibus locis, præſertim ex Minutiano, tum ex altero illo Juvenalis paulo ante producto, noſtra in Apulejo conjectura non parum fulcitur. In ſtabulis enim Eponæ ſimulacrum, potiſſimum in equilibus, ſeu pictum ſeu fictum plerumque dedicabitur. Scholiaſtes Juvenalis, *Epona mulorum dea eſt.*

pag. 486. lin. 25. poſt *quod ſomniat*, adde, quod Aldus, quoque expreſſit. Egmondius tamen *quos* â manu ſecunda. quod ex Puteaneo amplectebamur modo.

pag. 500. lin. 22. dele iſta, *in Thuano, Oxonio, Nomſio flagellis*, & adde, reliqui codices cum Aldina editione *flagellis*. flagella pro plagis, aut pro pœna flagellum. ſic & apud Fortunatum. Nazianzenus in carmine quo vitam ſuam complexus eſt, Αἰγυπτίων μάστιγας vocat. idem in Epigrammatis μάστιγας Αἰγύπτοιο ſed ne dubitationi ſit locus ecce Alcimum Avitum, qui pari modo poëmatum libro V.

Inſidiſne poteſt elabi cordibus umquam
Ægyptus, tot caſa malis interque flagella,
Succumbens qua ſenſit humus, vos cunctaque veſtris,
Adflicto regno ſalvos vixiſſe ſub hoſte?

& paulo poſt,

Ægypto jam finis erit: jam clade ſupremâ
Tot caſtigatam vicibus ſententia mentem
Puniet expugnans, enſis ſuccede flagellis.

p. 501. poſt lin. 23. Tertullianus contra Marcionem, libro quinto,

 De

De patre principium, genitum de lumine lumen.

pag. 510. lin. 21. poſt *magica verbum*, adde ; Noſter ipſe libro priore adverſus Symmachum,

Murmure jam magico tenues excire figuras,
Atque ſepulcrales ſcite incantare favillas.

Silius Italicus libro I:

Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti.

pag. 514. poſt. lin. 27. adde, Apud Græcos quoque nonnumquam Σολοιμοῖς uti in Nazianzeni carminibus non ſemel. quod Latinorum nonnulli ſunt ſecuti. Drepanius Florus carmine ad Moduinum :

Quid loquar inſigni tumidum Solomona cothurno.

pag. 519. poſt lin. 25. adde, & v. 827. de anima,

Illa quidem ſtatus Domini eſt ; ſed ſpiritus & vis
Non eſt plena Dei, tanto moderamine miſſa,
Quanto ſtans voluit ſtandi ſervare tenorem.

Hamartigenia, v. 831.

Novit enim ſtatu ex proprio vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris, animamque ex ore perenni
Infuſam non poſſe mori.

pag. 521 lin. 25. poſt *Puteano*, adde, & Egmondio à manu prima. nam illic *fatus* correctum hinc *fatidici* vates.

poſt. lin. 28. adde, & aliis nonnullis vetuſtioribus. ſic & apud Alcimum Avitum carmine de laude Virginitatis opinor ſcribi oportere,

Latius hæc vero ſanctus deſcribit Eſeias,

Contra apud Tertullianum libro III. contra Marcionem. *Eſaias, locuples vates & fontis aperti.*

p. 523.

pag. 523 poſt lin. 27. adde, verius tamen eſt ſcribendum *lactentibus horis*. hoc eſt recens natis. Sic paſſione B. Romani v. 667. codices plerique etiam veterrimi *Lactantis oris*, pro, *Lactentis*. Hujuscemodi argutiæ in deliciis erant ſub illam tempeſtatem. ſic *lactens orbis* pro recens nato apud Alcimum Avitum libro IV. poëmatum, de diluvio,

—— fluctus nunc perſequar illos,
Per quos immiſſus rebus vix pene creatis
Lactentem velox prævenit terminus orbem.

Vernantem orbem noſter dixerat hymno in Natalem Domini,

Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit:
Nam tunc renatus, ſordidum
Mundus veternum depulit.

pag. 524. poſt lin. 20. adde, v. 625. *Seque die medio velandum) velandam* Aldus. quomodo & à manu prima in Puteaneo. idque editiones nonnullas inſedit. In Egmondio diſertim, *Seque diem medio velandam*. quod verum eſſe exiſtimo. *Seque* ad Solem refer.

pag. 528. ante lin. 21. adde. v. 664. *qui ſpiritus olim)* in Egmondio à ſecunda manu caſtigatum *cui*.

pag. 530. lin. 20. poſt *probe*, adde, niſi quod in Egmondano *medica purgamen in aqua*. ut opiner à Prudentii ipſius manu fuiſſe, *medica purgamina aquai*.

pag. 536. poſt lin. 28. adde, ſed monendum prius Alcimum Avitum libro primo poëmatum hæc Prudentii cogitaſſe, quamquam ſenſu nonnihil diverſo. agit enim de creatione hominis,

Inde ubi perfectus conſueſcit vivere membris
Totus homo.

p. 545 poſt lin. 26. adde, v. 821. *Sic res illa Dei) Fit* in Egmondano.

p. 547. poſt lin. 21. adde, v. 851. *prænoſcere juſſa) pernoſcere* in Boherio principe.

p. 551. poſt lin. 22. adde ſed nolim vulgatam ſcripturam ſolicitari. Tertullianus poëmate de judicio Domini:

Sæcula cuncta tenens, ante omnia ſæcula ſolus
Ingenitus ſine fine Deus, ſedemque ſupremam
Solus habens.

Candidus Arianus ad Marium Victorinum de Generatione verbi divini: *Simplex enim quiddam Deus. non igitur ex præexiſtente ſubſtantia. Ingenitus ergo Deus.* & mox: *Si iſta omnia poſt genita, genita ergo ſunt: ſi genita iſta, aliud fuit, à quo genita. Ingenitum igitur illud, à quo genita iſta omnia Quid iſtud, niſi illud, ex quo omnia Deus? Ingenitus igitur Deus: quia cauſa horum omnium* Deus. & poſt: *Sine ortu igitur, & ingenitus eſt Deus. quod autem ingenitum, ſine ortu, ſine fine.* Plura in rem proferri poſſent ex SS. Patribus. Illud tamen Puteanei & Egmondani codicum *Agenitus* Græci fontis videtur eſſe. ἀγένητος Patribus Græcis Dei filius, utpote Deus nonnunquam pari ſignificatione dicitur.

poſt lin. 23. adde, v. 895. *Exſortem dic eſſe animam) diſce* in Egmondio à manu prima.

pag. 554. lin. 21. poſt *clamoribus*, adde, Drepanius Florus in hymno Ananiæ:

Arti-

Artiſicem proprium pulcherrima flamma loquatur,
Et tepidus Domini nomen ſimul æſtus anhelet.

pag. 555. poſt lin 26. adde, v. 939. *Conſideret ſterilis) Conſiderent ſteriles* Put. & Egmond.

pag. 559. lin. 27. poſt *Puteaneus*, adde, quod etiam pro diverſa ſcriptura in margine Egmondani comparebat.

ib. pro *Eſſe hominem*, lege, *Effluxiſſe hominem.*

poſt lin. 28. v. 1001. *ſanctiloquus Lucas ſanctiloqus* in Egmondano & Nomſio quomodo & Aldus ut vocabulum ſit ex Græco & latino compoſitum quale illud *primoplaſtes*, quod ſupra habuimus, & *idololatrix religio* Hamartigenia.

p. 563. lin. 30. adde Egmondanus margini adſcriptum habebat, De *reſurrectione.* Facit & cum Puteaneo Boherianus veterrimus.

pag. 565. poſt lin. 26. adde, In Egmondano, *Finit Apotheoſis. Incipit liber unus Amartigenia.* ſed ſcribendum, *liber ſecundus.* Nam in fine poëmatis hujus idem codex; *Explicit liber ſecundus Prudentii Amartigenia.*

v. 20. *Mors prima) ſors* in Egmondano & uno Torrentii.

pag. 572. lin. 24. poſt *dicuntur*, ade, idque in margine Egmondani pro diverſa lectione etiam occurrebat.

poſt lin. 25 adde, v. 43. *Unum ſemper erit) erunt* à manu prima Egmondanus.

pag. 580. lin. 26 poſt κιζμώ adde, mox *ſinuoſis ſcopulis* non *ſilvoſis* Boherianus vetuſtior.

p. 583.

lin. 29. poſt *impoſita eſt*, adde, fuit cum approbarem ſcripturam illam, ***dominum conditioni impoſitum***, in qua tuenda codices pleriſque conſpirant; cumque ***conditionem*** hic loci opinarer poni pro orbe condito. quomodo apud Gennadium in Catalogo virorum Illuſtrium, ubi agit de Prudentio, ***Commentatus eſt & in morem Græcorum Hexameron, de mundi fabrica, uſque ad conditionem primi hominis, & prævaricationem ejus.***

pag. 590. lin. 28. poſt *Symmachum*, adde, pro unguentis etiam aut aromatis pigmenta poſuit Dracontius in Hexamero:

India tunc primum gnemus pigmenta per herbas
Eduxit ſub ſole novo rudibusque racemis.

p. 595. lin. 24. poſt *in Thuano*, adde mox ***obumbrata dulcedine*** Egmondanus & Weitzii Palatinus.

p. 597. lin. 28. poſt *confirmatur*, adde, multum ſibi præ aliis permiſit in ejusmodi archaïſmis Tertullianus, apud quem *deformus*, *infamus*, *elinguus*, & ſimilia paſſim occurrunt. infra apud noſtrum hoc libro v. 587. *trilingua conjunx:*

p. 601. lin. 14. poſt ***Latinum***, adde, quamquam Prudentius, & horum temporum ſcriptores Græco-Latina vocabula non infrequenter ſolent procudere. Adi annotata Apotheoſi v. 991.

lin. 28. poſt *Joſue XXIV*, adde, omnes has fere gentes habes conjunctas Geneſios cap. xv. Τοὺς Κεναίους, καὶ τοὺς Κερεζαίους καὶ τοὺς Κεδμωναίους, καὶ τοὺς Χετταίους, καὶ τοὺς Φερεσαίους καὶ τοὺς Ῥαφαεὶμ, καὶ τοὺς Ἀμοῤῥαίους καὶ τοὺς Χαναναίους καὶ τοὺς Εὐαίους, καὶ τοὺς Γεργεσαίους καὶ τοὺς Ἰεβουσαίους.

p. 603. lin. 26. poſt *quadrat*, adde. mox *aptant*, non *optant* in Egmondio & Aldino codice. deinde *contento limite*, pro *extento* idem Egmond.

pag. 605. lin. 24. poſt *me omnes*, adde, niſi quod in Egmondano caſtigatum erat *petulantia pectore* à ſecunda manu.

p. 607 lin. 26. poſt *non arato*, adde, nec abludit Egmondanus. niſi quod in illo mendoſe *arietus*

p. 608. lin. 28. poſt *Belia mihi*, adde, apud Nazianzenum in carminibus duæ priores ſyllabæ in Βελίας frequenter admodum corripiuntur. In Egmondano, *Principe Bellia*.

pag. 611. poſt *Cauchiano*, adde, quod & in margine Egmondani pro diverſa ſcriptura exſtabat.

pag. 612. lin. 25. poſt *Prudentius*, adde, & ſane id amplectendum reor, ſi τὸ *mobile* cum Aldo & ſcriptis admittimus; ne bis idem dicat, *vegetabile* etiam eſt in Boherio pervetuſto.

pag. 613. poſt lin. 26. adde, apud LXX. Interpretes tamen Ἀβεσσαλώμ

p. 615. lin. 27. poſt *probabatur*, adde, nec aliter Aldus, *elinguem* apud Tertullianum. Adi annotata noſtra ſupra hoc libro v. 367.

p. 619. lin. 19. poſt *uſus eſt*, adde, Apud Alcimum Avitum libro II.

Tu modo ſuſpenſos tantum ne contine tactus.

pag. 620. in ult. poſt *requirit*, adde, antiquisſimus Boherius, *ne ſana voluntas*.

pag. 625. lin. 25. poſt *Oxonienſi*, adde cum Boherijs, Egmondano atque Aldino: deinde Egmond. *orbis arbiter*, Forte *orbis & arbiter*.

pag

pag.626.in 28.poſt *diſtinctio*, adde, Boherius tamen Egmond.Oxon & Rottendictum Aldo, *magu utile dum ſibi credit.*

pag.631.lin.28.poſt *Noemi*, adde, ſeptuaginta interpretibus eſt Νωεμὶν. *Boos* etiam Puteaneus. Græcis Βοόζ.

pag.635.lin 26.poſt *Thuaneus*, adde, & Boherianus eximij ſic Pſychomachia,

Florentes animos ſurſum in mea regna tetendit.
reddidimus id ipſum Apotheoſi v.232.

pag 638 lin. 22, poſt *plus ſatis*, adde, mox Boherius idem recentior.

Quis patriis antiquo reverentius ager abyſſo.

pag.659. lin.28.poſt *fatigat*, adde cum τὸ *fatigat* manifeſte huc irrepſerit ex verſu ſubſequenti proxime.

pag 667. poſt lin.24.adde.mox *Eliſos in morte oculos* Putaneus, Egmondus. Rottendorphius cum Aldo & Weitzij Palatino. quomodo poëtis, *oculi in morte natantes*,

pag. 686. lin. 11. poſt *vagina*, adde ſic in Diptycho V. ex membranis reſtituimus, *Abraham mercatus agrum, cui conderet oſſa Conjugis*, non *quo*.

pag 689 lin.16 poſt *ſcripti*, adde, *Indurat humeris* Boherianus potior.

pag 691. poſt lin.22.inſere, v 166. *multo vulnere anhelus*) *funere* ſcripti apud me omnes cum Aldo & priſcis editionibus, nec mutandum fuit à Giſelino.

pag.710.lin.22.poſt *terret*, adde, recte. cum *territat* proxime ſubſequatur.

ibid.

ibid.poſt *omnes*,dele, *niſi quod in uno Cauchiano terret.*

pag.711.poſt lin. 18.inſere,v.304.*Victores caſa*) *Lictores* prior Boherius. quod & Thuaneus confirmat â manu ſecunda.

pag. 713 lin.13 poſt *Cauchianus*,adde,mox *cura voluptas* in Boherio principe.

pag.714.lin.19.poſt *Puteanus*,adde,& cum Puteaneo Egmondanus â manu prima.

pag.730 l. 18,poſt *ramentis lecto.* adde , apud Nazianzenum in poëmatis χρύσεα ψήγματα dicuntur.

pag.732.lin.27.pro *improba*, lege, *impia.*

lin.28.poſt *Puteaneo*,dele,*ſic idem*,& adde,Boherio priore & Egmondano. in quo *famis improba.* ſic ijdem.

lin. 29. poſt *improba*, dele,*quomodo & Egmondanus utroque loco.*

lin. 31. poſt *hymno* VII, v. 162. adde, ſupra hoc ipſo libro v. 464. codices vetuſti, *Cum, famis, metus, anxietas.* & libro II. contra Symmachum, *Invidioſa famis.* Tertullianus libro III. contra Marcionem de Eſaia:

Vincula dum tulit ſqualenti carcere clauſus,
Inque luto putei famis hauſti tabida membra.

Sic ſcribe. Paulinus de vita B. Martini libro II.

Ne deguſtati famis improba creſceret auri.

ſic *fidis* idem videtur dixiſſe non ſemel, etſi *fides* nunc illic perperam circumfertur. libro II. *removet fidis aucta pavorem.* &, *adjecit verum fidis aucta ſalutem.* ſic *lues* pro *luis* nequicquam apud eundem edi-

editiones nobis obtrudunt libro primo, etiam libro V, *Obruerunt luis una domum*. apud noſtrum *vulpis* pro *vulpes* Diptycho XVIII. uti & in pervetuſtis Phædri codicibus & ſane antiquiſſima apud noſtrum exemplaria duas haſce litteras paſſim confundunt, quod an à Prudentii ipſius ſit manu, an librariorum oſcitantiæ acceptum referendum, difficile eſt judicatu. Sed videntur horum temporum poëtæ multum ſibi permiſiſſe in hiſce talibus, etiam præter exemplum vetuſtioris ævi. Apud Alcimum Avitum libro V. poëmatum,

—— muſcarum nubis ad auras
Exiit, infectum corrumpens aëra flatu.

ſic *diis* pro *dies* videtur poſuiſſe Tertullianus poëmate de Judicio Domini, ubi tamen *dies* nunc vulgo circumfertur,

Et dies in denſa moritur cum lumine nocte.

pag. 741. poſt lin. 29. inſere, v. 555 *vultuque & veſte ſeverus*) *& voce* Widmannianus Weitzii, & ex noſtris prior Rottendorphius. ſed quod ex Egmondano idem Weitzius profert, in eo fallitur. nam is *veſte*, ut reliqui noſtri cum Aldo. *vultuque & voce* nihilominus malim, quod hæc duo amet Prudentius conjungere. Adi annotata ad Paſſionem Romani. v. 719.

p. 745. lin 28. poſt *deducitur*, adde, apud Alcimum Avitum de laude Virginitatis,

Ne Chriſti famulo, ſolo ſermone fatenti,
Nomine confeſſo vivens opertio deſit.

poſt lin. 29 inſere, v. 575. *ſed ſola duello*) *prima* in vetuſtiore Boherio.

p. 747.

p. 747. poſt lin. 26. inſere, v. 595. *nullo qua vulnere rupta*) ſic noſtri. etiam Egmondanus, etſi aliter aſſeverante Weitzio. ſolus Boherio vetuſtior, *rupta.*

pag. 749. lin. 15. poſt *membris*, adde, apud Tertullianum libro II contra Marcionem,

Sic Dominus virtute Patris, quos morte diremit,
Exutos ſua luce tegit.

hoc eſt, corpore exutos. apud noſtrum Hamartigenia, *Moribus & patriis exuti, &, thalamis & lege jugali exuta.*

p. 754. lin. 18. poſt *arces*, adde, Paulo ante ſolus ex noſtris Egmondanus *Agmina caſta ſimul.*

pag. 763. poſt lin. 23. adde, in Egmondano toti quatuor verſus manum interpolatricem præ ſe ferebant eraſa veteri ſcriptura; tum in margine hiſce adſcriptis: *Alius liber habet,*

In commune bonis tranquilla plebis ad unum
Senſibus in tuta valli ſtatione locatis.

pag. 766. poſt lin. 25. inſere, v. 750. *Cumulata quidem jam gloria vobis*) *ſat gloria* in priore Boherio.

pag. 773. lin. 3. poſt *habitabat*, adde, nonnulli ex poëtis Chriſtianis ſequioris ævi primam in *Hieruſalem* producunt, ſecundam tertiamque corripiunt minus decenter. quos inter & Drepanius Florus Hymno ad Michaëlem Archangelum,

Hieruſalem Dominus larga pietate reviſet.

at contra Lactantius, ſive alius quicumque, in carmine elegantiſſimo de Paſſione Domini,

Impia Hieruſalem invidiæ exercita furiis.

ubi prima, tertia, & quarta corripiuntur, ſecunda & poſtrema producuntur; niſi volumus poſtremam τοῦ *Impia* non eſſe elidendam.

pag. 878. lin. 15. poſt *Weitzius*, adde, pro proxime præcedenti verſu, *Ambit & electos*, prior Boherius, *Intrat & electos vocat in ſua gaudia juſtos*

p. 782. lin. 19. poſt *commemini*, adde, in carminibus Paſchaſii Radberti, *quadro ſub cardine cæli.* Henricus Altiſſiodorenſis libro II de vita S. Germani.

Lectus erat quadri gracilis complexio ligni. & *Divinis quadrum fingebant legibus orbem.*

pag. 789. poſt lin. 6. adde, Egmondanus inſcribit hos libros CONTRA SIMMACON. Boherius prior CONTRA ORATIONEM SYMMACHI.

p. 790. lin. poſt *Phædrum*, adde, quanquam apud Phædrum *Muſca conmucta frigore* etiam circumfertur.

Mori conmuctam cum te cogunt frigora.

lib. IV. Fab. 23. Sed ibi præſtat cum Cl. Scheffero legi, *contracta frigora.* nam & apud Virgilium *conmucto frigore piger* occurrit. *conmuctam* tamen in Phædro reponi fortaſſe non minus, quam apud Prudentium, præſtiterit.

pag. 798. lin 13. poſt *occurrit*, adde, & apud Heſiodum Genealogia Deorum.

[illegible] δὲ καὶ ὡς τὰ πρῶ τα πολύπτυχον ἔχον Ὀ-
λυμπον

pag. 816. lin. 25. poſt *faciunt*, adde, niſi quod in Egmondano mendoſe, *ſa cuique vetuſtas.* *Agna Iano etiam*, ſed caſtigatum, *Janoque etiam*.

p. 823.

pag. 828. lin. 23. poſt *Libya*, adde, in nonnullis exemplaribus, *populis ſceptriſque potentem*, minus bene.

p. 831. lin. 29. poſt *noſtris* adde, paulo poſt Egmondanus, *in parte cava membra*, & emendatum à ſecunda manu, *inpaſta cava membra*. deinde idem codex, *Contigiem effigiem*. & correctum deinde *contiguam*. Forte *Contigit effigiem*. nam in Oxonio, *contegit*.

F I N I S.

Index Rerum & Verborum.

Prior Numerus paginam, poſterior lineam deſignat.

A.

Abacuc, Ambacum pag. 55. lin. 2.
Abdomen 403. - 13.
bel à Caino occiſus 283. - 11.
belis ſacrificium 396. - 7.
beſſalom, Abeſſalon 613. - 16.
bjuncta quadrupes 915. - 9.
bjunctæ plagæ 216. - 4.
bluturus, non abluiturus 529. - 7.
bolla palmata 839. - 19.
braham pater credentium 646. - 19. ſeqq.
braham immolare vult filium 650. - 1. ſeqq.
braham credidit Deo 647. - 6. ſeqq.
Abraham Lothum captum liberat 651. - 1. ſeqq.
braham ſignificat ſpiritum bellicoſum ibid. 28.
brahæ gremium 134. - 1. ſeq.
bram 649. - 15. ſeq.
bſcidere 555. - ult.
bſonus 332. - 7.
byſſus 541. - 4.
ccubare 113. - 2.
ccurrere ad Chriſti præſepia 144. - 5.
certa 485. - 2.
ceſtes, dux Trinacrius 877. - 1.
chan & Achar 741. - 9.
cheron 67. - 2.
ciſclus Martyr 246. - 9.
Acroma, acroama 207. - 23. ſeqq.

Acta

Acta 806. - 16.
ctu aliquid complecti 777. 20.
ctus mundi pro motu 56. - 24.
ctus & artus in MSStis confundi 480. - 26. ſq.
cumen ignis 358. - 12.
cumen vulnificum 33. - 5.
dami pellitus habitus 702. - 5.
d aſtra doloribus itur 129. - 8.
ddicta 188. - 4.
ddicere cenſum haſtæ 783. - 1.
ddicere ſe amori 595. - 9.
ddubitare 751. - 17.
dficere catamitum 799. - 12.
do, Adon, Adonis 345. - 1.
d procinctum nata gens 893. - 3.
dor, odor 135. 7.
dſerere 321. - 1.
drianus Imp. dilexit Antinoum 819. - 30.
Ad uſque pedes 753. - 5.
Ædilis curulis 333. - 3.
Ægypria flagella, pro plaga 500. - 6.
Ænigmata argentea pro nummis 190. - 9.
Ænigmata argentea. vultus 192. - 12.
Æra Cybeles pro Cimbalis 341. - 26.
Ærarium 189. - 23.
Æracum machinæ roſtrum 607. - 15.
Æſculapij Aſpis 348. - 5.
Æſtuare culpa 51. - 8.
Æſtuare murices (cum quarto caſu) 88. - 10.
Æſtuans mens procellis 70. - 2.
Æſtuans ſiti honoris 202. - 2.

Æſtuantia exta 86. 1.
Æſtus maris 292. 14.
Æſtu ſecundo & flumine ibid.
Æoliæ inſulæ 822. 1.
Ætas prima 2. 8.
Æthra 149. 6.
Ætna 822. 2.
Ævéus 603. 1.
Agenitus 551. 20.
gere triumphum ex aliquo 739. 6.
gnes Martyris templum 462. 22.
lbeſcit polus 18. 16.
lgidus axis 895. 9.
llophilus 609. 5.
lmo 906. 3.
lpha & O. 107. 1.
lte repoſtum antrum 451. 1.
maſiones 338. 2.
mbitio ventoſa 600. 10.
mbroſius liquor 30. 3.
mburi 632. 5.
mphitheatrum 827. 7.
nacharſis 10. 22. & 45. 29.
napæſtus in jambis, an quarta ſede poſſit admitti 468. 18.
nhelare cum quarto caſu 553. 2.
nima ætheris indigena 30. 12.
nicula, anula & anulla 306. 7.
nima hominis ex ore Dei 38. 10.
nimæ humanæ tres partes 686. 24.
Annales 149. 6.

Ante-

Anteſignani 172. / 16.
ntichriſtus 73. / 18.
pis inſcia connubij 36. / 3.
opifex mellis ibid. / 1.
pollo 395. / 9.
pollinis ſagittæ 18. / 27
ppulejus emendatus 485. / 11. ſeq.
ptare, pro eligere 854. / 14.
quila eburnea, aquilam præferendi mos 334. / 18.
quiliferi 172. / 16.
ræ cæſpiticiæ vid. cæſpititiæ aræ
rcas pro Evandro 815. / 11.
rces ætheris 754. / 1.
rdere cum quarto caſu 582. / 22.
rietare aliquem & in aliquem 608. / 1.
rmentarius vir & armentalis 91. / 4.
rmonia 37. / 10.
ronis virga 784. / 6.
riani 482. / 25.
rius 771. / 8.
rthesis vel arthreſis nodoſa 369. / 5.
rtus vitioſi 592. / 14.
ſclepiades 320. / 6.
tomi 556 / 9.
trita colla 655. / 2.
varitia 733. / 5.
uris ſtolida 621. / 16.
uritæ mortis leges 539. / 20.
Αὐτάρκεια 750. / 3.

B.

Bacæ pro catenis 655. / 2.

Balſama ad Martyrum ſepulcra adferre. 456. - 5.
Baptismus aqua regenerationis. 74. - 21.
Biſulci ictus ungularum. 268. - 18.
Bitumen 272. - 19.
Booz. 632. - 7.
Bojæ 656. - 9. ſeq.
Bombyx 371. - 4.
Bona animi, fortunæ 17. 11. ſeq.
Boreæ gelidus axis 895. - 9.
Borras pro Boreas 778. - 9.
Brachia vitea 33. - 9. ſeq.
Bractea vel brattea 715. - 6. & 418. - 5.
Brutum ſcitum 26. - 1.
Bullatus 88. - 5.

C.

Cadere in foveam, quæ alteri eſt parata. 706 - 3.
Caduceus Mercurij 801. - 29.
Cœlum 107. - 7.
Cœlum ceu liber complicabitur 373. - 5.
Cæmentum 514. - 8.
Cænoſum 677. - 5.
Cæſa rupes 812. - 7.
Cæſar auguſta 245. - 12.
Cæſpititiæ aræ 483. - 14.
Cæſuræ exempla 626. - 20.
Caini & Abelis ſacrificium 561. - 5.
Calagurris 167. - 26.
Calathus 35. - 6.
Calculus 510. - 5.
Calere cum quarto caſu 852. - 7.
Calidus à matre 701. - 4.

Caligo

Caligo terræ 18.-18.
Calor laudis 672.-3.
Calta 66.-3.
Camenæ 31.-9.
Camelus 444.-20.
Camillus 183.-10.
Camirus 444.-18.
Candens ſpuma 291.-8.
Candidiora togæ 839.-25.
Candidata victima 357.-8.
Canopus 541.-28.
Capax beſtia, capaci alvo 73.-21.
Capitis nix 6.-6.
Cardo 2.-3.
Carduus horrens 101.-2.
Caſſa figuris ſomnia 856.-1.
Cataſta 299.-3.
Caramitus 799.-12.
Cavea 38.-4.
Cave velis 332.-8.
Cavilli mimici 206.-11.
Cauſarij 169.-20.
Cauſaria miſſio ibid.
Cauter 275.-1. & 368.-9.
Cauteriata conſcientia, caro. ibid.
Cenſibus haſtæ addictis 783.-1.
Cenſura faſcium 208.-1.
Cenſus amplus 930.-2.
Ceraunus 792.-1.
Cereus paſchalis accenſus 5916.& ſeq.19.
Cerebrum ebrium 568.-15.

Cernuare ora 824. a 15.
erula nox 25. a 1.
ernuus 43. a 7.
ham, Chananei 601. a 8.
haos 644. a 9.
haraxo 374. a 12.
harybdis 538. a 6.
heledonius martyr 165. a 19.
helys 502. a 10.
herubin 49. a 4.
hirurgus 370. a 3.
horda 105. a 5.
horus 119. a 9.
hriſtus 105. a 3.
hriſticolæ agri 929. a 9
hriſtus, lapis angularis 607. a 12.
hriſtus, paterna virtus 666. a 20.
hriſtus natus ex corde Parentis 106. a 3.
hriſtus formam ſervi aſſumſit 107. a 11.
hriſtus carnem adſumſit labis expertem 555. a 2.
hriſtus totum hominem aſſumſit 540. a 17.
hriſtus natus è virgine 108. a 2.
hriſtus propter nos mortuus 118. a 4.
hriſtus primitiæ dormientium ibid. a 9.
hriſtus deſcendit ad inferos ibid.
hriſtus tertio die reſurrexit ibid.
hriſtus ad dextram Patris ſedet 119. a 7.
hriſtus fons vitæ 503. a 5.
hriſtus Paſtor quærit ovem amiſſam 99. a 9.
hriſtus judex mortuorum futurus 119. a 5.
Chriſtus quoſnam, judicaturus ibid. a 9.

Chri-

Chriſtus cibus myſticus 113. 5.
hriſti nativitas omnibus ſalutaris 108. - 2.
hriſti nativitas æterna non ſcrutanda. 493. - 2.
hriſti è latere quid fluxerit 117. - 3.
hriſti miracula 109. - 1. ſ.
hriſto nato omnia læta 108. - 5.
hriſtum loquenti lingua nunquam defuit 404. 1.
hriſtiani agmen imperterritum 326. - 6.
hriſtiani olim dicti ἄθεοι, magi 328. - 10.
399. - 4.
hriſtianis objecta olim inſcitia & ruditas. 528. - 4.
hriſtiani navigijs rimoſis impoſiti & ſubmerſi 428. 1.
hriſtianorum martyrum corpora in ludibrium data uſui nocturni luminis 237. - 9.
hriſtiano præſente litare ethnici in ſacrificio non potuerunt 511. - 15.
hriſma 74. - 23. - 68. - 11.
hriſmate innotari vel innovari 74. - 28.
hryſopraſus 78. - 8.
bus ninguidus 65. - 8.
ibus nimius corpori & animo inimicus 52. - 5.
ibo etiam tenui & ſimplici eſſe contentum 52. - 8. - 750. - 9
ilicium 88. - 26.
inere crines conſpergere 88. - 4.
inis arens 133. - 4.
innus 207. - 19.
io 16. - 22.
ippus 276. - 23. 277. - 27.
Circi vaſania 597. - 10.

Circulus brumalis 136. - 1.
Circulus artus Capricorni ibid.
Circuminſpicere 512. - 7.
Cithara 502. - 23.
Clangere
Clarisſimus ordo 285. - 12.
Clasſicum 21. - 10. - 61. - 21.
Clava Herculis 350. - 15. - 600. - 14.
Clauſula 107. - 2.
Claudia Veſtalis 223. - 10.
Clepere 744. - 7.
Cliens 284. - 12.
Clinicus 487. - 3.
Cloaca 761. - 10.
Cloacina 484. - 14.
Cluere 119. - 7.
Coæ veſtes 88. - 31.
Coacta probitas haud laudanda 624. - 17.
Coactum quod eſt, bonum non eſt ibid.
Coagulum 35. - 4.
Cœmiterium 125. - 29.
Cognitor 242. - 4.
Collegia alti ſenſus 125. - 7.
Collega 279. - 4.
Color gloriæ 328. - 3.
Colorum variegatorum uſus in præſtigijs 352. - 7
Color rebus redit 19. - 1.
Columna ignis 158. - 8.
Columnifer radius 242. - 16.
Colymbus 442. - 7.
Coma holeris 34. - 8. herbarum 101. - 4.

Cometa

Cometa 148.-5.
Commentum 277.-9.
Complices 617.-27.
Complutum 249.-2.
Comtum 321.-3.
Concaleſcunt pectora 174.-8.
Concaluiſſe Dei flatu vel convaluiſſe 583.-18.
Concinnus 207.-19.
Condere cum tertio caſu 685.-10.
Confeſſa animis ſuſpiria trahere 843.-2.
Congeries 52.-7.
Confeſſor 317.-7.
Congredi Deo 378.-1.
Congredi tauris 286.-14.
Conſcium pectus fraudis 19.-4.
Conſenſus publicus caveæ 598.-7.& 8.
Conſerunt ſe viarum divortia 465.-10.
Conſtantina, Conſtantini filia 462.-19. 463.-11.
Conſtantinus Magnus Imp. 219.-18. & 19.
Conſtratus rogus 210.-1.
Conſveſco pro conſveſacio 536.-23.
Contacti vel contracti frigore nautæ 799.-3.
Contagio nigra 125.-1.
Contentum eſſe ſua ſorte 759.-13.
Continuare diem hymnis 7.-17.
Contumelia 418.-11.
Convoluti artus 16.-6.
Coquere iram 360.-8.
Cor vitiorum ſordens ſtercore 785.-18.
Córduba 246.-9.
Cornelius Coſſus 183.-10.

Corona

Corona 117. - 5. 455. 13.
oronæ amor 327. - 5.
orona civica 226. - 4.
orona datur vincenti 261. - 6.
orpus quaſi carcer eſt animæ 124. - 1.
orpus animæ vinculum 419. - 13.
orticeum gluten 32. - 7.
orvus Heliæ 286. - 3.
orymbus 442. - 15. 350. - 4
ottianæ Alpes 125. - 2.
raſtinus non eſt curandus 750. - 12.
rates 101. - 17.
reata omnia ſeneſcunt 123. - 2.
reatura omnis vanitati ſubjecta 609. - 13.
rementius martyr 245. - 8.
repido 119. - 15.
repitaculum 392. - 25.
repundia ibid. - 5.
rimen pietatis 616. - 14.
rinis reorum promiſſus 835. - 8.
rinis concretus ibid.
riſta hirſuta 688. - 2.
rocodilus 948. - 6.
rucifer 28. - 4.
ruce ſe ſignare 75. - 3.
rux Chriſti 376. - 14.
rux in labaro 835. - 4.
rypta 433. 6.
ryſtallus 24. - 4.
Cuique pes dactylicus 577. - [illegible]
Culleus 289. - 4.

Cul-

Culmina dignitatum 333. 1.
ulmen domus 11. 3.
ulpa æſtuans 51. 8.
umbæ 288. 11.
uneus 61. 26.
ulta pinguia pro ſegete 65. 31.
urrere cum quarto caſu 444. 8.
yane 443. 16
yaneus lapis ibid.
ybele 340. 4.
ygnus an in morte canat 798. 8.
ymbia 510. 16.
ynoſura 524. 24.

D.

Damiata 843. 19.
Damnati greſſus 948. 5.
Daniel in lacu leonum 53. 6.
Date, vincula demam 909. 21.
Datianus 262. 18.
Dator vitæ & dator eſcæ eſt 751. 10.
David Rex & Sacerdos 105. 3.
Deaſciatus 359. 12.
Decolori artus 481. 1.
Decutere aſpidem 79. 7
Defluit veſtis 753. 5
Defuga 873. 1.
Defungi 418. 24.
Defundere mortes 906. 16.
Dens frequens 274. 1.
Denſeri & denſari 62. 30.
Derogare pro denegare 91. 3.

Deſcendit vulnus 154. - 17.
Deſtrictus mucro 153. - 13.
Deus bis repetitum 507. - 6.
Deus eſt homo 722. - 1.
Dei eſſentia 354. - 3.
Dei colendi modus 356. - 9.
Dei eſt, lapſos ſervare 622. - 10.
Dei natura nec ingenio nec ſenſibus comprehenditur 354. - 5.
Dei templum cor hominis 356. - 14.
Dei Patris eſt gignere verbum 354. - 21.
Dei poſteriora 471. - 21.
Dei profunda vel conſilia noſſe eſt impoſſibile 546 - 1.
Deitas inviſibilis 482. - 1.
Deus cum luce comparatur 574. - 20.
Delitare 351. - 4.
Delubra 363. - 4.
Depulſus lacte 383. - 4.
Deſcenſus Chriſti ad inferos 314. - 16.
Deſes 9. - 16.
Deſpicere 22. - 14.
Devorare ſpem 293. - 11.
Deus quid 354. - 3.
Deus intemporalis 354. - 9.
Deus inæſtimabilis ibid. - 4.
Deus implet omnia ibid. - 8.
Deus fons animarum 120 - 15
Deus lux eſt ſenſibus 574 - 20.
Deus unus eſt 355 - 4.
Deus omnia quæ in mundo, dedit homini 31. - 4.
Deus occulta videt 99 - 7.

Deus

Deus eſt Optimus Maximus 49 - 26.
Deus ſola juſſione omnia créavit 356. - 5.
Deus tempora vicibus certis dividit. 60. - 2.
Deus nullis uſus inſtrumentis in rerum conditione 356 - 5.
Deus ſuperbos deprimit 709. - 4.
Deus vindictam ſuſpendit & patiens eſt 83. - 2.
Deus ſervare mavult, quam ferire ibid. 7.
Deus peccata ſemper remittit 92. - 2.
Deus malum non creavit 622. - 10.
Deus animam inſpiravit 635. - 12.
Deus incomprehenſibilis ſenſibus 469. - 14.
Deus Abrahamo apparuit, & tres aſpexit 470. - 18.
Deus Pater videtur in Filio ibid. lin. 10.
Deus ſtulta & ignobilia mundi elegit 699. - 24.
Deum nemo vidit niſi Filius 69. - 13.
Deum in cœlis eſſe 119. - 3.
Dextra indoles 786. - 3.
Diabolus laqueos habet 780. - 5.
Diabolus transfiguratur in Angelum lucis. 758. - 9.
Dictiones quib. liberius utitur Prudentius 720. - 30.
Didere, vetus verbum 554. - 24.
Didita ſtipendiis pecunia 189. - 5.
Dies candidus 115. - 9. prima - 6. - 4.
Digladiabile diſcidium 43. - 6.
Dij gentilium πολύμορφοι 383. - 11.
Difflata in humum agmina 65. - 14.
Dij lignei, dolantur & runcinantur 359. - 12.
Diligere pro deligere 467. - 20.
Diluere culpam 118. - 3.
Diocletianus 320. - 5

Diſcidium 43. - 6.
Diſciplina infantiæ odioſa 315. ✱ 18.
Diſcincta juventus 775. - 6.
Diſcingere pro exarmare 752. ✱ 20.
Diſcordia quæque maxima diffluunt 768. - 7.
Diſcordiæ deſcriptio & habitus 758. ✱ 7. ſ.
Diſcordiæ majus malum, quæ vulnus ſub pace creat 759. - 3.
Diſcus 339. - 7.
Disjicere 17. ✱ 9.
Diſpicere 22. ✱ 14.
Diſpuere, deſpuere 564. - 17. 841. - 13.
Diſſenſio domeſtica Remp. turbat 767. ✱ 7.
Diſſicere ſomnum 17. - 9.
Diſſicit morbus membra 199. ✱ 5.
Diſſipare 84. - 25.
Diſſociabile nihil eſt firmum 768. ✱ 7.
Diſtendere 730. - 10.
Diſtinguere viam 465. ✱ 20.
Diſtruere, deſtruere 508. - 7.
Divitiæ vanæ & fluxæ 17. ✱ 5.
Divorſoria carnis 637. - 4.
Divortia 465. - 10.
Docentes ſemper inviſi diſcentibus 315. ✱ 18.
Doctrina ſuperbit 600. - 10.
Dolor vires accendit 324. ✱ 4.
Domina Eccleſia 160. ✱ 9.
Dominica in albis 44. ✱ 25.
Domus ſapientiæ 781. ✱ 13.
Donare aliquid hoſtico ferro 170 ✱ 3.
Donaria 770. ✱ 10.
Dos 644. ✱ 12.

Draconarii 172. 16.
Duellio & duellis 326. 21.
Dulcia pro dulcibus cibis 727. 1.
Dura mors & dira 169. 8.
Durare 23. 3.

E.

Eadem ſecunda producta 166. 9.
Ebenus 24. 4.
Ebrius humor 928. 4.
Echo 408. 6.
Ecmancipator 93. 2.
Edax luxus 730. 1.
Effraim & Effrem 161. 2.
Effetus 399. 11.
Effigiare 121. 1.
Egeria 488. 25.
Ejecta ſola herba 928. 1.
Ejusmodi mors 282. 13.
Eleazar, Lazarus 134. 3.
Electra Atlantis filia 801. 21.
Eleemoſyna extinguit peccatum 94. 28.
Elementa olim colebantur 359. 40.
Elicitus ſanguis 249. 5.
Elinguatus, elinguis 322. 2.
Elingues eſſe locutos 402. 9.
Eliſi oculi 678. 9.
Elumbe 199. 12.
Elutus ſecunda correpta 283. 2.
Emblema 739. 3.
Emmanuel 522. 10.
Emeterius martyr 165. 18.
Emerita, urbs 248. 27.

Emicare è vinculis corporeis 8. - 1.
Eminuli digiti 237 - 13.
Empirici 370. - 24.
En quo defluxit virtus 516. - 3.
Encrates martyr 245. - 7. & 253. - 21.
Encratici 253. - 27.
Energima 503. - 13.
Enigma vid. Ænigma.
Enervare prima ſyllaba correpta 102. - 5. 865. - 4.
Eniſus & enixus 475. - 23.
Epexegeſios exempla 12. - 20. - 159. - 20.
Epiſtylium 782. - 22.
Epona, Dea ſtabulorum 484 - 14.
Equina libido 797. - 13.
Erebus 684. - 16.
Ergaſtulum 275. - 12.
Eruderare 197. - 17.
Eſaias ſerratus 293. - 11.
Eſeias 521. - 27.
Es, terminata corripit Prudentius 732. - 26.
Eſſedum 335. - 5.
Evander 839. - 29.
Evotius martyr, non Eventius 257. - 12.
Eulalia martyr 228. - 2.
Eulogius martyr 247. - 17.
Euphrates 609. - 1.
Europam Jupiter vitiavit 798. - 3.
Exanguis 660. - 1.
Excelleo & excello 518. - 11.
Excipere ſolis ortum 506. - 1.
Excipi telo 734 - 4

Excitæ ſepulcris umbræ 510. - 13.
Exempla multorum ſunt, tormenta paucorum 209. - 13.
Exim pro exin 552. - 9.
Exoletus 345. - 9.
Exſcindere vires naturæ 573. - 4.
Exſculpere ortum 617. - 5.
Exſpatiari 477. - 28.
Exſpectant concio 766. - 5.
Exſtimulare 716. - 16.
Euiere ſtultitiam 7. - 5.
Exſufflabant & deſpuebant Chriſtiani, ad viſa idola 403. - 7.
Exterminare 98. - 26.
Extimus 755. - 3.
Extricare 209. - 16.
Exterminare 218. - 9.
Exutum corpus 748 - 28.

F.

Fabrica 140. - 6.
Fabrum Deitatis figmen 561. - 15.
Facem tenebris præferre 376. - 20.
Faceſſere 26. - 12.
Facilis 47. - 6.
Falernum 109. - 1.
Falſa loqui 3. - 2.
Fama percurrit omnes terras 167. - 12.
Fames & famis 732. - 26.
Fanum 182. - 14.
Far molæ 812. - 14.
Farao Cenclis 606. - 3.

Farre pullos paſcere 334. - 3.
Faſti 378. - 9.
Faſces 333. - 3. & 420. - 16.
Faſtus 521. - 28.
Fatus ſecreti ibid. - 15.
Fatiſco 111. - 14.
Fato non peccamus ſed ſponte 189. - 2.
Fatus ſecreti 521. - 15.
Fatuis ignoſcitur 352. - 6.
Favus 79. - 22.
Fauſtus martyr 247. - 15.
Fax 60. - 14.
Febris inſtar Deæ culta à Romanis 581. - 20.
Fel implacabile 399. - 3.
Fel atrum 368. - 6.
Fellis iram movere 399. - 3.
Felle alto ſtomachari 360. - 10.
Fel peruſtum 117. - 9.
Feminæ natura debiles & imbecilles 590. - 12.
Fremur jacobi tactum ab Angelo contabuit 25. - 7
Feneſtræ corporis oculi 364. - 7.
Fenus ſ. fœnus 22. - 1.
erculum 249. - 6.
eralis beſtia 762. - 6.
ercula medicata 594. - 3.
ercula noſtra Deum ſapiant 29. - 8.
Ferrugo 116. - 1.
ertilis avena in herbam 468. - 1.
ervet formidabile 710. - 8. ambitum 212. - 1.

Feru-

Ferulæ pueris in gratæ 33.-15.
ervere 338.-3.
ervere de lampade 678.-5.
ervet crapula 52.-5.
eſcennina 818.-6.
ibula 89.-1.
ictor 132.-7.
idelis 104.-14.
idei habitus & armatura 671.-1.
ides aliarum fundamentum virtutum 664.-5. & 671.-1.
ides extorqueri nequit 264.-14.
ides proprii cruoris prodiga 284.-2.
ides virgo 357.-6.
idiculæ 367.-14. 374.-5.
igere mathematicum verbum 890.-[illegible].
igere titulum ſepulcri 285.-3.
ilij matris potentia 389.-4.
ilius Dei vide Chriſtus.
ingere Chriſti figuram 260.-22.
iſcus 189.-4.
iſſa voluntas 767.-24.
labrale frigus 546.-18.
lagellum Ægyptium, pro plaga 500.-6.
lagella germinis 87.-2.
lagrantia 288.-14.
lamines laurigeri 222.-5. 511.-10.
lammicomi ignes 769.-21.
lare roſas, pro ſpernere 230.-20.
latu ſincero conceptus Chriſtus 519.-14.
Flatus vagi pro ventis 288.-4.

Googl

Flatu ſincero conceptus Chriſtus 519. 14.
Flatus vagi pro ventis 288. 4.
Flavicomantes pueri 513. 2.
Flegethon 47. 6. 67. 20.
Flere roſas 230. 4.
Flere ſanguinem 386. 7.
Fletum ſepulcrum 128. 4.
Flocci facere 332. 12.
Flos 150. 3. 154. 15.
Flores martyrum 154. 15.
Florulentus 339. 7.
Fluere cælo 105. 7.
Fluentum 288. 11.
Fœda animalia 763. 3.
Fœnus rediturum 747. 1.
Follis 374. 8.
Fons 107. 1.
Fons Dei 474. 14.
Fons vivus 288. 7.
Fora, fores, fori, forum 426. 2.
Forceps 349. 10.
Fornix 462. 4.
Fortiſſimorum fortior 620. 1. 278. 24.
Foſſa ponti 107. 7.
Fotibus augeri 900. 11.
Fotinus 771. 8.
Fovere 114. 1.
Foveri vallo 764. 1.
Fractus colla 117. 10.
Fragile votum 529. 20.
Fragor 398. 6.

Fragrare 142. - 7.
Fremere 206. - 6.
Frenare 363 - 6.
Frendere 112. - 2.
Frondes. frondicomus 39. - 2.
Frons verſuta 20. - 19.
Fructuoſus martyr 247. - 4.
Fruſta ſanguinis 726. - 8.
Fuci imperitus 382. - 7.
Fucus angvinus 578. - 12.
Fulcrum geniale 817. - 19.
Fulva munera pro auro 619. - 9.
Fumoſus 162. - 1.
Fundus 603. - 16.
Fundalis & funalis ſtridor 780. - 2.
Functorum populus 67. - 23.
Fundi pro naſci 106. - 3.
Fungi 418. - 3.
Funus ambitioſum 126 - 3.
Fur Diabolus 504. - 10.
Furor noviſſimus. peſtis 324. - 2.
Furiare greges 945. fin.
Furtim 110. - 10.
Furva culpa 15. - 12.
Fuſcus 19. - 8.
Fuſco illitum 14. 1.

G.

Gabinus cinctus 411. 5.
Gades 814. - 10.
Gajus martyr 259. - 7.
Galerius maximus imperator 320. - 7.

Gali

Galienus imperator 299. - 11.
Gallicinium 8. - 23.
Galli, Matris Deûm ſacerdotes 415. - 11.
Gallus diei nuntius 9. - 11.
Gallum promittere Æſculapio 487. - 3.
Ganges 902. 1.
Ganymedes 799. ult. 819. - 29.
Ganeo 594. - 4.
Gehenna 46. - 2.
Geloni 506. - 9.
Geminantes tori 679. - 2.
Gemmæ duodecim quid denotent 788. - 1. ſ.
Gemelli 112. - 11.
Gemini 524. - 6.
Gemit 688. - 6.
Gens 107. - 13.
Geneſius martyr 248. - 7.
Generoſus 331. - 9.
Genius, genialis 882 9. - 43. - 19.
Geraſeni porci 504. - 18.
Gerunda 248. - 1.
Gergeſæi 502. - 6.
Gesbidonop gigas 691. ult.
Geſta Chriſti 504. - 15.
Getæ 506. - 8.
Geticus tyrannus 907. - 19.
Gladius eſt verbum Dei 684. - ult.
Gladius vaginam implet 753. - 10.
Glandibus ſaturatur alvus 875. - 14.
Globus Solis & Lunæ. 355. - 21. 373. - 6.
Glomerare 42. - 4.

Glo-

Gloria 119. - 4.
Gluten 32. - 7.
Glutinum cutis 118. - 16.
Gnoſia Capella 379. - 4.
Gnoſus 62. - 25.
Golias 709. - 15.
Gracci 840. - 8.
Græciſmi
exutus glaciem amnis 506.-6.
ditata fidem 746. - 19.
oculos vaga langvida vocem 712. - 7.
pulvere fœdatur comam 425. - 6.
Gradatim 137. - 5.
Grando 331. - 5.
Gratiam fugax 126. - 5.
Gravis 42. - 12.
Gregalis 285. - 2.
Grex 33. - 3. 44. - 5.
Grunnitus 504. - 20.
Gurges marinus 355. - 7.
Gymnoſophiſtæ 600. - 16.

H.

Habere pro habitare 876. - 10.
Hæreſis 424. - 20.
Hæreticus ibid.
Hærere 406. - 15.
Halitus 111. - 9.
Hammon corniger 508. - 5.
Haſtæ cenſum addicere 783. - 1.
Hauſtus ſanguis 186. - 19.
Hebe 338. - 13. - 799. - 26.

Hebe-

Hebeno nigrius 24. - 4.
Hebros, Hebrus 506. - 22. 891. - 23.
Hebræis lux erat in tenebris Ægyptiacis. 212. - 2.
Hecatombe 414. - 16.
Hedera 30. - 6. - 87. - 18.
Helleſpontus 804 - 3.
Heliæ corvus 286. - 3.
Hemeterius martyr 165. - 19.
Hercules cum Pallantéa, Evandri filia concubuit 805. - 19.
Hercules Geryonem interfecit 815. - 9.
Heremus ſecunda correpta 64. - 20.
Hermus 198. - 13.
Herodis infanticidium & crudelitas 153. - 2.
Heſperi 355. - 10.
Hiberus 181. - 9. - 224. - 6.
Hiemes multæ 6. - 5.
Hiericho 607. - 4.
Hieroſolyma 767. - 1.
Hieruſales templum 737 - 7.
Hippocratica laniena 369. - 1.
Hilara plebs 598. - 12.
Hiſus pro Jeſus 16. - 2.
Hippolitus martyr 422. - 19.
Hoc habet 677. - 8.
Holofernes & Olofernes 678. - 8.
Homo Deitatis ſpeculum 546. - 2.
Homo Dei formatus digitis 540. - 16.
Homo an peccet, Deo invito, 628. - 1.
Homo quadrupes eſt, niſi Deum reſpiciat 488. - 11.
Homo mortalis 120. - 17.

Homo

Homo mortalis 70. 15.
Hominis ſtatus erectus, non pronus ad terram 488. 1.
Hominis natura eſt, labi & peccare 622. 10.
Homines miſeris ſubjecti 598. 15.
Homuncionitæ vel Homuſionitæ qui 516. 19.
Honeſtas pauper 704. 9.
Honeſtum, pro bona cauſa mori 170. 5.
Honor pro pulcritudine 98. 10. 780. 2.
Honor omnis curſim tranſit 333. 1. ſeq.
Honorati viri à tormentis immunes ſunt 330. 21.
Hoſtes publici 363. 9.
Hoſtis occultus ſæpius nocet 758. 4. ſ.
Hoſtis vilis aut ſordidus gloriæ detrahit 705. 11.
Hoſtia 117. 8.
Hoſtia auratis cornibus 412. 2.
Hoſticus 170. 3.
Humilitas ſine ſpe, caret conſtantia 698. 9.
Humilitatis collega, ſpes 699. 2.
Humiles extolluntur 709. 13.
Hyacinthus puer ab Apolline occiſus 339. 6.
Hyalum 444. 7.
Hydria 109. 3.
Hydrina vulnera 400. 9.
Hydrops aquoſus 201. 5.
Hylas 805. 2.
Hymnire, hymnos canere 281. 1.
Hymniſtæ ibid. 5.

I.

65. 22.
I, pro ito 253. 2.
Jacobus luctatus cum Angelo 8. 11.
Jactata anima

Jacti-

Jactibus vacuis 690. - 11.
Jactura 372. - 7.
Janiculus 426. - 2.
Janua 114. - 16.
Januarius martyr 247. - 15.
Janus bifrons 219. - 2.
Iberia 167. - 11.
Iberus Vaſco 224. - 8.
Ibis 348. - 6.
Idæa Mater 335. - 4.
Idolum & idolium 840. - 16.
Idolorum cultus 329. - 9.
Idolorum ſervus ibid.
In idolio recumbere 483. - 12.
Idolothitum 840. - 30.
Jebuſæus 602. - 10.
Jecur 46. - 3.
Jejunii commendatio 76. - 18. ſ.
Jericho 741. - 6.
Jeſus vide Chriſtus
Jeſus mane invocandus 10. - 2.
Ignis ſemen 399. - 1.
Ignem exprimere ſilicis incuſſu 60. - 7.
Igneus axis, id eſt cœlum 116. - 2.
Igneum genum hominum 124. - 8.
Igneus fons 120. - 15.
Ignis Babylonicus 304. - 2.
Ignis Veſtalis 221. - 11.
Ignire 417. - 9.
Ilex 143. - 6.
Illinere alicui oculos 528. - 12.

Illita fucis, fuſcis 23. - 2.
Illuſa veſtis 371. - 4.
Illyria 308. - 4.
Imago mortis ſomnus 12. - 4.
Imber 695. - 2.
Imber aureus 500. - 19.
Imbuere 29. - 6.
Immolare 117. 7.
Immorari dentibus 324. - 5.
Immundum principium 519. 8.
Impiare 71. - 19.
Implere 114. - 1.
Impos mentis 112. - 3.
Impotens 56. - 7.
Impulſa nervo ſagitta 714. - 21.
Impuratus 339. - 6.
Inmenſam ſtillare cyathos 719. - 4.
In rebus ſecundis ceſſet gemitus 772. 1.
In noſtrum gregem meretur ſumi 319. - 14.
In volam manus recurvæ 201. - 22.
Incentiva luis 588. - 25.
Incerare ſtatuas Deorum 509. - 5.
Inceſtum 338. - 3.
Inclita flatibus tibia, non incita 37. - 2.
Inclytam reportare gloriam 219. - 4.
Increpare 110. - 5.
Inconditus 409. - 10.
Incunabula 332. - 10.
Indigere victus & victu 54. - 23.
Indiſſolubilis cardo 124. - 18.
Indocilis 40. - 2.

Indoles mortis 228. 14.
Inducere aliquem Deis 821. 23.
Induere 107. 13.
Induere ſe forma hominis 469. 20.
Indulgentia 82. 1.
Indulgere 98. 4.
Indus 609. 2.
Induviæ 745. 29.
Inemtæ dapes 55. 1.
Inormus ſucceſſor. 772. 12.
Inexplicitus 44. 1.
Inexſuprabilis 271. 10.
In extricabilis 209. 1.
Inferi 114. 14.
Informata metallo caſſis 691. 4.
Infula, infulatu 411. 3.
Ingenitus pro non genito 550. 17.
Ingenitum nefas, peccatum originale 889. 20.
Ingenuæ opes 33. 7.
Ingerere lumen 18. 2.
Ingeſtæ auræ 697. 2.
Inguen, pars corporis vilior 25. 9. 26. 1.
Inhiare 235. 4.
Inluminatur frons ſevera 268 ult.
Innovari chriſmate 74. 23.
Innubæ 40. 14.
Inpexæ lappæ vel inplexæ 100. 9.
Inponere modum 587. 21.
Inquietare 328. 1.
Inſcia eoânubii 36. 3.
Inſertare 481. 4.

Inſi-

Inſigne 183. - 6.
Inſpatiari 477. - 27.
Inſtat. tortor 180. - 1.
Inſtimulare 716. - 32.
Inſtitor 21. - 8.
Inſubjectus, non ſubjectus 625. - 7.
Inſueſcere 118. - 6.
Intacta 205. - 13.
Integra mens 144. - 14.
Intendere animo 803. - 8.
Interminus 149. - 9. - 279. - 3.
Interpolare 467. - 18.
Inter viſcera, non intra 49. - 17.
Inteſtabilis 327. - 11.
Invitiabile ævum 75. - 13.
Invidia 371. - 2. - 117. - 9.
Inundari nova gratia 549. - 26.
Inusque 401. - 14.
Involucrum 644. - 1.
Ioh 693. - 13.
Jocari 226. - 15.
Johannis pro Johannes metri cauſa 73. - 30.
Johannes Baptiſta jejunavit 78. - 18.
Joh. Baptiſtæ amictus 79. - 15.
Joh. Bapt. locuſtas comedit ibid. - 22.
Joh. Evangeliſta 72. - 18.
Jonas deglutitus à balæna 84. - 2.
Jonathan, jonatham 725. - 9.
Jordanis 23. - 6.
Joſephus ſomnia interpretatus 71. - 22.
Ira ſibi ipſi eſt hoſtis 707. - 9.

Ira Dei romphæa eſt 82.-3.
Irrepere 6.-2.
Iſaac 650.-9.-660.-23.
Iſis 234.-7.
Iubar 137.-6.
Iubenti ſcelus non obtemperandum 365.-2.
Iubere viris 360.-4.
Iudæi ubique vagi & odio 515.-19.
Iudas, Chriſti proditor 739.-18.
Iudex Chriſtus 119.-5.
Iudex incorruptus 382.-9.
Iudex auro corruptus 868.-8.
Iudex liber ſit favoris & odii 382.-9.
Iudex mortuorum 119.-5.
Iudith amputavit caput Holofernis 678.-28.
Iugulos opponere retectos 326.-13.
Iulia lex 342.-11.& 13.
Iulica cæcitas 217.-9.
Iulus pro Romano 217.-6.
Iumenta 355.-30.
Iunceus 258.-10.
Iunctim 542.-15.
Iuno 218.-26.
Iunones duæ 820.-17.f.
Iunonigena 28.-23.
Iunonis ira 343.-6. 351.-2.
Iupiter à capra alitus in Creta. 379.-4.
Iupiter Hammon vel Ammonius 880.-17.
Iupiter infernalis 827.-12.
Iupiter in cygnum converſus 798.-20.
Iupiter ſtator 362.-8.

Jupiter Tauricornis 344.-3.
Jurare per flumen patrium (Hiſtrum) 907.-20.
Jurare per ſolem 375.-15.
Jura publica falluntur 868.-5.
Jurgium 4.-4.
Jus 119.-15.
Jus cautum & ſtatutum 156.-14.
Jus dividuum 577.-in fin.
Juſtitia ſemper egens 794.-9.
Juſtitia regnante reſpubl. viget 796.-12.
Juſtitium 64.-11.
Juſtorum nomina ſcripta ſunt in coelo 166.-5.
Juſtus martyr 248.-12.
Juſtus ultor criminum 119.-10.
Juvenalis emendatus 485.-
Juvenilis fervor 778.-6.
Juventa 111.-1.
Juventas pro juventute 932.-ult.

K.

Καθημερινός 8.-20.
Keraſtæ 580.-2.
Kikajon 87.-20.

L.

Labarum 835.-4.
Labeones, guloſi 594.-12.
Labyrinthus 487.-16.
Lac 35.-6.
Lacedæmon 872.-19.
Lacedæmoniæ palæſtra 597.-16.
Lacena 798.-3.
Lacertos validos conſumit ſenectus 519.-3.

Lacheſis 887. 21.
Lacrimare præ gaudio 522. 5.
Lactantes diem horæ ibid. 22.
Lacte ſacrificia Deorum minorum perfuſa 804. 6.
Lacuna 489. 2.
Lacunæ vulnerum 268. 4.
Lacunar 67. 27.
Læna 89. 1.
Lamina 273. cir. fin.
Lanam olim geſtabant præſtigiatores in picto ſcipione 352. 7.
Lances 522. 16.
Lancinare 366. 5.
Laniena Hippocratica 369. 9.
Laniari membra à feris 237. 8.
Lapis 351. 5.
Lapis angularis Chriſtus eſt 607. 12.
Lapis, quò ignis Paſchalis elicitur 60. 8.
Lapides tumulorum inſcripti 423. 1.
Lappæ 100. 9.
Laquearia 67. 26.
Lares colendi religio 812. 15.
Larentina 898. 12.
Larvæ pro dîs gentilium 835. 16.
Lateranæ ædes 842. 9.
Latex niveus 35. 3.
Latex celer rigat prata 39. 4.
Latium 342. 30.
Latus Chriſti lancea perfoſſum 727. 1.
Laurea corona Flaminis Romani 511. 10.
Laurentius martyr 782. 2.

Laurea 294. - 28.
Laxa voluntas 623. - 11.
Laxantes diem horæ 523. - 17.
Lazarus à mortuis reſuſcitatus 111. - 8. 134. 3.
in ſinu Abrahæ ibid.
Lectulus 9. - 15.
Legirupus 587. - 10.
Lembus 289. - 1.
Lemnius 343. - 5.
Leno 345. - 9.
Leno pudoris, ornatus 589. - 3.
Lentulus 838. - 21.
Lenta ſolatia 703. - 1.
Leo aſteriſcus in zodiaco 523. - 5.
Leontini campi 924. - 22.
Lerna 400. - 5.
Lethalis 15. - 13.
Lethe 70. - 17.
Levana 699. - 21.
Levita 263. - 1.
Levitis 735. - 14.
Lex pro ordine 115. - 5.
Lex in tabellis ſaxeis ſcripta 157. - 10.
Libelli tyrannorum ſævitiæ expoſiti 177. - 8.
Liber ſervitii 63. - 4.
Libertas tuenda eſt 668. - 8.
Liberum arbitrium 623. - 6.
Libido, ſordida 683. - 6.
Libido mortem adfert, & animas in tartara mittit ibid. 10.
Libido equina 797. - 12.

Librare manum in ictum 691. - 3.
ictor 333.-5.419.12.
ignum chriſmatis 512. - 9.
imare rubiginem 94. - 11.
imbus Veneris pro ceſto 900. - 2.
imen oſtiorum 115. - 5.
vitæ 154. - 16.
imus 110. - 2.
ingua 8. - 2.
ingua interpres animi 391. - 8.
ingua multorum cauſa malorum 410. - 3.
intea veſtis 281. - 12.
ippi oculos tegunt ad ſolis claritatem 376. - 2.
iquare mella 36. - 13.
iquida ratio 46. - 2.
iquidus odor 770. - 11.
iquor animæ 123. - 1.
iquor coit 35. - 4.
itare 573. - 1. 650. - 2.
iterarum uſus 177. - 8.
ivia Octaviani uxor 817. - 12.
ividum delictum 24. - 5.
ocari tuta valliſtatione 763. - 24.
ocuſtarum eſus 79. - 22.
oquaces undarum ſcatebræ 64. - 20.
orica 689. - 8.
oth captus 653. - 1.
oth fugiens 629. - 21.
othi uxor in ſtatuam ſalis converſa 630. - 14.
oti & uncti olim dicebantur Chriſtiani 511. - 16.
otus procul abſit & unctus ibid.
ubrici oculi 27. - 7.

Lubri-

Lubricum linguæ pro lubrica lingua 14. • 22.
Lucanus emendatus 833. fin.
Lucem oderunt, qui male agunt 625. - 14.
Lucifer 149. • 2. 355. - 25.
Lucifer peccavit 581. • 22.
Luciſator 28. - 4.
Lucis beneficio omnia videntur 68. • 7.
Lucis arma ſpecioſa 675. - 3.
Lucis cum Deitate comparatio 574. • 20.
Luctari 382. - 3.
Ludere 288. • 17.
Ludibrium 288. - 3.
Ludicra & ſeria 29. - 10.
Ludius 344. - 3.
Lues & luis 732. - 28.
Lugubris 116. - 1.
Lumen 110. - 1.
Lumen de lumine Deus 501. - 28.
Lumina neſcia ſolis 128. - 7.
Luminare frontem 268. - ult.
una 107. - 9.
upa, Mavortia 378. - 6.
upanar 676. - c. fin.
upercal 223. • 12.
uperci 222. - 5.
upercus martyr 257. • 1.
upum celare ſub pelle ovium 771. • 4.
uridum venenum hydropis 201. • 5.
ux 18. - 16.
ux Bethlehem Chriſtus 76. - 14.
Luxati greſſus 948. - 24.

Lux comes eſt juſti 625. 14.
Luxuria & luxuries 473. 26.
Luxuria ſapientes dementat 346. 25.
Luxuria attans infamiæ 712. 5.
Luxuria animos effeminat 716. 2.
Luxus 371. 6.
Lychnus 60. 14.
Lyæus 819. 13.
Lymfa 417. 3.
Lymfatus 144. 1.
Lyra 105. 2.

M.

Maccabæi 391. 13.
Macies ſicca 130. 2.
Machina 107. 7.
Macte, macti 119. 5.
Maculæ 32. 6.
Mæandri pro receſſibus 84. 13.
Mægalia, mapalia 658. c. fin.
Magi 148. c. fin.
Magi olim Chriſtiani dicti 328. 10. 399. 4.
Magia, magus 399. 4.
Magi Chriſtum adorant 150. 15.
Magis Chriſti nativitas revelatur 148. 9.
Magicus vultus 858. 28.
Magi tria obtulerunt 150. 18.
Magiſtratus 332. 4.
Magiſtri docebant ſedendo 315. 12.
Male partinax 4. 5.
Maleſuada 40. 4.
Male ſibi conſcii lucem ſubterfugiunt 625. 14.

Ma

Malignus 673. - 10.
Mammona 175. - 2.
Mammonea fides 605. - 9.
Manna 95. - 8.
Manaſſes 161. - 3.
Manceps carceris 282. - 1.
Mancum 200. - 14.
Mando 109. - 8.
Mane novo 19. - 9. 37. - 6.
Manichæi 761. - 23.
Marcere 15. - 14.
Marcianus Capella emend. 833. - 5.
Marcionitæ 570. - 4.
Margaritum 381. - 12.
Margaritas jacere ante porcos ibid.
Mare procelloſum 83. - 11.
Maria obſtetrix 545. - 2.
Maria maris inſcia 520. - 4.
Maritare 519. - 14.
Marius 832. - 16.
Mars Romuli genitor 379. - 17.
Marſuppium, marſupium 749. - 15.
Martialis martyr 247. - 15.
Martigena 28. - 22.
Martis vis 343. - 4.
Martyras 227. - 12.
Martyri mors eſt votiva 208. - 5.
Martyrum numerus in perſecutione creſcit 250. - 6.
Maſſyli 249. - 5.
Maſtrucophori Lacones, à cæſtibus 895. - 26.

Mater caſtitas, pro matris caſtitas 137. - 8.
Maxentius, tyrannus 829. circ. fin.
Maximianus Imp. 234. - 8.
Meatus 114. - 3.
Meditamina pro cunctatione 703. - 2.
Megaleſia 845. - 14.
Mel Atticum, Cecropium 75. - 7.
Melimela poma 29. - 17.
Melior conſilii 878. - 3.
Melodum 104. - 15.
Melos 66. - 12.
Menda, mendum 557. - in fin.
Mendicare ſtupra 201. - 14.
Menſtrua luna 747. - 10.
Mentor 351. - 6.
Mera calce 303. - 1.
Meritorium 630. - 4.
Meſſias 323. - 2.
Meſraim 513. - 25.
Metere genitalia 416. - 4.
Mercurius magus 801. - 8.
Mercurii caduceus & virga ibid. - 13.
Meta noctis clauditur 15. - 17.
Migrare prima ſyllaba correpta 881. - 24.
Milliformis 112. - 6.
Militaris turba ſine duce 727. - 6.
Militum fides 364. - 1.
Minari framea & frameam 714. - 7.
Minna 845. - 22.
Mira laudum 321. - 4.
Miracula Chriſti 109. - 1. ſq.
Miſerari inopum 746. - 8. ſq.

Miſe-

Miſericordia cum jejuno 95. - 17. ſq.
Miſericordia miſerias allevat 746. - 8.
Miſſus Spiritus Sanctus 50. - 9.
Mitificus 310. - 16.
Mitis 36. - 5.
Mitra 717. - 10.
Mobile ingenium 612. - 10.
Mobilis 116. - 6.
Moderare & moderari 472. - 2.
Moderamen 546. c. fin.
Modeſtia in Fortunæ ſecundis 686. - 4.
Mœchari 234. - ult.
Mola 812. - 14.
Molvius 834. - 6.
Momenta operum 868. - 13.
Monilia 231. - 1.
Monimen, monimentum, monumentum 421. - 12.
Morbus ictericus, regius 203. - 7.
Mori pro Chriſto 313. - 2.
Mors pallens 256. - 7.
Mors glorioſa 326. - 14.
Mors malorum finis 294. - 1.
Mors, peccati pœna 555. - 8.
Mors in Chriſti corpore conſumta ibid. 14.
Mors milliformis 112. - 6.
Mors hæc reputatio vitæ eſt. 151. - 7.
Mortui dormiunt 126. - 15.
More amiſſa 47. - 4.
Moratus ăterus 616. - 12.
Moyſes jubetur exſuere calces 302. - 8. f.
Moyſis baculus vel virga 606. - 12.

Moy-

Moyſis facies coruſcans. 210. - 18.
Muccus, Muculentus 204. - 9.
Mulctrale, mulctrum 35. - 12. ſq.
Mulier 125. - 10.
Multinode germen 87. - 4.
Municeps 226. - 2.
Murcus 204. - 22.
Murex 288. - 7.
Muſtum Falernum 806. - 8.
Muta mola 925. - 12.
Mutus ſtupore, dolore 327. - 9.
Myrrha 126. - 6.
Myrica 143. - 8.
Myrmis forceps. 349. - 10.
Myſteriarches 209. - 12.

N.

Napeæ 821. - 12.
Narbo 248. - 5.
Narbonenſis provincia ibid. - 25.
Nardus & nardum 717. - 12.
Natalis Chriſti 136. - 3.
Nativitas Chriſti æterna & temporalis 160. - 3.
Natus ibid. - 12.
Natura patris & Chriſti 555. - c. fin.
Navicula Petri 110. - 8.
Nautæ auras captant & aſtra ſuſpiciunt 848. - 1.
Naxus 811. - 8.
Nazareni vel Nazarei 262. - 14. 839. - 12.
Neæra 407. - 16.
Nebroth, Nimrod 589. - 14.
Nebulones ſpiritus 403. - 13.

Ne-

Nectar 30. 4. 35. 8. 110. 2. 278. 8.
Nefas ore prolapſum 14. 12.
Nefaſta limina 279. 9.
Nemea peſtis, pro Nemeæa 805. 6.
Nemea ſilva ibid. 21.
Nemo eſt abſque peccato 552. 13.
Neniæ 239. 11.
Nero Paulum & Petrum martyrio coronavit 19. 1.
Nervi, nervus 486. 3. 689. 5.
Neſcienter 405. 17.
Neſtor 362. 1.
Nexile connubium 36. 3.
Nidor 212. 7.
Nigrans honor argenti, pro ſordeſcens 739. 5.
Nihil occultum quod non reveletur. 20. 17.
Nili ſeptem oſtia 902. 1.
Nilicolæ 755. 7. 891. 20.
Ninguidus 285. 3.
Niteſcere 137. 3.
Nobiles flammæ pro lucerna 61. 26.
Nolanus priore correpta. 437. 26.
Non eſt curanda res craſtina 750. 12.
Nomen unicum Chriſtus 21.3 in fin.
Nomiſma quid à nummo differat 119. 1.
Non capis ? 499. 18.
Nonius Marcellus emendatus 85. 18.
Noſter factus 329. 14.
Novales 700. 12.
Novatus ſchismaticus 424. 4.
Novellum ſeculum 141. 7.
Noxiale 308. 1.

Nox

Nox mundi 23. - 7.
Nox 18. - 14.
Nubere 40. - fin.
Nubilum 268. - 19.
Nugator 20. - 15.
Numa 216. - 7. 361. - 17. ſeq. 488. - 20.
Numæ arx 803. - 1.
Numiſma 190. - 2.
Nundinari 407. - 3.
Numen neſcio quod 599. - ult.
Nuptiæ in Cana Galilææ 109. - 1.
Nutare 85. - 9.
Nyſa, Nyſus 845. - 15.

O.

Obducere 143. - 4.
Obex fœminini generis 115. - 3.
Obitus ſtellarum 147. - 15.
Obire conjugium, ducere uxorem 809. - 13.
Oblaterare 402. c. fin.
Oblini ſanguine & cæde 569. - 5.
Oblitus ſitu noctis 211. - 7.
Ob ora 327. - 10.
Obſequela 301. - 15.
Obſes 842. - 8.
Obſetrix & obſtetrix 145. - 2.
Obitus 261. - 5. 204. - 8.
Obſoletus 420. - 10.
Obſonia 257. - 3.
Obtempare bene monentibus 587. - 15.
Oceanus ambit terram 915. - 4.
Oculi feneſtræ animorum 639. - 10.
Oculi, via vitiorum in animum 593. - 8.

Odos,

Odos. odor 151.-3.
Ofella 359.-14.
Offendicula', tertia producta 735.-18.
Offodere 197.-11.
Olea Minervæ ſacra 871.-1.
Olentes cerei 61.-4.
Olida acerra 485.-1.
Olidus cultus 835.-24.
Oliva pacis inſigne 33.-11. 250.-24.
Olympus 798.-2.
Omina dextra 898.-13.
Omnia ex Deo ſunt 572.-6.
Omnia terrena nil ſunt 17.-8.
Omniparens 28.-5.
Omphala 346.-24.
Operatio, munificentia 745.-22.
Oppaleſcere 178.-17.
Oppanſa cornua] 724.-14.
Opes fluxæ 17.-5.
Opis 797.-25.-811.-29.
Oppoſitus modus 587.-5.
Optatus martyr 857.-1.
Oracula obmutuerunt Chriſto nato 507.-4.
Orare pro principum ſalute & vita 363.-8.
Orare ſympuvium Numæ 282.-19.
Orandi locus 329.-19.
Orbes. orbis 894.-8.-110.-3.
Orgia 187.-9.
Orichalcum 824.-12.
Originale peccatum 118.-8.
Ornatus, leno eſt pudoris 589.-8.

Oſci-

Oſcines 899.-8.
Oſculandi mos martyrum vulnera 281.-8.
Oſculari divorum urnas vel tumbas 360.-2.
Oſculari limina Baſilicarum 223.-1.
Oſiris nunquam ſatis quæſitus 845.-16.
Oſſua, oſſa 224.-3.
Oſtienſis 443.-9.
Oſtrum 402.-8. 443.-4.
Otioſa herba pro ſterili 468.-22.
Ovare 439.-6.

P.

Pace ſidera vigent & terrena conſiſtunt 769.-1.
Pactolus 198.-13.
Pacta ſponſa 582.-24.
Pægma 412.-2.
Pagani 352.-1.
Pago deditus ibid.
Palla 639.-7.
Palare 624.-6.
Palæſtræ oleo madentes 597.-16.
Palæſtræ Lacedæmoniæ ibid.
Palæſtricus 939.-3.
Palleſcere 59.-6.
Palmula 289.-8.
Pandexpolum 233.-8.
Pangere 105.-1.
Panſa brachia 158.-10.
Papula 368.-8.
Parabſis, parapſis & paropſis 740.-1.
Parra 899.-8.
Pardi 875.-1.

Pa

Parentes liberorum ſint Præceptores 384.15
Parentes cum lacte pietatem liberis inſtillent. ib
Parentes maxime puniuntur in liberis 385.5.
Parilis humus 48.1.
Parricidæ culleo includi ſoliti 289.15.
Parium marmor, Parus 435.12.
Parthica arundo 611.6.
Parthus 609.1.
Paſſiones in hoc ſeculo minores ſunt, quam præmium promiſſum 450.3.
Paſta ſanguine voluptas 827.4.
Paſti funere nati 618.6.
Paſtor, martyr 248.12.
Patentia munera 99.24.
Patera 29.9.
Patientia 695.4.
Patria ſedes 515.20.
Patricii 840.7.
Patropaſſiani 469.4.
Paucum moderamen 546.24.
Paulinus emendatus 553.23.
Paulum vipera momordit 790.9.ſ.
Paupertinus 698.8.
Paupertas probos ſequitur 704.9.
Pax opus virtutis 768.15.
Pax, belli exacti pretium ibid.
Pecten dentium 404.7.
Pectoris impreſſu 707.14.
Peculator ſecundâ correpta 733.27.
Peccati fœditas 204.12.
Peccati pœna ſatelles 555.7.

Pedica 32. - 6.
egma vid. pægma
ellibus olim induebantur 876. - 11.
ellitus 702. - 5.
elix, Pellex 338. - 5.
enetrant tela vitam 611. - 15.
er 295. - 3. 723. - 5.
ercenſe, tertia correpta 618. - 10.
ercitus 406. - 4.
ercruciamina, lethi via panditur ardua juſtis 129. - 5.
ercucurrit 167. - 13.
erduellis 336. - 2.
erferre 737. - 2.
erfida plaga Mauri 507. - 1.
er multas tribulationes ingrediendum in regna cælorum 65. - 22.
erſephone 510. in fin.
erſonæ divinitatis coæquales & æternæ 464. - 7. ſ.
erſtrepere 119. - 13.
ertinax 4. - 5.
etri apoſtaſia 14. - 3.
etri & Pauli paſſio 439. - 2. ſ.
etrus, capite deorſum ſtatuto, cruci adfixus 440. - 10.
etrus mari inumbulans titubat 311. - 12.
eruſti fellis venenum 117. - 9.
etaſus 782. - 26.
halerae 673. - 3.
Phalernum vid. Falernum

Phalernum vid. Falernum.
haros pro Ægypto 64. 13.
haſelus 292. - 2.
hidias 251. 8.
hilippi, Philippei 191. 20.
hilira Nympha 797. 14.
hlegeton 47. - 6.
hotinus vid. Fotinus 80. 4.
iatæ veterum noxæ 10.
icea fax libidinis 675 - 4.
ietas Principis 5. - 4.
igmentis cutis illita 590. 10
ignera, pignora 650. 1. 437. - 4.
ilentum 934. - 6.
inaria domus, Pinarius 805. - 4.
inus Cybelæ ſacræ 340. 4.
inus picea 676. 5.
inguis venter non gignit ſenſum tenuem 52. - 8.
lacens Deo 652. 2.
lacita fides 752. - 6.
lacitum dogma 780. 12.
laſma 118. - 2. 93 2.
lato 486. 1.
lectrum 104. - 13. 322. - 1. 404. 8. 409. - 4.
lebicolæ Græci 840. 8.
leuriſis 368. - 4.
luere imbre diciduo 30. - 7.
lumigeræ aves 32. - 8.
lutones reorum carnifices 267. - 1.
luvius ventus 929. - 19.

Poëſis, ſecunda correpta
Poëſis | caſtravit Attin 857 - 27.
Pœnalis labor 197. - 13.
Pœna peccati ſatelles 555. - 7.
Polycleti malleus 849. - 10.
Pomœria 433. - 4.
Pompa ſupplicii 178. - 1.
Pompilius Numa, vid. Numa.
Pons Adriani 445. - 8.
Popina 630. - 6.
Poples lapſans 25. - 6.
Poſtliminium 637. - 1.
Poſtuma proles 617. - 8.
Potens facundiæ 323. - 6.
Poteſtas ultima ſyllaba correpta 69. - 23.
Præcinunt vates 108. c. fin.
Præcluens poteſtas 53. - 4.
Prædurare 728. - 11.
Præfectus prætorio 5. - 15.
Præfultus torus 281. - 6.
Prælambens fluvius 66. - 9.
Præpes currus 78. - 4.
Præſtigiæ an præſtrigiæ 188. - 13.
Præſtrictus uterus 477. - 5.
Præſtringere aliquem levi vulnere 736. - 9.
Præſtringi voce 78. - 23.
Præſtrinxit Spiritus alvum 507. - 4.
Prætexta 335. - 3.
Precanda numina 264. - 5.
Pretium 255. - 6.
Pretium noctis perſolvere honorem 807. - 9.

Prin-

Principiorum ſemina agnoſcere difficile eſt 493. - 14
Principis vita pro norma habetur 262. - 15.
Prior judicum, pro primus 160. - 7.
Probrum 169. in fin.
Proceres 335. - 4.
Proconſul 450. - 21.
Prodere 167. - 14. 202. - 6.
Prodigus cruoris 184. - 3.
Proditor angulus 279. - 13.
Proditus Chriſtus 106. - 1.
Proditus ignis 494. - 16.
Profanator 482. - 10.
Profanus 651. - 1.
Profundum 16. - 7.
Progenies nova 42. - 6.
Promta porta 115. - 1.
Promus Eccleſiæ 195. - 6.
Pronum 291. - 6.
Propola 630. - 4.
Proſcenia 598. - 3.
Proſpicere in foveam 708. - 3.
Proſubigo 258. - 8.
Propter pro prope 224. - 4.
Pro patria mori dulce 908. - 8.
Protervitas laſciva 4. - 1.
Protoplaſtus, primiplaſtus 107. - 13.
Pſychomachia 648. - 14.
Pubis pro pubes 90. - 3.
Pudicitia ſequitur fidem 675. - 5.
Pudor lætus 99. - 5.
Pudor per aurum ſolvitur 198. - 5.

pueri in fornace Babylonica 304.-12.
ugnare contra hæreſes 7.-9.
ullati patres 88.-5.
ulla veſtis ibid.-24.
ullatus ibid.
ullarii 334.-16.
ulvinaria Deorum 415.-5.
ulvere injecto fœdare crines 88.-4.
umices ſalſi 86.-5.
uræ preces 168.-3.
urus odor 770.-27.
uſio, puſiola 250.-3.
utidus prima producta 204. c. fin.
utris & putreſcere prima correpta ibid.
yra 229.-9.
yrenæ 225.-3.

Q.

Quacumque jubetur doctus ſequi 539. c. fin.
Quadam, quadamtenus 156.-24.
Quadrifluus amnis 39.-5.
Quadrus conus 782.-2.
Qualus 113.-1.
Qui pro quo 157.-1.
Qui pro quomodo 493.-16.
Qui peccata non prohibet, ipſe facit. 620.-9.
Qui ſis, non quis 505.-4.
Quiſque pro quicumque 95.-10.
Quinquennia decem 2.-1.
Quirinalis toga 214.-6.
Quirinus martyr 307.-12.
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire 514.-12.

Quo

Quo proficit ea res 156. - 12.
Quodcunque terrarum jacet 215. - 10.

R.

Rabies leonum 54. - 7.
Rabidi maris æſtus 64. - 16.
Ramenta auri 730. - 17.
Rancidus 353. - 3.
Rarus paſtus 79. - 22.
Ratione dimicandum non furore 337. - 11.
Rebellis 326. - 21.
Recalcare 115. - 5.
Recidere 549. - 12.
Recidiva prælia 723. - 1. ſemina 916. - 5.
Reciſo ſtirpe 784. - 10.
Recondere gladium 888 - 27.
Refici cibo 113. - 3.
Refringere pro frangere 287. c. fin.
Redeſtum 421. - 11.
Regiſtrum ibid. - 22.
Regius morbus 203. - 7.
Regreſſus pro reverſo 72. - 2.
Regula recta fidei omnes rumpit nodos 466. - 12.
Religio non poteſt cogi 264. - 14.
Remenſum marmor 291. - 12.
Renatorum puritas 80. - 8.
Renuere menſam 103. - 6.
Repertor orbis 50. - 3.
Repexus 411. - 4.
Reſpubl. florent cum in ijs Paſtas 796. - 5.
Repulſus extrorſum obex 215. - 3.
Reſerare aſylum 812. - 6.

:ſtiles agri 700. - 25.
ſtaurare ope hominum 622. - 9.
ſurgemus Chriſti virture 562. - 13.
eſurgent omnia membra illæſa 563. - 14.
etectus 19. - 5.
etexo 123. - 5. 254. - 8.
ex Eoi ſideris 23. - 9.
ex populus, Romani 828. - 1.
hea Silvia 809. - 21.
hododaphne 587. - 5.
homphea, rompheale 82. - 3.
ictus 375. - 9.
ideo 51. - 2.
igor ſaxorum 143. - 3.
itus ferini 801. - 1.
ogare Deos pecudum extis 929. 12.
oma ſepticollis 362. - 6.
omanus martyr 320. - 2.
omula urbs 213. 17.
omulus ibid. c. fin.
omulus captavit augurium 883. - 22.
omulus & Remus à lupa lactati, ibid.
Rorulentum 91. 6.
Roſeus ſolis ortus 506. - 1.
& Roſea Aurora ibid.
Roſtra 426. - 2.
Rotare annum &c. 2. - 3.
Rubigo pectoris 94. - 11.
Rubigo prima correpta 685. - 10.
Rubrica 888. - 7.
Rubus ſenta 473 - 24.

Rudera

Rudera 197. - 11.
Rudus æris & plumbi 533. - 2.
Ruere cum quarto caſu 504. - 18.
Ruſſea 411. - 24.
Ruſticulæ lupæ 803. - 6.

S.

Sabbaoth vel Zebaoth 50. - 1.
Sabellius 482. - 11.
Sabura vel Subura 426. - 3.
Sacramentum 323. - 3.
Sacerdotes in ſacris coronabantur 813. - 19.
Sæculum novellum 141. - 7.
Sæculo ſervire 175. - 4.
Saguntus 252. - 21.
Salarium 829. - 8.
Salia, Flavius Conſul 6. - 3.
Salii 805. - 4.
Salis excuſſus 274. - 19.
Saltare fabulam 207. - 1.
Sanctilogus Lucas 559. - 19.
Senioſus ſanguis
Sara & Sarra 659. - 1.
Sardoa gemma & Sardia 780. - 13.
Sarcophagus vel ſarcoſagus 47. - 10.
Satisfactio Chriſti pro peccatis 118. - 3.
Saturnini martyres 258. - 6.
Saul ſua confixus haſta perit 603. - 16.
Saxorum rigor 143. - 3.
Scabies 203. - 8.
Scalpellum, ſcalprum 370. - 1.
Scandere cœleſtia regna 128. - 24.

Scantinia Lex 342. - 3.
Scelus jubenti nunquam ſerviam 365. - 2.
Scientia inflat 600. - 10.
Sciſma 424. - 3.
Scribere nummos 192. - 14.
Scrupeus 288. - 8.
Scortum 201. - 12.
Scutilum quid 591. - 15.
Scutilatæ veſtes ibid. c. fin.
Scythia 876. - 17.
Securi cito opprimuntur 758. - 6.
Sedile Dei 49. - 4.
Sedule pro ſedulo 285. in fin.
Sedulius emendatus 206. c fin.
Sella curulis 333. - 20.
Semen ignis 399. - 1.
emetra & ſymmetra contraria 776. - 5.
emivir 805. - 12.
enatus Rom. 835. - 7.
enatus Rom. dicebatur clariſſimus ordo ibid.
enectus vitæ hiems 778. - 9.
enones 907. - 10.
enſus humanos tendere 492. - 15.
enta ſitu loca 232. - 11.
epar 491. - 1.
eps pro vipera 793. - 10.
epticollis Roma 362. - 6.
epultus crimine 13. - 3.
equeſtra terra humani corporis 131. - 14.
eraphim 49. - 5.
erere crimina 615. - 1.
Series plumigera 32. - 8.

Seria

Seria 29. - 10.
erpens trilinguis 41. - 5.
erviens cor 652. - 4.
ervit Deo ſpiritus & caro 121. - 5.
ervitus ſcelerata nunquam ſubeunda 365. - 2.
eſtertium 188. - 3.
exagenarius numerus ſignificat continentiam vidualem 461. c. fin.
exagenarios de ponte 876. - 5.
i potis es 794. - 2.
ibila ſerpentis colla 117. - 10.
ica 759. - 5.
ignat ſtella viam 150. - 9.
iliqua 34. - 8.
ilvoſus Olympus 798. - 1.
impuvium Numæ orare 222. 1.
ingillatim 577. in fin.
ole in tenero occidere, pro in prima juventa 256. c. fin.
olomon, Salomon 513. in fin.
olvere pondus alvi 857. - 2.
olvere ſe ſpira 504. - 9.
omnus imago mortis 12. - 3.
oporus lectulus 6. - 16.
orde carens beſtia 584. in fin.
ortes & inſomnia 731. - 6.
pe devorare aliquid 193. - 11.
pecies mendax 562. - 19.
piritus Deus vel Dei 507. - 6.
tatio triplex, pro cœlo, terra & inferis 489. - 9.

Status

Statius emendatus 625. - 18.
Stirpe inculto, non inculta 473. - 11.
Stramen pro ſtramento aut toro 637. - 9.
Structum ſerpente flagellum 758. - 10.
Studioſus cum tertio caſu 50. - 3.
Suapte ſua ſponte 889. - 10.
Suaviſonans hymnas 66. - 11.
Sub tempore parvo 862. - 12.
Subjecta homini domus 585. - 21.
Sublime oculos aperire 842. in fin.
Subterna nox 644. - 3.
Sudare prælium 23. c. fin.
Summa diſpar 572. - 2.
Superbum Chriſti ſedile 287. - 13.
Superne ultima ſyllaba correpta 29. - 12.
Surda auris 931. - 23.
Suſceptare fidem 516. - 6.
Surſum 653. c. fin.
Sutiles hyacinthi 590. - 1.
Synalæphæ exempla 155. - 6.

T.

Tacent delubra, non jacent 507. - 8.
Tenta & tenſa viſcera 45. - 10.
Tepidus Nilus 902. - 1.
Theſſalius pro Theſſalicus 801. - 11.
Tiaras maſculino genere 479. - 12.
Titulus inſignis 700. - 5.
Tinea & Tinia 749. - 16.
Topazion & Topazon gemma 780. - 22.
Tornare ex ſaxo æque ac ex ligno 802. - 25.
Tranſadigere viſu loca remota 640. - 13.

Tri-

Trilingua conjux 615. - 16.
Triplex, priore ſyllaba producta 480. - 17.
Tris, tres 478. - 8.
Triſtes mugitus 643. c. fin.
Tros, pro Ænea 815. in fin.
Trudi in cloacam 762. - 10.
Trux ira 58. - 1.
Tuenda, videnda 72. in fin.
Turbare monilia 728. - 7.
Turma pedeſtris 62. - 26.

V.

Vade & unde confunduntur 625. - 17.
Vagare pro vagari 70. - 18.
Vagina condere gladium, in vagina 685. - 10.
Vagus pietate 626. - 7.
Ubique loci 477. - 9.
Uda humus 65. - 28.
Vegeta gula 594. - 4.
Vegetabile ingenium 612. c. fin.
Vero ex Patre Deus 500. - 15.
Verſipellis aſtutia & verſipelle hortamen 118. - 2.
Vertere æquor fundo ab imo 110. - 7.
Veru pro haſta 815. - 3.
Vetera ornamenta 859. - 20.
Vetus mos 659. - 1.
Vigilantia curæ 854. - 22.
Virtus Patris & Chriſti 555. - 19.
Vis ac poteſtas una 69. - 17.
Vitiare planitiem inſidioſis ſcrobibus 709. - 10.
Vivit æs & marmor artificum 533. - 21.
Umbrarum populus 67. - 9.

Um-

Umbrificum nemus 633. - 5.
Uunicolora anima 634. c. fin.
Vocitare 314. - 16.
Volens irá 6. - 1.
Volucres currus equis & rotis 63. - 11.
Vortex & vertex 684. - 4.
Urguet ſopor 127. - 16.
Ut qui ſit natus 492. - 22.
Utraque, media ſyllaba producta 497. - 11.
Uvidi molares balænæ 84. - 4.

F I N I S.

Errata, quæ feſtinatio, infelix mater peperit, B. L. ita corriget:

P 6. lin. 6. poſt *rediderit* apponatur, 7. - 3. *habeberis* 12. - 22. pro *ex*, *&* 25. - 6. *claudus* 46. - 4. ſit 51. - 7 craſſo. 52. - 6. quæ 53. - 8. pro *ſibi*, *ſub*. 54. - 4. lambunt 57. - 7. fides 58. - 6 ſatiatus 65. - 6. *ſapiunt* poſt *dulcius* pone, lin. 14. *difflata* 67. - 15. pendent 68. - 10. ſuſcipe lin. 19: perpetuis. 69. - 1. Vt Hymnus ante Somnum. 71. - 17. Res. 72. - 5. vorant 73. - 16. omne lin. 19. furente 74. - 22. rorem 76. - 5. Hymnus jejunantium 77. - 2. domantur lin. 18. flatu. 78. lin. 1. tradunt 81. - 6. benigni 88. - 6. texiles 91. - 2. cumbæ 102. - 2. limum 105 - 6. poſt *tympano*, 107. - 2. *ſunt* poſt *qua*, lin. 5. juſſit 108. - 10. concinebant 110. - 2. nectare 112. - 6. Dæmonum, 114. - 14. quin

quin 117. - 5. nempe 124. - 2. exſtet 129. ✓ 2. liquit, 148. ✓ 9. poſt *ſunt* dele. 145. ✓ 4. Et 148. - 8. cadat, 150. ✓ 17. Stratique 153. ✓ 1. ſucceſſor 155. ✓ 4. tener 168. - 9. eſt. lin. 11. foderit 169. ✓ 4. ſupplicum lin. 13. hoc 172. - 11. ductor 175. ✓ 6. Sit 180. ✓ 5. latentibus 181. 14. ſit 192. ✓ 7. dives 11. habet 193. ✓ 3. *paululum*, lin. 11. præfectus 210. 8. ✓ 5. eſt lin. ſeq. eſt lin. 13, *jugibus*, 210. ✓ 8. tendere. 212. ✓ 9. aura, aut afficit 213. ✓ 18. ô Chriſte 214. - 4. qui 233. ✓ 8. Eoa 236. ✓ 7. proſequitur 240. - 12. ſequi 243. ✓ 4 luminat 245. ✓ 8. Crementium 249. ✓ 8. pro *ad* lege *aut* 254. ✓ 1. oſſa 256. ✓ 3. peremtam 259. ✓ 3. antiquum 265. ✓ 15. impotentes vinctum 270. ✓ 1. ſanguinis 273. ✓ 11. ipſoſque 277. - 4. latus 278. ✓ 16. addere 279. - 9. liber 280. ✓ 7. admota 281. - 1. fotibus 283. ✓ 10. referratur via 284 ✓ 9. dentibus. 294. ✓ 1. malorum 296. ✓ 2. ad *favorem* pone 26. 303. - 13. manus 17. levandas. 304. ✓ 12. miſſos 305. - 12. cernuntur 315. ✓ 4. ſtilis 9. quæ 322. - 9. *irriges*, *ſonos*. 328. - 15. carnifex, 329. ✓ 1. cædibus, 349. ✓ 6. porris 354. ✓ 13. ex 359. ✓ 5. terris 374. ✓ ſcaturientis 8. ad *follibus* pone 37. 376. - 11. tantus 382. - 9. ad *favoris* pone 32. 396. ✓ 4. ad *locum* pone 19. ad *fœtum* 20. 399. ✓ 1. ſemen lin. 18. additus 440. - 12. diſparare 402. ✓ 4. immotus 403. 11. differre 416. ✓ 11. poſt *parca* pone *ad* lin. 13. cœlum 424. ✓ 13. exultante 425. ✓ 2. condita 429. 4. equis 436. ✓ 14. præcipitante 437. ✓ 21. *tribunal*, dele. 438. ✓ 22. ſic 440. ✓ 4. prima 441. ✓ 1. orbis lin. 11. datur, immolatur.

445.

445. 10. dele. 447. - 14. dele. 448. - 1. nitoris 453. - 11. vehit 464. - 11. tempore 471. - 21. dabo. aliena, 476. - 2. pro *eſt* pone *quem* 489. - 4. abjurare 490. - 7. gremium. ibid. poſt v. 240. adde *Natum noſſe* Deum: *nunquam, niſi ſanctus & unus.* lin. 22. vocare 519. poſt lin 18. adde:

Nubit ſpirituì, vitium nec ſentit amoris

524. - 1. juvencum 527. - 10. aquilonibus 552. - 3. Deus 557. - 4. arte 561. - 1. indignum lin. 20. tactu 563. v. 1070. redit, v. 1074. ſepulcri dele. 564. 10. morbos 565. - 6. primos 578. - 22. diſperſa 591. - 9. membra:

Finxerat & rigidos duraverat oſſibus artus.

616. - 8. genetricem 629. - 4. comam q; lin. 9. ſalſis 635. - [illegible]. diſcrutiatibus. 636. - 10. Ac 640. - 5. nigrantia 643. - 12. raucos 646. - 15. reciſum. *miniſtri* dele. 656. - 1. Abram 669. - 3. nec 691. - 8. frangit 693. - 9. ipſa 695. - 1. Agmina 727. - 1. triſtia 728. - 1. metu lin. 15. vittæ 729. - 1. fibula 769. - 1. terrea 775. - 1. alternis lin. 6. properet 776. - 8. inluſtrata 781. - 12. faſtigia 787. - 1. cordis 791. - 8. abjectus 795. - 15. generoſior 803. - 4. adde

Hortorumque opibus memorabilis, hic tamen idem

810. - 6. Martis 816. - 10. ducunt 817. - 1. mosque lin. 4. menſe 820. - 8 venditat 823. - 5. quo

Digitized by Google

Digitized by Google

005656507
Digitized by Google